

Annotatio nonnullorum librorum seu epistolarum Francisci Petrarche.

Vita Petrarche edita per Hieronymum Squarzacum Alexandrinum.
Epistole rerum senilium. C. xxvij. diuise in libris. xvij.
Item epistole. lvij. eiusdem poetæ: et aliorum.
Africa libri. viij.
Bucolicum carmen in duodecim eglogas distinctum.
Epistole metricæ ad barbatum. lxxij. et libri tres.
Testamentum suum.
Privilegium laureationis sue.


*scilicet Rehit - m
casar - magis -*

*ulmi et vltime
Alsonu Roma*

*Esta expurgada de lo superfluo el expurgatorio
del año 1640 por mandado del Sr. D. Juan de Borja
por mi
D. Juan de Borja
Juan de Borja*

*Revisada por Comisión del Sr. D. Juan de Borja conforme el Expurgatorio
del año 1707.
D. Miguel Sales*

Annotat. Franc. Petrarce. 2 93



Regitrum

† Annotatio C Vita	14 C Epistola ge impari res strage labores stificata
1 C Incipit est mora inuitus necessarium	15 olim ferri: at:ut 7 icorruptū, qui in
2 Illas querunt vir credas bil qō puluar	16 domū ptingere officinas
3 immo atq; giū. vn° ingz oculos	17 trāsbīt post hanc famulū
4 nra urbe huins acerbus ut qui	16 C Incipit Improbis Hac habuit
5 Idem dus ignoro ac odibilis exercitus	17 Lelins Romanum Quid potius
6 aduersus sua sorte parus difficile	18 Quem fontes At manes Aurea quot
7 profectus te reū ac pise tandem	19 Fallitur Italie Per maria Aduersis'
8 deus illum tāq; ardēter furgat	21 C Clarissimi Arge uale C Explicit Septa licet
9 mittimus medicis uera est	22 C Francisci Auda Et facinus Confectus
10 C Ad eundem reliquias tot salubres	23 Meq; laresq; Non audita Dic precor Amiffas
11 iudicio num sit quā regēdā	24 Obruor Ostendit Marcus
12 que te fil' 7 C Ad in con. more	
13 sedet/ q; animū in uicem currentibus	

Quiaterni. 18. cbar. 4.



Vita Francisci Petrarche

Vita Clarissimi viri Francisci Petrarche: per Hieronymum Squarçaticum Alexandrinum composita: ad Magnificū patricium Petrus Lontarenū q. Joannis rogerij filium.

q
 Vanq̄ nō sim nescius Francisci Petrarche vitam: haud facile scribi posse. Tamē onus hoc aggrediēdū mei muneris esse duco. Fateor: multos illam scriptitasse: sed multa sibi convenientia: seu negligentia: seu: q̄ nota illis non erant: scripta non esse conspexerim. Et tam caliginose nōnulla referunt: ut illum quem illustrare uoluerunt: non seruato scribēdi ordine obscurum potius reddiderunt. Itaq̄ indolui ipse mecum vicem tanti viri: ut qui litteras latinas per mille annos sopitas ad nos reuocauerit: sic ob literari: ferre nō potui. Et sicuti illi cogitatio multarum rerum: nouarū: et ueterū nunq̄ ieiuna fuit: Sic nos etiam (pro viribus) omnes eius partes attingemus: praesertim que memoratu digna videbunt. **F**uit igitur Franciscus petrarcha genere etruscus florentinus origine: et antiqua: et fortune mediocri patre Petracho matre Leta: et ad inopiam uergēte. Fuit in ea ciuitate scriba reformationum: quod officium cum dignitate multos exercuit annos. Sed cum factiosis (quibus semp ea ciuitas plena est) a quibus Dantes Alchierius paulo ante pulsus fuerat in suspensiones uenisset vna cū uxore exilio mulctatur. Arretius se contulit. Illic ibi in exilio filium peperit: et concepit. natus est anno a natali christiano supra millesimum trecentesimum quartum. xiiij. kal. sextilis ad auroram die lune: et in festo sancte Margarite tanto matris labore: et discrimine (et ut uerbis suis utar) ut non obstetricū modo sed medicorum iudicio diu exanimis haberetur. Tunc Cesareos fasces Albertus dux austrie inter germanos potens habebat: primum ibi annum: et nō integrū suae vite egit. Mater deinde multorum nobilium precibus exilio reuocata: infan-
 tulum in villam paternam secum detulit: loci nomē est Anchises in agro florentino. xiiij. milia passuum procul a ciuitate. Alter autē filius Ehirardus nomine. quia maior erat natus cum patre remāsit. Sperabant exules (quorum magna pars Arretium confugerat) in patriam reuerti. Ferebatur Albertus Austrie dux: quem supra nominauimus italiā petiturū: et ghibellinam factionem quam propitiā sibi habuerat in sedes paternas repositurū. Petrarcha cum matre ruri commoranti usq̄ in annū septimum enutritur. Petrarchus pater videns in patriam reditum incassum iri. Rure reuocata uxore: et filio: Pisas se trāstulit: sed prius tota Tuscia circūuagatus. Ferebatur puellus preualidi cuiusdam iuuenis dextra pannis obuolutus ne tenellū corpusculum aliquo tactu offenderetur. Et (ut ipse dicit) Non aliter q̄ Metabus Lamellam nodoso de stipite pendentem: ne periclitaretur baiulabatur. S3 iuuenis ipse in trāstū Arni flumis equus lapsu pedis genuflectitur. et ille in quibus dextris tenebatur labitur: et dum sibi creditum onus saluare nititur prope violētia gurgitis submergit. Erat igitur cum Pisas uenit annorum septem. octauū illic egit: cum tanta spe mirabilis probitatis: et laudis: ut ab omnibus desideraretur. Tantā ingenij famam pro indole consecutus est: ut inter equales

omnes excederet: et rumores puerorum ab eo tāq̄ magnus censor componebantur: tanto cum iudicio: et maturitate: ut ab oibus laudaretur. Erat facie pulchra: et eleganti: oculi uiuaces: ut corruscantes scintille. intuitus sapientie plenus: qui vigor representabatur: et grauitas. Lotus uo corp⁹: pro etatis initio decorum: et solidum: sic singula correspondebant membra. Quid de eius mirabili eloquentia dicam: que tanta esse demonstrabatur: ut quibuscūq̄ rebus uoluerit: ea uti posset. Quid: et summa rerum eius pueritiae ista fuit: que deinde gessit explicemus. Petrarchus pater cognoscēs in italia vitam degi non posse in galliam transalpinā proficiscendum est ratus: ut aliquid lucelli ad familiam nutriendam consequeretur. Nam mortuo Bonifacio octauo pont. Clemens Quin us successor fuit et eius sedem Auinioni posuerat. Omnes undiq̄ populi illuc confluebant. Sic: et ipse relicta pisa Auinionem petterit. Et q̄ onus inerat familie maritimū iter elegit: et nauigando haud procul Massilia naufragiū passus: et parū absuit quicquid tota familia submergeretur. In curia noue babilonis (ut ipse ait) tabellionatus officium exercuit: seu: ut aliqui uolunt mercaturam. Questus enim gratia Auinioni morabatur. Sed ob magnam hominum confluentiam: qui sedem apostolicam prosequerent. Nec ciuitas illa tante gentis ingluuie capax erat: proinde publico edicto factus fuit: q̄s haberet quisq̄ filios pariter pueros: et feminas: et gens: que incōmoda videretur proxima in oppida: et villas adduceret. Puer quoq̄ Franciscus. Carpentorias mittitur. Quod Auinioni ad orientem proximum est. Sed dū in hoc oppido per quatuor comoratus esset annos in quo quidem tempore litteras primum libare cepit. Inq̄ his Sabus urbibus grammaticam: dialecticam: atq̄ rhetoricam q̄stum in scolis percipi potest edidicit: de cuius ingenij acrimonia preceptores admirabatur: ut aliquod diuinum in illo intueretur: persepe patri dixerunt. Te beatus reputamus petracho: quādoquidem filium ad omnes disciplinas capescendum promptus habere ingenium genuisti. percre-
 scebat tunc temporis Dantis fama: et iam nonnulla sui libri demonstrabantur capita: qui illum magnum: et scientissimum virum: per ora doctorum hominum uolitare faciebant. Franciscus illi emulabatur: et incredibili ardore studiorū eius incende-
 debat. Inde ut iuriconsultus euaderet ad montē pesulanum (famosum est ob litterarum studia oppidum gallie transalpine) patri iussu: ut legibus studeret misit: et ius ciuile per quatuor continuos annos audiuit. preceptores habuit Joannem Caldarium bononiensem: et Bartholameum de ossa patria bergomensis iuriconsultos consumatissimos a quibus diligebatur. Sed parum ipse legibus studebat: non sponte etiam ad illas perdiscendas ductus fuerat: et magnus fuisse legum interpretis nisi proposito defuisset. Sūma ei⁹ delectatio haud quāquam in illis: Sed in Licerone: et Uirgilio: et historiis cognoscendis erat. Ius ciuile asperum insipidum rediosumq̄ esse dicebat. Inde ex monte pesulano Bononiā mittitur. Illic q̄ primum: cū Joanne Andrea: et Lino pistoriense: qui publice legibus profitebatur: in amicitia uenit: et quo vixerunt firmissimam habuit: Lynus humanitatis studia non ab

horrens: sed cui uacaret ocio prosequeretur: illis captus suauitate: sepe Franciscum secus habebat: nec desinebat etiam illum hortari: ut inceptum studium prosequeretur. Cui ille. Studium in quo me hortaris seruire officium reputo: et mancipium omnibus se prestat: qui illo utitur. Et si paterna non foret reuerentia: si post me curreret. (quia libertate uti cupio) non acceptarem. Quis est qui non dicat bec iura uenalia esse? et ad bene recteque uiuendum longe alijs studijs esse inferiora? Quid ad faciendum virum bonum ista conueniunt? Sed quis non uidet ad virtutem consequendam nihil pertinere? Sed cupidum magis: mendacem iracundumque hoïem reddunt? Quid mihi est de aq̄ arcenda disputare? Quid de stillicidio? Quid si ancille partus in fructibus censeatur? Quid si quis legata persolui teneatur? Quinetiam si testamentum septem testibus caruerit executioni mandetur: cum ista a legumlatoribus luculenter explicata sint. Vos uestris commendationibus omnia peruertitis: sunt commenta super commēta que indies noui legulei scribunt ut iam euenit ex hoc id quod ait comicus. Intelligendo nihil intelligant. Sed ut dignitati tue: et paterno amore morem geram persequare: et tempus non conterisse ostendam. (Sed quid nature urgentis euadet?) non poterat quidem facere quin eloquentie studia non prosequeretur. Excitabat multorum amicorum hortatione: qui et scriptas ab eo epistolas: et carmina laudarent: et in amplissima re ponebatur spe si in dicendo perseveraret: et sui temporis omnes superare: et antiquis se indubie adequaret. Crescebat idies eius laus: et fama: et ut aliquid dignum laude promeret a multis incitabatur. Si cuti illi qui iam Liceronis fundamenta: et disciplinam non alligebat. Pater autē: que de filio scerebantur: non placebant: quibus laudaretur. Sed exscandescens ira Bononiam pergit: et filio diris verbis increpato. Quid Liceronem? quid Virgilius? quid scriptores historiarum: et poetas denique omnes si bi facere posse dicebat? cum ad prosequendas opes non ualerent: sed ut fabelle: et somnia esse. Iuri autem civili studeret: quod amplissimum inde honorem: et fructum haberet hortabatur: et commonebat. Postea ignem accendi iussit: ut quotquot filius haberet libros Liceronis: et poetarum omnes combureret: et cum iam aliquos accensus ira igni mandasset: cum rhetoricā Liceronis: et Virgilij operam teneret: ut in flammam mitteret. Non amplius ferre potuit egregius iuuenis innocuos tali iniuria pati: genibus flexis lachrymisque precibus admixtis ut tantus nephas ne faceret: et a tanta indigna re abstineret: et si quid esset peccati a se: non ab illis claris uiris penas erigeret. exorat obtestatur adiurat: et patrem amplectitur osculatur pollicendo non amplius illos legere. Sed studium sibi impositum sequi: ex ijs patris iram placauit. Atque deinde quoad uixit pater iuri civili diligentius operas dedit. Solebat ipse admodum senex hanc historiam iocundissime narrare. Cui secundum et vigesimum haberet annum matrem amisit: de qua tanto dolore consternato: ut per aliquot menses stetit quod consolari non poterat. Non desuncte matris transacto anno patrem diem clausisse extremum audiuit. Indoluit satis: sed cum sciret semel moriendum esse omnibus: et resoluendum unde manauimus

cui imbecille hominis statum longa meditatione cogitasset eo merore se egere animo sustulit. Cui sui iuris factus esset: studia legum que oderat posuit: et quos amabat poetas: et oratores manibus sumpsit. Bononia igitur profectus. Auinionem reddiit. adiutus viatico a Thoma siculo Mesanensi a quo tanta prosequeretur beniuolentia: et amore: ut illum non secus quam fratrem haberet. Ibi iam late cognoscebatur per epistolas multas ad amicos scriptas familiaritas eius a magnis uiris expecti ceperat. Audientium quidem animos incitabat fama eius. Lata erat eius ingenij magnitudo tanta rerum humanarum ob id quod legerat diligentia: ut nihil quod esset memoratu dignum: ignorare uideretur: et non minus de ijs iocunde: quam subtiliter disputabat: ex quo euenit: ut quo maior quis esset in curia eo magis affectaret uirum hunc amatumque habere. Jacobo: et Joanni de Columna carus in primis fuit. ij fratres in curia uersabantur: et apud pontificem maximum cum nobilitate generis: tum nobilitate prelatore: ac rerum ecclesiasticarum notitia magni erant. Joannes cardinalis. Jacobus lubericensis episcopus erat: a quo in Uasconiam que antiquitus Aquitania dicebatur ductus est sub collibus pyreneis estatem prope celestem (ut ipse ait) multa: et domini: et comitum iocunditate transegit. Regresso in domo cardinalis per multos annos stetit: non quasi sub domino: sed sub patre: vno ne id quidem (ut Paulus Uergerius ait): sed cum fratre amantissimo imo secum: et in domo eius propria fuit. Post hec animus sibi persuasit: ut plura uideret: unde a saltu pyreneo: alpibusque que a rheno: et rhodano continetur. In qua quidem peregrinatione multa uidit: multa collegit: plurima notauit. Et quod summo ope delectauit Parisiū uidit: quod ue fabulosus: quid ue historicus: de illa urbe diceret intelligere noluit. Principes quoque in ista peregrinatione uiderat benigne ab omnibus suscipitur. ubique fama prenuicia de eius nomine conspicuum illum faciebat: et apud omnes ample: et liberaliter habitus est. Deinde Romam uisitatis eius urbis contemplande causa profectus: nam usque ab infantia urbem illam uidere flagrauerat: magnitudinemque eius: et omnem uetustatemque superest diligenter contemplant. a magnanimo illius familie genitore Stephano de columna susceptus: et in tanto honore: et amore habitus: ut nihil supra. Inde uero Auinionem regressus. et tedio curie affectus: cuius solitudinem locumque quietis exgreret: et operam tandem rebus scribendis daret: et liberius ocio fruere. Incidit in uallem: quam incolae clausam appellant. locus quidem paruus sed percomodus ad quam desiderabat uitam solitariam perducenda: quindecim passuum milibus ab Auinione distantem in ea fons pulcherrimus fontium oritur. In ea celi serenitas quedam: et iocundus aspectus Sorgia fonti nomen est. Hanc igitur ad uallem se librosque suos: et sarcinulas omnes: ad victum necessarias detulit: cum plures annos in ea commoratus est. Multaque aggressus de lris: tum legendo: tum scribendo: tum componendo: hic bucolicum carmen: hic de solitaria uita scripsit. Ibi etiam de Scipione africano illo superiore poema aggressus cui de subiecti nomine africe nomen dedit: de quo post dicit. Illic denique (ut Uergerius scribit) quicquid fere omni etate componit: aut proficit: aut icipit: aut scribere cogitauit eo

fuit in loco. Captus est dum sic stare amore Laurete
 qua ipse ampliato nomine Lauram uocat: et ardenter illam
 amauit: et multa carmina: et rithmos in eius laudem com-
 posuit: et vndique quatuor ingenij ualuerunt vires in omni gene-
 re virtutis illustrare reddidit. Harum igitur rerum merito non
 ab hominibus solum: sed a principibus noscebatur. Fama eius
 iam ubique erat sparsa. Ut vno namque die (mirabile di-
 ctu) a duobus distinctissimis ac illustribus locis Ro-
 ma: et Parisio lre uenerunt: que ad precipiendam lauream
 poeticam euocabant: ut quasi de industria beate clarissi-
 me in terris urbes hoc isto de honore certarent. De
 Parisio gallici nominis princeps: et scriba qui in ea re-
 gia urbe preerat studio: ex urbe vero senatores. utriusque
 in hac sententia exhortationes: et preces erant: ut que iure
 optio deberet ei ac poetam dari soleret eam apud se lau-
 ream sumeret. Princeps: et scriba: ut Parisio senato-
 res: ut Rome sumeret multis persuasionibus hortabantur.
 Dubitans ipse ad quos se flecteret per diu fuit. Tandem co-
 lunensium consilium secutus urbem Romam proponendam esse con-
 stituit. Non enim deerant qui Parisium ob magnitudi-
 nem studij: ac regiam sedem proponendum esse censebant: sed
 Romam preposuit quia impio nomine pollebat: et in ea est
 poete donati laurea per multi essent. Igitur diu prius
 homines querens: cui ingenium suum exercitandum committeret.
 Duritiam auctoritatem Roberti regis. Iuitque neapo-
 lim ad illum summum regem: et per hunc non minus lris quam re-
 gno clarum. Nam tante erant in amplissimo rege ut
 tante rei iudex optimus esse posset. Neque munus ob-
 latum inuitus ipse suscepit: sed magni fecit se cunctis
 preponi: et electum esse tanti viri iudicio sicut pre omnibus
 ipse periret: et idoneus videretur: et insolentiam admirans
 ingenij fiduciam. Tandem pro quo uenerat certo de-
 putato die: et a meridie in uesperis eius tenuit. Cre-
 scente materia unius diei tempus breue apparuit
 duobus diebus sequentibus idem fecit. Sed post in-
 numeras uerborum collationes disputationesque eius
 de poetica sublimitate: tum de historiis: tum de elo-
 quentia facultate: tum de rithorice partibus grauiter
 et perite in omnibus se habuisset. Die quarto dignus
 eum laurea iudicauit: et librum a frice ostendit ce-
 ptum magis quam perfectum opus: et multis hinc inde car-
 minibus decantatis: ut admiraretur rex: sequens tede-
 re per multum: ac uehementer dolere fateretur: quod dum iu-
 uenis esset studiis illis operam non dedisset: et li-
 brum non parua cum gratia petijt ut nomen suo inscribe-
 ret: et persuadere et non desistit: ut Neapoli illam sume-
 ret: sed a suo proposito flectere non potuit. Romam
 ex ordine laureandum per se de more regis cum lris: ac
 legatum ad senatum misit: quibus iudicium suum magno fauore
 professus est. Urbis tunc senatores. Ursus comes
 Angularie: et Jordanus de filijs Ursi erant: qui tanto
 regi freti iudicio: ac testimonio approbatur. Tum ipse
 in capitolio summa dudum romani imperij arce: cum cele-
 britate: et letitia ciuitatis grandique uictu nobilium: et
 peritorum: qui vndique ad istam rem uisendam honorandamque
 uenissent. ac frequentissimo populo romano approbante
 Petrarca nomen id primum e more longa: et pulcherrima
 oratione pertractans. Declarat a senatoribus huius esse histori-
 cum: et poetam: Deinde corona poetica: ut priscis mos
 erat coronatur: et ad ampliandum munus ciuitate accla-
 matione populo donatur: et uenienti: (ut gratias redderet) ha-
 bita oratione. Tum magna hominum nobiliumque caterua ad
 ecclesiam beati Petri apostoli perfectam in quo quidem templo cum
 deuotione: et reuerentia coronam tholo applicuit: et per
 multos pepedit annos. Fuit hoc ut ex suis epistolis

pericari licet natiuitatis sue anno septimo et trigesimo
 idibus apostolis: quo ecclesia celebrat sanctum resurrectio-
 nis pascha: de qua: et carmina: et soluta oratione extant
 epistole. hic honor per multa secula iam desuere: Et si
 multum fuit decoris. Ita: et primum ei quesuit iudicium
 cuius multorum malivolorum dictis aliis obiectis: sed
 ipse sui nominis defectationis in omnem stili acie acri-
 ter ultus est. Laureatur deo que dixerit: que fecerit:
 apud quos fuerit: quos urbes adierit: quotiens ad su-
 um fontem sorgie ex italia iuerit: quotiens ad italia
 ex ipso fonte redierit: quam diu singulo in loco man-
 rit: et si memorari sua cum laude omnia possent. Tum uo-
 reo: si recessuero ne legentibus plus tedij quam gratie fin-
 facturum. Tum plura enim loca studio pagrauerit: tum
 dedi: tum grate sibi usque inueniente sedis obiuit. Qui-
 pe itinera eius: mores: ac libros quos composuit per-
 cis: ac summatim expediam. Primum igitur: ut laurea si-
 psit ex urbe perfectum est: ut galliam trasalpinam peteret
 ad Joannem colunensem cardinalem: sed parme rete-
 ab illorum de corrigia: qui tunc ciuitatem illam gubernaba-
 bat: et aliquantulum illic exegit: ut in una suorum epistolarum
 ad dictum cardinalem scribens ait. Hodie die: quod tibi
 gaudium quoque significo ductu: et auspicijs ami-
 corum tuorum de corrigia Parmam ingressus sum: hic ergo
 precibus eorum victus: quibus ueniam accessuram ipsi sperant
 et ego non dubito: Estate agere aium iduxi. Jurant
 enim premita mea admodum egere: quod indulgentie non
 cessitatis esse certum est. Et ecclesie cathedralis archi-
 diaconus (ut aliquid sibi preferre uiderent) designatus
 Clericalis quidem a puero duxit vitam: Et hic primum me-
 mor sollicitusque ne idigne suscepti honoris ingratus
 uideretur: et cum non urbanis strepitibus: sed siluestri si-
 lentio delectaretur: sicuti ille qui nec legum: aut repu-
 blice curis: sed solitudinis: et ocio natus esset. Elegit so-
 litariu locum trans Entiam amicum in regis lepida silva:
 et plana sylua dicitur cum multis amenitate loci ca-
 ptus redijt: et ad intermissum studium a frice se contulit:
 sedque seruire animi qui sopit uidebatur excitato: modo in
 solitudine: modo parme pluribus perituaris diebus: sine
 operis iposuit: sed reuide postea quod sibi minime
 honoris fuit neglexit. Inde rursus ad fontem sorgie:
 et solitudinem trasalpinam regressus. Amore laurete
 ductus in cuius laudem multos composuit rithmos tanta cum
 grauitate sententiarum: et uerborum eruditione: ut antecessores:
 et sui temporis omnes superauit: et usque in presens diem facile prin-
 ceptus appellari poterat. Interdum supra rithmorum stilum
 gradiloquus efficitur. Tum in affectibus amatorijs ex-
 plicandis est precipuus: et ut Paulus uergerius scribit
 habuisse a Lolutio salutato: qui dicebat ab ipso pe-
 trarcha audiuisset melius se omnia que scripserat facturum
 propter eius in lingua uacuola scripta: tibi ingenue fateba-
 tur seipsus in illis uicisse. Benedictus qui clementi in
 pontificatu successit: ne tantus amor uacuum haberetur:
 ut illam in uxorē acciperet persuasit: et ut facilius adduce-
 ret: concedebat beneficia teneri posse: et alia et insuper
 erogare. Sed petrarca qui auius percul a nuptijs ha-
 bebat: uim tanti amoris pro coniugio amittendum non debere
 rēdit. Nam que de ea indices dicere cogitabat cum
 usus illa fuisset omnia essent ommissa. Laureta que mo-
 strari digito gaudebat: matrimonium libenter precesserit:
 quia in delirio teneri minime uerebatur: sed opione fru-
 strata alio nupsit. Sed interim: extincta est illa co-
 lunensium gloria: sed nimium caduca familia: quorum in-
 teritu: tanto merore consternatur: ut mori secus uolue-
 rit: quam diutius esse in uita. Dum in curia in prelio esset: et

Frigida francisci lapis hic tegit ossa petrarce
 Suscipe virgo parens animam sate virgine parce
 Fessaq; iam terris celi requiescat in arce.
 Obijt quartodecimo calendis sextilis anno a na-
 tali christiano sup millesimū trecētesimū quartū:
 ⁊ septuagesimū. Vir qdē magn⁹ oibus seculis fuis-
 set: sed suo mirabilis: qui inter tot vitioꝝ sordes: ⁊
 iter tantā ignorātie caliginē in clarū lumē: ⁊ vtu-
 tis scientie euaserit. Itaq; nūc de morib⁹ eius agē-
 dū eē censeo. Sed p̄us facetia: (⁊ hercle uera) mi-
 hi narrata ab illo dignissimo: ⁊ doctissimo viro Ja-
 cobo geno olim episcopo patauino. Dicebat quen-
 dam fuisse rusticū ruri Arquade: cum grauit̄ in-
 firmaret Archip̄: esbytero ad se accersito dixit uel-
 le de cētū aureis ecclie facere legatus: ut in sepul-
 chro petrarche poneret. Archip̄sbyter re audita.
 patauū ad ep̄m tēdit: cui negociū exposuit. Sen⁹
 qui uere ep̄s fuit: quin Rusticū nō laudaret: facere
 nō potuit: qd̄ tāta claroz viroz existimationē face-
 ret: quod in magno sepulchro tumulari: ⁊ in miscē-
 dis ossibus nobilitari credebatur. Tūc inhibuit pre-
 sul ⁊ sub graui cēsurā ne tanto facinori consentire-
 tur: q; per pecuniā sepulchrū violare nō decebat:
 ad qd̄ visēdū multi docti p̄ficiscebant: ⁊ cū h̄ tan-
 tū facinus perpetrātū foret nomē in perpetuū fuis-
 set omissum. Nūc ad mores ut dixim⁹ ueniamus.
 Fuit uenerabilis in aspectu: ⁊ maiestas qdā ierat:
 ut ip̄m vidētes induceret: etiā qui etiā nō cognosce-
 rent solo tū visu reuerendū: ⁊ sapientissimū iudica-
 ret: Quō vno pōt cōprobari exēplo. Scribit Jose-
 phus brinius mediolanēsis in quodā suo panagy-
 rico. Tū petrarcha semel esset Mediolani in aula
 dñoz vicecomitū: iter multos purpuratos: ⁊ nobi-
 les viros. Baleaci⁹ q tūc dñs erat iposuit filio qui
 prim⁹ postea dux Mediolani fuit: tūc puer adhuc:
 ut sapientiorē de astantibus ostenderet. Puellus
 oculis hinc inde uolutis. Franciscū adiuuit: ⁊ manu
 app̄hēdit: ⁊ patri cū oīuz admiratione mōstrauit.
 Quid ab hoīb⁹: cū a pueris ei⁹ cognoscebat aspe-
 ctus. Cōuersatio eius honesta: ⁊ iocūda oīb⁹ exti-
 tit: ut nullus mestus ab eo discederet. oculi nō de-
 formes: s; viuaces. Uisus adeo firmus: ⁊ acutus
 sexagenarius litteras ēt minutissimas legeret nul-
 lo vitreoz oculis p̄sidio. Corpus habuit dexteri-
 mū usq; ad senectutez: qd̄ pinguescere cepit. In fi-
 ne appopletico morbo (ut dixim⁹) plurimū torque-
 bat. Ob eāq; rē qui famuli erāt libez ab eo acces-
 sum habebat. p̄silia medicoz adeo spreuit: ut nun-
 q̄ eoz pharmacis uti uoluit: naturā sibi magistrā:
 Medicoz p̄silia uana esse dicebat. Adit⁹ dō ad euz
 euz bene ualere nulli difficilis. Nulla in eo super-
 bia: nulla pompa. Irascebatur interdū: sed sibi po-
 tius q̄ alteri nocebat: bñficijs obliuiscēbatur nū-
 q̄. Amicitias quantum potuit officio conseruauit:
 nihil illi optabilius: nihil grati⁹: nihil iocūdi⁹: q̄ p̄
 amicis rē agere: ⁊ bene dicere: ⁊ oīa pro illoꝝ bñfi-
 cijs: cū op⁹ esset postponē: ut nulli obisset sūmope
 quesuit: ⁊ sigs sibi intulisset iniurias equo ferebat
 aio: nunq̄ vindictā hēre uoluit: s; patientia: ⁊ obli-
 uione cuncta sedare. Diuitiaz p̄ceptoz fuit eximius:
 non ut illas (ut ipse de se ait) non desideraret: qd̄
 ceteri: sed curas: ⁊ labores qbus diuitie trahunt
 odere: sic qd̄ supra uite necessitatem pro statu suo:
 cū posset amplas hēre p̄tēpsit. Famulatio modico
 usus: famuloꝝ multitudines inquietū hoiez fa-

ciebāt. Mense apparat⁹ nullus erat. Tenui victus:
 ⁊ cibis vulgarib⁹ vitā egit. plurimū fructib⁹ arbo-
 rus uescebat: ut libidine extinguet: q; (ut de se ipse
 scribit) cū ad q̄dragesimū etatis puenisset annum:
 cū adhuc satis calor eēt: ⁊ viriū memoriā libidi-
 nis ita abiecit: q̄si nunq̄ feminas cognouisset: aut
 vir esse desuisset. Uinū dilutissimū bibebat: ⁊ sepe
 frigida aqua sitim sedabat. Itans sepe cenabat. Lo-
 mēlationes opulētas: ⁊ lauta p̄uicia p̄sus abho-
 rebat. Pōpa ei multum displicebat: nō tātū: ut ba-
 militati sit p̄ria: sed q; difficilis: ⁊ quieti aduersa
 est. Auidissimus tū honoris: ⁊ glie fuit: que res a
 magnis ingenijs haud facile separari pōt. Unq̄ si
 ne socio cū fieri potuit cibū sumpsit. Gratulabat si
 ad mēsam sedētis amicoꝝ quispiā exinsperato ue-
 nisset. Iuuenis multū in libidine p̄uus fuit: Filias
 habuit quā Franciscolā noie appellauit: ex qua ne
 potē: ⁊ generū vidit. Sepultura ei⁹ cū litteris mar-
 more sculptis adhuc Laruisi aspiciū ante ostium
 ecclesie diui Francisci: Franciscoli eius gratissimi vi-
 ri ip̄ensa. Ex qua muliere illā genuerit: haud com-
 pertū est. Nūc fuisse id qd̄ orator clarissim⁹: ⁊ histo-
 ric⁹ factidissim⁹ Lapidus Decēber mihi narrauit
 cū de eo Ferrarie semel loqueremur. (Magna cō-
 suetudo cū viro illo mihi fuit) Dicebat audiuisse a
 p̄re suo: qui petrarche p̄ubernio usus fuerat. Tpe
 quo Mediolani morabat elegerat pro solitudine
 sibi locū: haud procul a ciuitate qd̄ Linternū (ad
 istar Scipiōis villā) noiari uoluit. Nūc ab icolis
 corrupto uocabulo infernū nūcupat. Mulier qdā
 illoꝝ de beccarijs (pulchra qdē) ad rus suū (qd̄ pa-
 rum ab isto distabat loco) estinis t̄pib⁹ ueniebat.
 Amore ei⁹ capta hāc illi genuisse gnaratam ferebat.
 S; de h̄ vitas ap̄d suū remaneat auctorē. Quā
 in ebdomada ieiunabat: sextam seriam p̄
 ra aq̄ trāsigebat: tonitrua ⁊ fulgura expauescebat.
 Sōni fuit p̄cissimus: uestit⁹ fere sp̄ dormiebat. In
 media nocte (ut clicū decet) surgebat: ⁊ q̄tū pote-
 rat diuinū soluebat offm̄. Deinde ad suos reuerte-
 bat libros: aut legebat aut scribebat: que ordiatim
 ad studiū p̄tinebāt. Id q̄ maxime oī etate vitauit:
 ne t̄pis q̄c̄q; admitteret: de ocio (ut Lato scripsit)
 rōnem reddē se debere. Ad doctrinā quācūq; uo-
 luisse applicuisset ingenii: sed moralis p̄bie cogno-
 scēde multū studuit: ⁊ artis poetice facultatis. hi-
 storicos. oratores legit oēs: s; i Licerone Virgilio
 ⁊ Titoliū delectat⁹: i p̄cessu t̄pis poetarū libris
 nō nisi ad ornatū utebat. Multus ad notitiā uetu-
 statis icubuit. In historijs scribēdis insudauit pluri-
 mū: sed multū illoꝝ discordijs offensus. Sed an-
 nostoz fact⁹ sacris litteris icubuit in quib⁹ sensit nō
 parū dulcedinē abditā quāz aliq̄n cōtempserat:
 Stilus ei⁹ copiosus est ⁊ magn⁹ in cōsolando dul-
 cis ⁊ in admonēdo liber. Interdū iocaf salib⁹: sed
 ubiq; restrict⁹: ut ille qui magis Seneca dēsitatē:
 q̄ Liceronis amplitudinē imitat. Unde p̄sepe ex
 hoc recētiore senecā ip̄m appellauerim. Dicat q̄-
 qd̄ uolūt inuidi eloquio fuit clarus ⁊ potētī: ut isti
 lus libroꝝ idicat: atq; uere dixeris ille fuit qui per
 tot secula exulatē ⁊ iā pene incognitā dicēdi facul-
 tates in n̄ra tēpora reuocauit: summus doctrina:
 summus ⁊ eloquio. Scripta ei⁹ quocūq; in ḡne
 habent ista sunt. De uiris illustribus. De remedio
 utriusq; fortune. De uita solitaria. De ocio religio-
 so. De secreto p̄fictu curaz suaz. Liber epistolaz

sine noie. Itinerariū: 7 liber reꝝ memorādarum. Comedia vna Joanni columne inscripta: duo magni epl'arū libri. v3. iuueniles 7 seniles epl'e: 7 hec soluta orōne. Duoq; ad mīnā siue vulgarē linguā Sonetoz libri 7 triūphoz 7 ritbmoz. triūphos nō emādauit. Nā ipso mortuo iueniunt i cartacijs suis in vno alligati fasciculo. Nōdū exierāt in publicū q; ultimā nō habuerāt limas: ut luce clarius videri pōt. ut in triūpho de fama: in quo multe replicant historie: qđ vitiū est maximū. Nā duo illa capla ad vnū redigēda erāt: 7 alia multa addēda: 7 refecāda. Buccolicū carmē in duodeciz eglogas diuisum. Librū epistolāru ad barbatū: 7 psalmi penitentiales magne deuotiōis pleni. hos omnes Paulus Uergeri⁹ uersib⁹ ijs ita cōprehēdit. Illustres celebrare viros medicamina utraq; Porrigere in sortē tranquille munere vite Dicere Franciscus potuit tractauit anbellos Ore potens triplici materno stamine amores Larmina pastorum sensus condentia miros Cum caneret magnum gracili spirauit auene Africa cum scriberet fausto rem nomine dignam. Multaq; preterea uario deprompsit ab ore Ultima sacratiss studijs dans tempora vite.

Postremo de africa libro pro huius poete excusatione: dicas qđ sentio: 7 perstringam id qđ uergeri⁹ in fine vite petrarche scripsit. Librū impfectū esse ei⁹ demōstrat editio. Quia ordo ipsius rei prout res se habuerit nō pcedit. Nā si secūdi belli sūma spectes multa deesse cōspiciem⁹. Ut Scipionis ex hispania trāsitu ad siphacē. Sed q; a plerisq; iten temeraria numeres forte de industria poeta intermisit. Sed preter hoc neq; traiectionē exercit⁹ in sicā: Neq; castrorū siphacis nocturnā exustionē. Atq; istea siphax: atq; hasrubal apta acie victi sunt. Neq; ut infidus rex tandē in suo regno a Massinissa: 7 Lelio supatus: 7 captus sit: sed hec oia (ut Uergerius scribit) ratio iducere potuit: cū supmā pugnā que iter duos sūmos duces. s. Scipionē: 7 Hannibalē fuit descripturus eēt: que bello finē posuit: ne similitudine reꝝ lectorē offenderet. Sciēs uolensq; hec oia ptermisit. In ultimo quoq; libro in quo plurimū sibi met loci fecit somnium omisit: quod ponit: ut annotata subscriptio demonstrat debuisset. S; hi defect⁹ fortasse dicēdi nō sūt qui ceteraz reꝝ splēdore tegunt: 7 reliqui corpis pulchritudinē illustriore reddūt. Sunt pterea qđ mōstrat nō fuisse correctū opus. Uersus dimidiati: 7 iperfecti (ut est creberrime apud maronē nostrū) Aliqñ 7 impfecte sententie: Sunt: 7 male mēsurate sillabe tñ ipse in margine notauerat: ut ex multis exēplarib⁹ videri potest: ubi signate conspiciunt. Sed ut oia breui cōcludant. Lōstat iuuenē istud cepisse poema: 7 in breui tpe: quodā iuuenili ardore ductū ad finē pduxisse: qđ si ad extremā pduxisset etatē quanto futurū fuerit excellēt⁹ nemo ambigit. Nihilomin⁹ refertū est multoz documentis: 7 plenū poetice fictionis. Magna in eo est uetustatis: 7 nature cognitio. Magna eloquētie vis. Magna pceptendi facultas: qđ si ultimā iposuisset manū: seu limare nō neglexisset pclarū sane euasisset opus. Nec dubito istā fuisse cāz: qđ male de eo ipse in fine senserit. Nā cū semel Uerone eēt: 7 euz ad vidēdū ipz multi pcessissent viri: 7 ut illi cōplacēt ad id qđ loquebas ppositū carmina sue atri-

ce cantare ceperūt. ptinus cū audiuit lachrymas emisit: Rogāo ne ulterio⁹ pcederēt: Lū percūctare tur: qre hoc faceret rridit. Utinā datū eēt: ut istud op⁹ abolere posses: pfecto nulla res magis grata: neq; iocūda foret qđ illud pp: ijs manib⁹ cōburendū. Uergeri⁹ enim nō min⁹ clare hoc demonstrare videt: allegat ei⁹ epistolā quā scribit ad posteritatē in qua de se deq; rebus suis scribit. sic eniz de isto inquit libro. Raro enim pater aliquis tam mestus filiū vnicum in rogam misit: ut ego librū illū quez mibi multo labore genuerā: 7 si scias quisq; hec legis: quanto id fecerim dolore: 7 oēs meos labores eo in ope pditos acriter tecū uoluas vir ipse lachrymas ptineas. hec eniz scripsit anno vno anteq; moreret. Sed qđ fuerit. Lectorē equū meliorē ptē tenere decet. Nec eni sūt mi Lōtarene dignissime: que de vita eximij nostri petrarche habere potui. Scias uelim nihil me temere scripsisse. Secutus enim suz Paulū uergeriū: Lichū pollētouz: Leonardū Arretinū: 7 Philelphū 7 ei⁹ auctoris scripta: quāntū potui: ex meo Marte nihil positū esse scias. Sigs iniquus forte lector rephēderit. faciat meliora hortamur: ut nomē tanti viri clarius elucefcet. Ego hāc vitā tibi mitto: (que cū pscis illis clarissimis viris cōparari pōt) ut meā erga te fidē: 7 obseruatiā aliq ex pte notā facēs: sit q; itelligeres amare dignitatē tuā: quā idies crescere minime dubito. has lucubrationes qđ iter tot meas tribulationes: 7 angustias scripserim: sicuti ille qui a maris latronib⁹ in mari pampbilio (perugia buscaglino duce) qui olim cantabū dicebatur: cū e cypro uersus italiā nauigarem de omnib⁹ que possideram spoliatus existo: 7 nūc ab effera gēte gallorum his factus sum preda tibi quales sunt mitto. Rogans: cū ab occupationib⁹ fiscalib⁹: quibus indies iusu serenissimi. Du. dñij detineris: ac ēt post quotidianos ciuiliū: defensionū foretūq; labores quos ob tuam: peritiā: bonitatē: iustitiaz: 7 doctrinam exerces: ut oppressos erigas: 7 adiuues. Que est (ut inquit Licero) melior in boiuz genere: qđ eoz qui sese natos ad boies iuūados tutā dos cōseruādos arbitrant. pferim ijs qui iniuriā patiuntur: quanta sit tua equitas: 7 iustitia: ab omnibus abūde cognoscif. Lū igif paulū ab ijs uacaueris: rogo: oro: atq; pendo. ut hec mea legere nō dedigneris: 7 si abs te cōprobari sensero: me aliquid boni fecisse reputabo. Vale litteratoꝝ dec⁹.



C Incipit liber rerum senilium. Ad Simonidem. Prohemium.

Lim Socrati

meo scribens questus eram
 q̄ etatis huius annus ille
 post millesimum trecentesi-
 mum quadragesimus octa-
 uus: oibus me p̄pe solatijs
 vite amicos mortibus spo-
 liasset: Quo dolore: nā me

mini/questibus ⁊ lachrymis cūcta compleueram.
 Quid nūc p̄mo ⁊ sexagesimo faciam anno: Qui
 cum cetera ornamēta ferme oīa: tum id q̄o charissi-
 mum vniciq̄ habui: ipsum mihi Socratem eripu-
 it. Nolo per aliorum casus stilus ducere: ne tristis
 mihi fletū renouet memoria/ ⁊ annus hic pestilēs
 qui illum in multis locis perq̄ hāc maxime cisalpi-
 nam galliam nō equauit modo/ sed vicit: quicq̄ in-
 ter ceteras Mediolanum florētissimam frequētis-
 simaq̄ urbem hīs hactenus malis intactaz/ pene
 funditus exhausit: me q̄o nolim iterum in quere-
 las: neq̄ hac etate/ neq̄ hīs studijs/ neq̄ oīno me
 dignas cogat. Multa mihi tūc p̄misi que nunc ne-
 go. Spero nō me flētem cernet amplius fortuna:
 stabo si potero: si minus: siccum sternet ac tacitum
 Turpior est gemitus q̄ ruina. **C** Ad id q̄o dictu-
 rus sum p̄gredior. Est ad Socratem liber famili-
 arium rerum nr̄: corpe q̄dem ingēs. ⁊ si sineret in-
 gētio: futurus. Proinde q̄o illic p̄sagiebam video
 Nullus mihi alius ep̄laris stili q̄ vite finis osten-
 dit: Itaq̄ si q̄d tale mihi Deinceps uel amicorū in-
 stātia: uel rerum necessitas extorsit: ego enim re-
 rum cōsciū mearū nō quid iam sarcinis adiciā
 quero: sed q̄d detrahā: totum tibi inscribere est
 aliū: cui p̄sam familiariorē scio eē q̄ carmē. Quā-
 tum sane uel rerum uel vite supet: incertū est: quan-
 tulūcūq̄ tū id fuerit boni cōsules: q̄o ⁊ si modicū
 totū sit: Neq̄ vō scōi loci sortem indignabere: aut
 Socratem tibi platū credes: sed memineris ea
 te mihi tēpestare nōdum cognitū qua opus illō
 icēptum est: In quo tuꝝ multa sunt ad te: cui necdū
 Simonidīs nomē indideram: q̄n hoc ip̄m quicq̄d
 erit/ quasi enim iactū retis tibi dono/ eo gratius
 accipies quo serius. Et libratiōra enim ⁊ rariōra
 eē solēt senum dona q̄ iuuenum.

C Ad Frānciscum sanctorū apl̄orum de Florētia for-
 tune blanditias contemptu magnifico repellen-
 das.

Epistola. II.

Am an litterularum tuarum aduētū ⁊ Se-
 nobium nr̄m defunctum eē mestus/ ⁊ te cā-
 panum fieri/ letus audieram. Gaudeo her-
 cle ubi totus eē nō possum/ te q̄si dimidiū aie mee
 eē: ut de Virgilio ait Flaccus: dum q̄o cupio ⁊ spe-
 ro ubi cūq̄ fueris bene ac feliciter tibi sit. Neq̄ vō
 alr eē posse psuadeo mihi/ tali hospite mecenate/ il-
 lo nr̄m oīum tali hoc aīo tuo: tali deniq̄ ⁊ taz fido
 tuarum v̄tutum: tāq̄ indiuiduo comitatu. **C** Ad
 id q̄dem q̄o Mecenas ipse: tuq̄ post illum/ tāta p̄-
 cum vi me nūc etiam in cāpaniam euocatis: q̄d ali-
 ud dicam: q̄ mirari me/ nō v̄ros olim mihi plane
 notissimos affectus. sed indefessam hāc instātiā
 toties negata flagitātium. Nec rogādo enim nec
 expectādo lassamini: cum ego iam nō negādo tū

sed tacēdo ac viuēdo p̄pe lassatus sim. De hoc sa-
 ne nihil noui est/ ultro citroq̄ q̄o dici possit: trita
 sunt oīa. **C** Hīs omissis vnum dicam: quo intelli-
 gas quos mihi nūc quoq̄ ni caueam blāditiarum
 laqueos mūdus iterit. Sed ut tēpter: falli nequeo
 sic edoctus ludis talibus/ atq̄ ut dicif coctus suꝝ.
 Sigdem hoc ip̄so tpe quo me hic nr̄ tātō tāq̄ vni-
 cus ac dilectus uocat: ubi nisi alia obstarēt: nō al-
 terius q̄: ad mei ipsius p̄p̄riam domum uoco: si-
 mul me hinc romanus Cesar: hinc Frācorū rex cer-
 tatim euocāt: hīs p̄missis/ hīsq̄ muneribus iam
 p̄missis: que si p̄gam exeq ⁊ lōgum erit ⁊ videbit̄
 fabulosum: Mirum p̄sus vñ duob⁹ p̄ncipib⁹ ar-
 matis ⁊ vnius inermis ⁊ iam senescētis clerici cu-
 ra est. Nouissime uerum sūinus p̄tifer: hic solit⁹
 nigromāticū opinari: ⁊ ipse me altis uocibus ad se
 uocat duob⁹ iam nūc b̄ficijs collatis: pluribusq̄
 si paream oblati. hic enim uero miri nihil: quā cau-
 sa nota est. vult me ad officium secretorū q̄o Seno-
 bius nr̄ gessit: q̄oq̄ nec ipse nec p̄decessor vnq̄: su-
 us habuisset nisi ego illud oblatum mihi perq̄: ho-
 norifice multos an̄ annos recusassem. **C** Sed scie-
 ctus auaritie suspecta est: Sperāt for̄sitā me senē.
 Et q̄o (ut p̄hibet) cupiditatem acuit ditiozem so-
 lito/ amplecti q̄o iuuenis inopsq̄ nunq̄: uolui. sed
 fallun̄: cum p̄sertim egētium amicorū quorum me
 charitas tūc urgebat/ tāto sim factus egētior. In-
 ter quos ne lōgam tibi nūc ordiar mei doloris hi-
 storiam: quam p̄cidere potius nitor: ac seponere ⁊
 si liceat obliuisci. Joānes me⁹: tuus nr̄: imo Chri-
 sti ut Hieronymi utar v̄bo. is Joānes qui te colere
 apud occidua bāblyona cōsueuerat/ iter vite durū
 ac breue an̄ uespam: imo vō an̄ meridicū p̄c̄-
 mutationis in melius spes dedisset. credo quo gra-
 uio: mihi mors eēt. Sed nō ita est. Q̄o enī ad dā-
 ni cumulum calcāq̄ gemituum magna p̄o v̄teret
 v̄ti ego ad solamē. ⁊ q̄ ille melior obiit: ego letior
 uiuo. Oibus ergo me uocātib⁹ excusationes obij-
 cio: miras q̄dem: sed p̄e alijs senectutem ueram il-
 lam nō inficio: sed fando auctaz. ad honestos enī
 ⁊ placidos labores adhuc deo p̄stāte sat ualidus:
 ad iuissos decrepitus: atq̄ ipotēs fact⁹ sum. q̄o ip-
 sum inter nāe dona cōnumero: ut ⁊ q̄o posse noliz
 nec possum q̄dem/ nec honesta mihi vnq̄: desit excu-
 satio: cui⁹ me sepe penuria tedijs multis grauib⁹
 q̄ negocijs imparatū obtulit. **C** Ad hāc sane ulti-
 mam uocationem cum me p̄uisci excusassem. no-
 minauit te amice. idq̄ pro honore tuo feci. Dabis
 ueniam si erratum eēt. Logitauī enim si mihi queꝝ
 ad tātam rem ut idoneum eligissent/ de alterius in-
 genio creditum eēt artificis: ut par erat: uel emolu-
 mētum acceptat: laboriosi fatcor: sed honesti offi-
 cij/ uel repulse magnanime tibi nō defuturum de-
 cus. **D** si mihi p̄pter inobediētiam ifesti meū quo-
 q̄ de te iudiciam sp̄cuisent: tū tuum nomen scm-
 per/ ⁊ tūc maxime ueris laudib⁹ p̄seq/ meꝝ dnr̄ i
 Q̄o gdes ex alio q̄: ex me tibi nūciatum malim:
 Scribo aut̄ ut patior sis nr̄so si q̄d hinc for̄san au-
 dieris. Neq̄ vō Mecenas nr̄i laude laus tua ca-
 ruit. Scripsi enim te cum illo agere. ⁊ illius e gre-
 mio poscēdum ut appeat/ tum in alijs multis/ tuꝝ
 in hoc quoq̄ q̄tis ille sit vir/ qui talia ecclie nutrit
 igenta. cui olim Senobius dedit: nūc si regrif te
 daturus: ut de cois p̄ie laude tacherim/ que toti⁹
 ciuium glie q̄si fons q̄dam/ illum sil ⁊ nos genuit

et altos edidit et altorem. Reliquum est/ ut no-
ris me rumoribus asperis hinc atque hinc pulsum/
letum minime: sed rationis auxilio rectum stare. Quid
de me ipso statuam: tamen adhuc dubium. Et facile fie-
ri potest nisi nouus aliquid emerferit/ ut me audias non
post multos hos menses in transalpinam solitudinem
rediisse. Plenus sum italicarum rerum. Vale.

Ad eundem amice consolationis approbatio. Epistola. III

Er gratam meis vulneribus medicinam/ sua
uissima quidem ac doctissima tua manus ad-
hibuit. Solas me super adolescentis mei obi-
tu/ quem uiuentem uobis oderam: defunctum mente
diligo/ corde teneo/ complectorque memoria / quero
oculis. heu ne quicquam. Amantissime tu quidem istud ut
omnia. Sed o ingens vis amoris/ et rationis impio exem-
pta: fletus tu interim consolator meus: et quod fieri ratio pro-
hibet amor cogit. Fletus tu illum nec imerito. Quis
quis enim esset in reliquis/ tu amator miratorque/ tuique
nois indefessus cultor euaserat. Quod mihi unum de
multis indicium erat imitari illum/ magno
nirru cui uitia tenerioris excutere. Christum testor
cui ille nunc uiuit/ et cui sepe suspirans precor sum me-
um/ raptique animam recomendo/ non ille me tibi uel cha-
ritate uel extimatione prouulerat: neminem ille mor-
talium tibi equabat: sic in arce iudicij sui stabas. is
amor: ea mens erat: ea demum uniformitas iudicia-
ris. In ceteris namque pro etatis inconstantia uariis.
In te unum semper. Siquis forte in comparationem tui
uenisset: seniorum in concilio palam loqui uerit/ sub
missa fronte/ risu tacito/ sententiam proferebat. Et si
quando iuuenilis illum ardor in uerba compelleret: re-
uerentiam cum dilectione: certatim cerneret uere-
tam cum pietate. Iure igitur illum fletus illiusque de-
sideras: qui te fleturus esset ut patrem: desideratu-
rus ut filium. Sed quoniam ius est/ ut fortuna
semel feriat: et non repetitis ictibus conficiat que in
uasit. una nunc quoque uulnus alterum Socratem me-
um desles: quem mihi orbe alio genitum primo sta-
tim congressu frons: ingenium: uirtus: unanimem fe-
cerat: sic ut nunquam postea uel momento temporis labare
illi meis in rebus animam senserim: fidem uel lentescere
barbarice nato homini: rarum profus. Sed consuetu-
do longior/ et conuictus assiduus/ namque amor: sic illi
moribus sic affectibus nostris imbuerat/ quasi media
natus esset Italia. Non erat: nostra omnia mirabatur. et pene
iam oblitus originis nil in terris nisi Italiam suspi-
rabat. Quid uis dicam: tanta illa transformatio stu-
diorum ac nature et stupori omnium/ et gaudio mihi erat
ingenti. eo maxime quod in meam gloriam reflecti quo-
dammodo uideret: cum haud dubie inter mortales
primum ille me sibi animo fecisset: hunc ego ante ortum
alterius toto ferme septennio primo flore adolescen-
tie primum noui: tum scilicet/ dum haud procul pire-
neis collibus sub incomparabili viro alme memorie
Iacobo de colina locorum profule/ magno et dulci
coeuorum contubernio iucundissime uiueremus. Et
o celi regnator/ o creator temporum/ o siderum mo-
derator: unde hec tanta uelocitas. Audiuertius
id fuisse dicturus sum: nisi quod propter unum Lelium no-
strum: de quo ipso sum dubius. nullum penitus e-
cetu illo superesse iam reor. O fallax uita hominum
Nec desinimus longas hic et tam breui spatio inex-
plicabiles spes ordinari. O laborum capus asperri-
mus. o errorum inscrutabilis laboribus. o gemi-
tuum trux palestra. hic hic infelices agimur. hic ni-

timur: collidimur: exercemur: et qui furorum ulti-
mus. hic gaudemus: extollimur: superbumus: hic po-
tiam: hic honores: hic opes: hic impia mollimur
hic iniurias: hic rapinas uolumus: hic vindictas:
quod de nobis interea non uentura tamen dies: sed hora
etiam presens pariat incerti: nihilque aliud diu uiuendo
consecuturi/ nisi ut soli ac mesti: ut corporibus: utque
animis graues inter questus et lachrymas et desi-
deria senescamus. Certe ego qui nudius tertius di-
xi/ melius hodie dicturus. Quid enim nisi dies unum
est uita hec? Isteque hybernus breuis: turbidus. Et
ut multis mane: multisque meridie interruptus: sic
paucissimis productus ad uesperam. hodie inquam tanto
et tam delectabili comitatu stadium hoc ingressus
Ecce iam uie fessus/ et prope iam solus ad metam fe-
ror. neque in hoc exoptato uotis omnibus longiuscule
uite tractu boni aliquid intelligo: nisi quod equanimis for-
tasse morimur hijs promissis qui dulces nobis facie-
bant uitam: nil a tergo quod uellicet animam relinquentes
nisi contra opportunum illud ac miserum semper flen-
do in perpetuo merore ut Satyricus ait: et nigra ue-
ste senescere. siue ut prope quod est dicam: inter ami-
corum mortes sepe mori: nullum tuorum nouissime
relinquentem cuius in ore memoriaque post obitum
fuit uicturus. Et tu mihi nunc amabili profus iniuria
ac pena/ laboriosi huius tristisque negotij longitudi-
nem imperaris. dum tremere te ais atque horrere ne
mihi superstes sis. Ego uero supstitem te uolo et hos
pauculos qui e tanta amicorum acie iam soli supe-
rant. Sint qui ultima iussa abeuntis excipiant. Sint
qui oculos tegant: humi obruant: quis affatim illud
mors faciet: hoc natum sed dulce est amice manus
obsequium. Nec ulla mihi aduersus fortunam meas
grauior querela est/ quam quod amicis ante dies ablati-
sique huic numeri dies esset: ego durior adamante: te
studine tardior: ac phenice uiuacior: huc dilato sum
Nec cumulus desit offensa: quorum manibus se-
peliri optaueram interesse non licuit sepulture. Sed
redeo ad Socratem/ qui ad me non redit: nec me ta-
men animo deserit/ ut puto corpore hinc abscesserit: cum
unum et triginta mecum annos fidelis expleisset ami-
citie. Alter enim fletus noster uite quartum et uigesimum
non impleuit. Quid nunc loquar: Dicerem: heu mihi
ter et amplius/ nisi quod luctum pellere est animus: pos-
sem simul utinam et dolorem pellere. nitar eadem
In quam rem tuam tuo mihi consilio utendum uideo
quod et uirtus humanis casibus altior. et qui dedit ab-
stulit. Ignoscendum morti: suo iure usa est. Nec for-
tuna nobis accusanda: nec natura. Nec querendum
ordo: ubi nullus unquam fuit. cauendum quod in alijs ali-
quando reprehendimus: ne iure optimo reprehendat in
nobis. Nec mirandum uero quod acerbus ille: hic matu-
rus adhuc uires obijt. Utrique suum uite tempus im-
pletus: nostra nobis implenda sunt: sequendique quos
promissimus. et quod milles diximus/ iam tandem ante
oculos habendum. leuis est enim solius lingue di-
sciplina. perbandum nobis et rebus est: si re ipsa sal-
ui esse cupimus. hic figamus animam: et quod loquimur sen-
tiamus. Sequemur nostros. Quis hinc dubitat. se-
quemur cito: statim: nunc fortasse: et certe nunc sequi-
mur. Nam quod aliud agimus oro te/ dum geti etiam
uidemur nisi properare et currere? currimus quidem
omnes: et singuli currimus: et vicissim nos urgemus.
Quid hic opus est stimulis: ipsa nostra nos uehit/ ne
dicas precipitat natura/ et percussibus applicat. Nulla

finis nisi cesseris: quod sine ullo dedecore sis facturus. Est enim laudabilis uero vinci quam mendacis vincere. Et certe quocumque sit vis: mea saltem honestior causa est. Ecce autem pedetentim unde digressus eram redi. Ieiunium nempe sancta res est: et anime utilis ac salubris et corpori. Studiosis vero bonique aliquid agentibus secure dicam necessaria: seu deuotionis studium sit: seu negocium lazarum. Neque enim de athleticis aut fessoribus agitur: aut de hijs qui pedibus sitionias baccam terunt. Profecto autem non decet virum sobrius et castus suum uas incorruptum cum honore seruantem aut virum magnanimum ingenia mollientem. Aut virum doctum et sublimia meditatem sepe et multum ad mensam sedere: et hoc breue tempus ac labile ego portionibus cum uoluptate perire: quodque comestationibus superfuerit aut gerendis rebus aut orationi aut phibere dare. Absit hoc a moribus nostris: imo praeterea: quod illis superest refectio corporis tribuendum. Ad enim corpus hoc ad dominium: sed ad fuitium aie nati sumus et sicut seruus domini: sic corpus anime reliquijs uesci debet et contentari. Unum nunc etiam locus hic recipit. Quotiens puras interfueri colloquijs transalpinorum praecipuum et praecipue praetatorum: ubi de moribus nostris. Sermo incidit: Scilicet illos inter alia mirari quosdam quoque vituperare cenas italorum de quibus in reliquis extimationes claras atque magnificas percipissent. Idque eo magis indolui quo eorum iustas redargutionem et platonice sententiae personam intellexi. Nam et ille epistola sua quadam ad architam tarentinum cenas mensasque arguit italicas. Sed tanti praeterea reprehensionem facile sim laturus. Quo autem alio quatuor putas audias dolore nos a barbaris sobrietate superari. Neque vero me fallit ut olim apud maiores nostros romanos ueteres dico: usus non fuerit praediorum: unde poeticum illud: hec eadem habere die primum querit: et quid corpori utilis medici disputet. Audiui enim eos ut in multis ita etiam hac in questione discordes certe rebus agendis: quibus romani autem omnes dediti erant opportuni reus ad uesperas distulisse: dies enim actus idoneus: nox interpesta et inactiosa est: et refectio aptior et quieti. Neque enim cenas nisi praedio superingesta arguo: sed medici per manus opinionones sibi mirabiles ac siluestres tradunt: et a stipulantibus gula et vulgo unus alium docet nihil peius esse ieiunio. Et miraris et dicis te nescire neque audisse unquam consilia medicorum diuinis aduersa esse consilia: seu praeterea diuina praeditioni. Mihi autem ego non minus tale virum non audisse: que lippis et torporibus nota sunt: quae que displicet pigris semper auribus hauriuntur. Nolo: sibi autem monstrare ubi querat quod inuentum doleat. Sed si queris inuenies. In multis quidem a diuinis consilijs discordatio: ut qui corpus tantum hostes anime atque ergastulum cogitationis: in ieiunio praesertim. Est vero nunc quicquid duras habet uulgulas et extirpet errorem tot radicibus subsistentes. Et o utinam ego te qui me a ieiunio diuertere nitentis posses ad ieiunium fando pervertere: et uelles medicinam hac saltem in parte dediscere. Crede mihi uictum te gauderes: praeterea occulta namque quam plurima corporis atque aie comoda unum certe oculis antequam annus elaberet sumpto in manus speculo uideres te uiuidus coloratum. Praeterea proinde ut hec tria de quibus bellum gerimus recolligam ac praestringam. Nihil ego sobrietate in medio positam adipisci: si extremorum alterutro pereundum est: malim atque pallere quam uino rubere

Archi-
ta taren-
tinus



Malis pomis laborare: quæ carnis: exhaustusque
 ieiunio quæ distentis crapula pire: erit saltè purius:
 erit honestus cadaver. Jamque de insolita et pro-
 fus aliena materia satis superque certatus est. Quod
 cum alio quocumque ex hijs qui medici tamen: et nil ampli-
 us sunt nunquam in animi mihi uenisset ut facerem ias
 solito magis lites et discordias abhorrenti. Nam quæ
 equo animo videat sua omnia uastari: seque erepto uni-
 co palliolo nudum linqui? Quis non ad iras atque ad
 odium atque ad arma profiliat? Quod patenter quondam
 cum illis exptus sum pape medicis quorum supra me-
 mini. Ex te autem tale nihil uereor: cuius scientie di-
 uitiarum leuis accessio medicina est quam licet oli: ut
 sepe multi artes alias iuueniliter suis professus: pe-
 ne tamen absque illa modo qualicumque iudicio maior esse
 ac ditior. Itaque uelut opulentissimi præfamiliaris et
 amici fines latius ruris sterile angulum securus in-
 gredior: et proculco: obstatetque rubos falce refeco.
 prope cupiens ut tui esse desinat: qui te hijs impli-
 cita a cultu arui felicioris impediunt et auertunt. Ut-
 cumque res casura sit interim dum tu bellum instauras
 ego adero. Sepe progressus bellantium et presentes vul-
 tus sequestri pacis et concordie fuerunt. Facile forsi-
 tan dum ultro citroque acies instruitur pax erit. licet
 enim aliter atque aliter tu a medicis ego adeo ambo
 tamen unum uolumus: ut quodcumque scilicet uite restat
 sanus degam: quo uita ipsa sit letior longiorque: quæque
 eius diu siquid est hic diu distulerimus moriedum sit.
 Vale Euganeo in rure febricitans scripsi ut tantisper
 febris obliuiscerer. xv. Kal. Decemb.

Explicit liber. xij.

Incipit Liber. xij. Ad magnificum Nicolaum mar-
 chionem estensem Ferrarie dominum: consolato-
 ria super fratris morte.

Epistola. I.

Eu mihi duro nimium et uiuaci:
 ergo ego infelix et sinistro nato si-
 dere in hac misera et fugaci uita
 tadium ideo reseruat sum ut letum
 aut dulce nihil sentiens tristitia et
 amara cuncta perpetiar: ad hoc
 solui uivo ut quotidie amicorum et cha-

roy mortes audiam: utque ait satyricus multis in lu-
 ctibus inque perpetuo merore et nigra ueste senescam
 per omnem uitam flendo fatigatus. Nulli deiceps ho-
 minis mortem flere decreueram. Idque et professioni mee
 debitum et etati rebar: sed nimis ad uiuum tangit dolor
 heu uir clarissime. Amisim? imo promissimus tu fra-
 tre amantissimum atque optimum: ego dignitate omnium
 mitissimum charitate filium obsequentissimum: quæ nullis
 omnino meis meritis: sed sola sui nobilitate animi
 me ut nosti sic amare ductum ceperat nec tamen amare:
 sed colere ut ego ipse et gauderem uehementissime et
 mirarer non minus: unde illa tanta dilectio: tantaque
 ueneratio in tanta status: atque etatis impitate. So-
 let enim illa etas hanc fugere uel horrere. Ille uero non
 ita. Memini: neque unquam obliuiscar: neque obliuisci
 debeo. ut hoc ipso anno dum Romam petens casu: il-
 lo terribili retardatus apud te: quo me fors mea in
 hoc saltè placata detulerat: qui mei curam non quasi
 alienigenæ paruique hominis: sed ut magni cuiuspiam
 am viri tuo de sanguine suscepisti: dura et graui: et
 ut publice creditum fuit: ultima egritudine laborare
 quibus sermonibus qua pietate: quo uultu per singu-
 los dies ter aut quater ad me uisendum illa felix et

Sa-
 tyric?

benedicta aia ueniebat. Quas mihi assidue consolatio-
 nes: quas oblationes: que lenimenta doloris affere-
 bat uoce illa humili ac benigna ut pregaudio et sue
 admiratione uirtutis mei ipse incommodum uix senti-
 rem. Sileo et longinquo salutationes amicissimas: si-
 leo nuncios cum manibus et munus omnium uincensibus
 suauissimis atque honorificentissimis litteris ad me
 missos: quod est summum: dico floridum adolescentem mori-
 bundo sic astare semiculo: heu mihi non credebam nec
 credibile erat ipsum ante me mori debere: neque acci-
 dere potuisset siquid esset ordo rerum humanarum. Acci-
 dit autem: quia nullus hic ordo est: nulla constantia: nul-
 la stabilis aut certa incertitas: sed profusio et labor et
 dolor et gemitus: a quibus nulla fors hominis: nulle
 opes: nulla liberat altitudo. Danum quidem tuum nram
 que omnium qui te illumque dileximus. Neque dissimulo
 neque uobis iminuo. Magnam profecto rarumque et eximi-
 um uite decus: ac solatium ad tempus amisim?: quod
 non flere etiam ad tempus et desiderare non possumus.
 Sunt tamen et magnis angoribus inuenta remedia: de quibus
 agere non breuis epistole sed libri materia sit ingentis.
 Unum hoc pro temporis breuitate sufficiat. Si qui-
 dem pro nobis dolemus occurrit ciceronianum illud sem-
 per in hijs casibus repetendum. Suis incommodis graui-
 ter angere non amicum sed seipsum amat. Si autem propter
 illum uanum est dolor: non solum quod irreparabilis est eue-
 tus: sed etiam quia faustus utique illi est: audeo enim
 dicere: quod uerum credo quod fratri tuo nihil mali imo
 multum boni accidit. Quis enim oculi nostri illum an-
 xie requirant. Illi tamen proculdubio bene est tam nobilis
 animus tam mitis atque innocens uita fuit: ut sperari de
 eo aliud non possit. Uiuat ille qui mori oculis homi-
 num uisus est: imo nunc uiuere incipit: hec enim ut sapi-
 entibus placet: que dicitur uita mors est. uiuunt inque et
 cum creatore suo cumque angelis eius ac beatis san-
 ctorum hominum spiritibus: eum frui beato ereptum mun-
 di periculis et ludibrio fortune. Neque si redire pateat
 reuerti uelit. Gaudet enim labore permutasse cum rege
 cum securitate formidine: cum felicitate miseria. Nam
 licet et dum nobiscum erat felix: uideret uere tamen
 nemo hic felix ut doctissimis uisum est. felix ergo
 ille: nos miseri dum hic sumus. Quocirca merere hoc
 ei euentu deorum: ut apud Ciceronem ait Lelius ne in-
 di magis quam amici sit. Et ille quidem nunc ut mea hæt
 opinio recordat nostri: suosque omnes in quibus: quod ita sibi
 placuit ego me numero sed in primis tamen talisque ger-
 manum quem semper uince dilexit: eo nunc amat ardenti-
 quo eterno propinquior est amori. Non sum enim: deo
 gratias de illorum grege qui putat aias cum corporibus
 interire. In nostra igitur et nostrorum morte immortalitas
 aie: et resurrectio corporum nos solatur: quartum prima
 consolatio et phis fuit. Altera nobis est solis: de quibus
 si impetum atque ardorem animi sequi ueli longus ero. Sed
 non possum. vires enim mihi corporee nulle sunt. Ne-
 que enim postquam a te et ab illo: heu ultimam discessi: nullus
 mihi sine grauius moribus actus est dies. Itaque uix
 hec ipsa perscripsi. Locus autem de sapientia et magni-
 tudine animi tuusque et hunc casum quo tibi iam nullus
 acerbior euenire potest: et humana omnia alta et inuicta
 mente tolerabis: et ingrue sensibus tristitia insita le-
 nius uirtute in omnibus diuine confirmaberis uoluntati et
 tecum in silentio cogitabis celestem prudentiam a qua tam
 multa et tam grandia recepisti tibi hoc nunc licet ama-
 rum gustui bonum tamen. et consideratis mundi malis saluti-
 ferum forsan et optabile tribuisse. Nec tibi manu

Licero

Licero

tremula humeribusq; oculis statim scripsi euz hac
 ipa hora ad me rumor mestissim^o puenisset: ita ego
 eger tristis desolat^o solari alios nitor: pinde sicca
 de lachryme: cop: imeda suspiria: calcadus dolo:
 hoc excellētiā tuā decet que si uera est nihil illi ar
 duū videt: positi in excelso estis o pncipes domi
 niq; terrarū: ut exemplo alijs sitis: uos oculi oēs
 intuent: oēs aures audiūt: lingue oēs loquuntur:
 oēs nri actus z vba pensantur. Enitēdū summo uo
 bis est studio ne plebeium aliquid aut vulgare loq
 mini: ne quid depressum atq; humile sentiat: sed
 magnifica oia z excelsa: uen uos ullis impulsibus
 fortuna deiciat: nec inclinet quidē: que in uos quo
 maiores estis: eo sepe maiori accingitur apparatus
 frustra autē hoc inter homines fastigium posside
 tis: nisi serēiores z altiores animos ceteris hoib^o
 habeatis: laboriosum fateor: s; uera glia z magn^o
 bonoz sine multa industria z magno nō querit la
 bore: hīc loquēdi utinā z dolendi finē facio. Spe
 rans te qd posceris tua sponte facturū: utq; ita sit
 affusus ego z omnes qui tuum nomen diligimus
 obsecramus. Christus consolator optimus te sole
 tur z conseruet in gratia sua. Arquade Nonis au
 gusti mane.

Ad Philippum de maseris militem regium z cy
 pri cancellarium super communis amici morte si
 militer solatio z lamentum. Epist. II.

Quē lachrymarū de mestissimi animi sca
 tebis per hos oculos erumpētē: tua si
 mul excitauit z compōsit epistola: tā uarie me
 um quocūq; tibi libuit cor egisti: ut clarū faceres
 qd a discretissimis uiris accepim^o: omnipotentē ut
 sic dixerim esse faciendū. Ita meū z toti^o italie gra
 ue dānū z irreparabile mihi in oculos ingessisti:
 qd nisi pfecti asprimo vulnere leuissimā medicinā
 docta man^o adhibuisset: facile ibecillē spū: z pfixū
 abdis aculeis dolori dolo: abdit^o extirpisset. Quis
 enī nō dicā tāta amicitia z affinitate pūct^o: tot ob
 strict^o meritis: s; qd nō nisi hostis hūanitatē nri
 Jacobi obitū effuso gemitu nō lugēt? Ereptū ter
 ris hospite vntū: vnū ex paucissimis qd nō eno
 supant: z in ipso flore etatis extictū nre dec^o p̄sce
 specimē militie. uere quidē non me fallit amor z si
 malde amē mo: illi^o mesta eclipsi militie lumē p̄s
 fit. Nā quis illo vior miles: aut qd rectior: qd ino
 cētior: quis iustior: qd pro uarietate rez animosior
 ac mitior: z humilitati magnanimitas z magnani
 mitati iūcta stupebat humilitas: insolite simul ha
 bitare. Claritatē sanguinis morib^o illustrabat: quē
 nā generosum fecerat uere vir^o nobile faciebat p
 fectūq; z vndiq; ppolitū ne ul sibi ulla militaris la
 us ul nro virtutū iopi seculo: qd de Demetrio suo
 ait Seneca: aut exēplū aut pūitū deesset. Fuit quē
 excelso calle operū multi ad gliam seq uellēt: pau
 ci possent: virtutē illā heroicā etiā hostes uenera
 bātur. Et qui eū oderāt illā odisse nō poterāt. Ho
 ni illā amabāt. Mali mirabant. hēt enim virt^o hoc
 istū: bonos in amorē sui: malos in stuporē trahit.
 Talis ille vir fuit. Nihil p̄sus illi defuit: nisi uita
 longior dicat aliq. Ego autē nullā brenē vitā di
 co que pfecto virtutū munere functa est. Non re
 fert quāto in spatio p̄ciosa explices: nec thesauro p
 cium auget archa ingēs: nec iminuit angusta. Illi^o
 vite tēp^o additū uobis p̄fuisse: atq; oib^o qd ille ul
 car^o fuit uel utilis ad exēplū: sibi autē ad qd nisi ad

piculū ac laborē? Dia p̄fecit que ad vā glia pri
 nerēt: p̄la facere poterat nō maiora. Ea fuit in iu
 uētute grauitas: in grauitate iucūditas: in iucūdi
 tate seueritas: in seueritate clemētia. Ea demū vir
 t^o in aio: in p̄posito p̄stātia: in p̄silio acūmē: in p̄sen
 tibus circūspectio: in futuris p̄uidētia: i p̄uersatio
 ne suauitas: in v̄bis fides: in reb^o atq; actib^o indu
 stria: cū amicis charitas: cū hostib^o leue odiū atq;
 placabile: cū superiorib^o obsequium: cū subiectis hūa
 nitas: cū oi genere hominū iustitia. Nihil illo leui
 us inermi: nihil duri^o armato: nil ad irā tardi^o: nil
 p̄mpti^o ad ueniā: ut qui nūq; nisi pacis studio bel
 la suscipet. Dulce mihi z amarū est m̄ta de illo
 quē dilexim^o: imo vō quez diligim^o tecū loq. Et si
 de qbusdā ignauis potētib^o qdam lōgas historis
 texerūt opulētā admirati: quāt^o de hoc liber te
 xi queat ab illo p̄sertim cui nihil viri hui^o icognitū
 sit. S; hinc calamū luct^o frenat. Illic tu mihi māy
 abstulisti: sic p̄stringens ei^o laudes ut plixi^o fortas
 se aliq; laudari meli^o certe ac v̄ius nemo possit: fe
 lix ille tali stilo tātoq; laudatore. felix tali subiecto
 stilus tuus. Ille qdē z virtute sua clar^o: z eloquen
 tia tua adiut^o diu viuet: imo p̄culdubio viuet sem
 per cū illo ap̄d quē fons vite est z hīc quoq; per fa
 mā viuet: deniq; in memoria eterna erit iustus. p̄
 inde vicissim ille de tuo testimonio: tu de illi^o p̄co
 nio nomē uobis clarissimū quesiuisti. Quē tu enī
 stilo nō ornaueris: z quē stilo ille suis in laudibus
 nō distū fecerit? B̄ias tibi nō meo tātū nomie: s; h
 bonoz oium: qd qd nec ego ita: nec ut puto ali^o po
 tuisset laudū eius agrū ubere igenij tui acuto z lu
 cido uomere coluisti: z suarū florea p̄zata ubi tutū
 magni amoris p̄is ibib^o irrigasti. Ut multa eg
 dē ac magna p̄tereā a te scripta magnifice ac fideli
 ter enarrata vnū p̄terisse nolueri: qd qm̄ mihi au
 res animūq; te loquēte mira suauitate p̄mulserat
 captare nūc geminas grata repetitione dulcedinē
 mens est. O felices igit oculi tui qui viderūt que
 ab illo viro ante nō multū tēp^o apud Alexandriam
 gesta sunt: felix ille etiā an licet expedis eēt: z ab
 adolescētia exoptatū dissolui: z eē cū Christo: plō
 gatus est tamē vite modus donec illa pageret: que
 z spectatū desup res humanas celi domino grata
 essent: z per oēs terras fama celebri vulgarentur:
 que z nostra etas memoraret z posteritas cōmen
 daret: que demū z tu lachrymas scriberes: z ego
 flens legerē: felices quoq; aures tue que audierūt
 fortia illa z salubria z gliosa p̄silia: quib^o si creditū
 fuisset: hodie quātū ego arbitro: z Petrus inclit^o
 Lypri rex indigni vir exitus: sed sacre memorie vi
 ueret: neq; in p̄uentū malignatū z manus impias
 incidisset. Et nūc forsitan sub eodē Petro rege tuo
 militans Jacobi^o frater nri: nec diū fato functus ut
 quē pius aleret labor: sanctūq; exercitiū uegetaret
 imo quidē regi eterno ambo pariter militantes p
 oriētē ac meridiē Christi nomē attollerent: z chri
 stianitatis fines atq; imperium platarēt. Jāq; nō
 tm̄ Alexandria: sed mēphis z Antiochia z Dama
 scus z Babylon christianoz eēt. Christi nēpe sūt
 oia: nec de^o nri bonoz indiget nroz. Nobis quere
 bas: z questū nobis qd id erat z nobis amissus
 est. Chio enī p̄ter eo: humanū qd vnice occupat
 nihil dari p̄t nihil eripi. Nobis inq; paucorū vir
 tute quoz tu etiā pars fuisti illa nobilis ciuitas da
 ta erat. Nobis multoz seu ignauis seu perfidia ere

Alexan
driaPetrus
rex cypGene
a De
mario
virtus

pta est: nec minus pudoris attulit amissa q̄ capta decoris attulerat. Sed sic eunt fere res mortalium. Raro sanū p̄siliū d̄dictore caruit. Ita dū in sua quisq; libidine nō in cōmune bonū nitit̄ quotidianū in p̄cilijs malū melior pars maiore ⁊ numero veritas victa est. vicit auara barbaries: vicit vilis amor prede: vicit interrūpente paululū metus uoluptatis: virtus nuda ⁊ icomitata succubuit. Itaq; onusti preda ad quā solā uenerant religiōe simulata. oneratiq; autē obrutiq; dedecore abierūt omisso neglecto fidei negotio quo nescio an ullū gl̄iosus ab auoz memoria cogitatum sit: hec bactenus. Cū autē anteq; desinam attingēdū est: ⁊ tue p̄batissime fidei testimonium perhibendū. Tu quidez vir egregie amicū e medio sublatū nō solum lingua et calamo affectū animi testantib⁹ dulci pietate p̄sequeris: sed sup̄stitēs etiā natos memori charitate cōplecteris bonā utiq; teq; rez dignā agis. Neq; mihi neq; cuiq; suoz dubitatio ulla est quin talis amici filios tuos ducas. Cui⁹ enim radix est p̄pria ⁊ rami pp̄ij sint oportet. fuit vir ille usq; in finē tuus: neq; ut auguroz vnq; magis q̄ nūc est q̄n scilicet exhausto sumi amoris fonte p̄fusus totus est charitas. Certe David rex filio Jonathe: a quo dilectū se fuisse meminerat q̄uis p̄secutiōes multas ab illius patre p̄pessus sese p̄buit indulgentes. Et massinissa rex Numidie pp̄ memoriā africā totam p̄geniē Scipionū miro amore usq; ad ultimā coluit senectutē. Sed iam satis est frenabo ipetū. Alioquin nullus erit flendi modus. Tu me fletu madidū flere uberius: tu me fletu exhaustū: fletū cōpmere docuisti. In dolore tibi parui: cur in p̄solatione non parē? Cōsolabor: q; tu iubes: ⁊ q; necesse est. Stultus est enī luctus lōgior ⁊ lugētī dānosus: ⁊ illi inutilis qui lugef. Nō cōmittam ut p̄pter meā multiplicē miserā illius morte p̄ctā leta illā felicēq; aiā gemitibus ampli⁹ turbē meo: suarum tā virtutū laurea coronatā de vitijs atq; inuisibilibus hostibus in arcu ethereo triumphantem. Tu uiue: ⁊ defuncti ⁊ sup̄stitis memor. Vale. Datavi: p̄die nonas nouemb̄.

Ad Joānē aretinū de scribētis origine. Ep̄la. III.

Noti hominis sed noti nois ep̄lam libēsi legi: fuit Joannes alter aretinus quoq; cū quo longa mihi usq; ad illius vite exitū ac fida semper stetit amicitia. Joannis igitur aretini ad nomē in aurib⁹ meis olim crebro dulciter solitū sonare: longo uelut e somno expectus caput atq; aiūm erexi: gratiq; mihi cari capitis memoria renouata est. In hoc altero Joanne delectauit me fateor: nobilis indoles: ⁊ senilis in iuene caniq; stili grauitas. Sed sup̄ oia hic affect⁹: ⁊ hic amor erga hominē nescio: an aliquando visum ac certe nō cognitū: qui p̄fecto tātus esse nō posset in te alī qua meo virtutis opinio decepisset. Error ingens: sed honestus: ⁊ in tua p̄sertim etate laudabilis. Quosdā nempe nōnunq; falsi nomis sono ac splēdore excitos relicti a tergo quos pro ducibus sequebantur ueram p̄duxit ad gloriam. Cōptas ⁊ optādo oras ut familiaritate mea sterili quidez: ⁊ uel vnica te digner ep̄stola: quā te ut thesaurū sanctasq; reliquias seruaturum spōdes: ad tuū ut ais tueq; posteritatis longū decus. Nō suz amice: vñ hoc speres paucoz est ut nosti quibus scripserit famam dare: horū ego de numero non suz. Quomo

do enim alijs deo q̄ mihi nōdū tāto studio quesui. Scribo tñ non ut te glorificem: sed ne spernas. Et scribo inter angustias magno rerū circūallat⁹ exercitu q̄ ut tibi sit grati⁹. Itaq; me tēporis penuria paratū facit. Nō hoc tamē impedit quominus ad id tibi r̄ideam q̄ tā obnixe flagitas an scilicet aretij nat⁹ sim. Id enī te auguroz audiuisse. Et ita hoc queris quasi magnos hinc titulos questurus p̄sue. Et claroz certe hominū origineo terras in quibus orti sunt per se licet ignobiles ornāt fateor: atq; nobilitant. De Homero qdē dubitatio uet⁹ est: ⁊ multis indecisa lis gentibus: dū vnaqueq; illuz sibi vindicat: ⁊ tāti ciuis gl̄iaz ad se trahit. Ad q̄ p̄stat sic nascēdo pythagoras quidē Samon: penē Bias. Miletū Thales. Abderā Democrit⁹: claso menas Anaxagoras. Calcedonem Xenocrates. Eleani ceno. Stragiris Aristoteles. Lesbē Theophrastus: ⁊ ex nostris arpinū Cicero: ⁊ qui tñc au des dicebatur inopem ⁊ angustū Mātue viculum Uirgilius. Lagastū Augustinus. stridonē Hieronymus honestauit. Sed neq; aut hoz ego rursus ex numero sum: aut patria tua ut sit nobilis vnus cuiusq; homis eget auxilio quā ab ip̄s Romanī imperij p̄mordijs inter tria eturie capita nūerata legimus. Cū uero tā anxie me rogas plus etiam aliqd q̄ interrogas respōdebo. Nō solum ergo aretij sed in uico intimo ciuitatis illius qui oz tuo vulgo dicif: heu flos aridus ⁊ fruct⁹ ispidus nat⁹ satulq; etiam fui. Florentinis qdē parentib⁹: sed in exiliū actis: ea scilicet tēpestate: qua meliorē partem expulit qui creber n̄ris in urbib⁹ mos est: nostriq; naufragij p̄tes alterā Bononia altero pigremio fouit aretij. Addā huic historie quod haud grauatū te lecturū spero. Anno igitur iubileo Roma reuertenti atq; aretīo transeundi qdam nobiles p̄cines tui qui me comitatu suo dignū cēserūt duz extra menia urbis adducerent ignarū me per illū deduxerūt vicū: atq; in scio ⁊ mirātī domū illam oñderunt in qua natus essem: haud sane amplā seu magnificam: sed qualis exulē decuisset: dixerūtq; inter multa vnū: q̄ apud me ut L. iuij uerbo utar plus admirationis habuit q̄ fidei: uoluisse nonnunq; domini domus illius eā amplificare publiceq; prohibitu: ne quid ex ea specie mutaret que fuisset q̄n hic tantillus homūcio tantulq; peccator intra illud limen in hanc laboriosam ⁊ miseram vitā uenit. Proinde illa digito tui ciues ostendūt plusq; aduene p̄stat aretij q̄ Florentia suo ciui. Sed hec ⁊ alia grauiora ferenda esse fortiter scio: ⁊ amara dulcibus p̄sanda: q̄uis illa p̄pōderent. Et sic facio cum pro alijs multis: tuz pro hoc vno nominatim deo gratias agens: qui hūc mihi animum ⁊ hanc mentem dedit. Cū habes q̄ questisti: vicit occupationem ⁊ tarditatē meam tue p̄cis efficacia. Reliquū est: ut si amicitiam n̄ram cupis: non me deinceps videbitis ⁊ nō meis laudib⁹ oneres. Quōd mereor: facito. Ne me vnge sed punge: scinde: ure: increpa. Non statū debitus sed vite prona est materia. Nemo ad talia nō disertus fuerit. Auditū tibi meū nomē. audita ⁊ vitia sint oportet. Indignū laudare irritus ⁊ magnus est labor: deniq; si me amas cum alijs de me ut liber: meuz ut postulo: ⁊ ut te meq; pariter dignū est. Ne tu uiuo mihi pangericū cane: sed satyrā. Vale arquade inter colles euganeos. v. idus septemb̄is.

De
uid
Mas
sanif
sa

Ad eundem.

Epistola. IIII.

o **E**fiderium regularum nostrarum alte tibi insitum cerno. Nec me ideo doctum: sed te ipsum nostrisq; amantem noscendiq; avidū reor: dicit te habere epistolas meas multas: uelz omnes et maxime correctas habere: neq; vnq; per me steterit. Idq; ipsam et de alijs uelis. Ad hec cū et nra vulgaris: et siquid est poeticum collegisse te speras: sed id mihi difficile est creditu. Leteruz illis ante alia necessariam esse correctiones exactissimam sentio: que a diuersis ut auguroz hysq; nec intelligentibus mendicasti. Sunt aliquot preterea libelli: qui te forsitan delectabunt. Ego certe tuam indolem studiumq; meis vigilijs adiutum iri: si qua fors tulerit gaudebo: hec hactenus. Epistolā tuā rure abiens dimisi: neq; sat memini: an qd aliud nisi indigum attulisset. Vale et insignem rhetorem: uirtūq; optimum Petrum nostrum: ut saluere iubeas queso. Patavi. iij. nonas Januā.

Ad donatum apēnigenam grāmaticum cū libello quodam sibi inscripto.

Epistola. V.

b **A**b es en amice iam tandem expectatū pmissumq; librum paruus de materia ingēti mea scilicet et multorum ignorātia. Quā ingenij in incude: studij malleo extendere licuisset: crede mihi camelli aut elephantis in sarcinam excreuisset. Nam que latior loquendi area? Quis campus ingentior: q̄ humane tractatus ignorantie: et p̄fertim mee? Ita vō hunc leges: ut me añ so cum hibernis noctibus fabulātem audire soles et qua impetus fert uagantē. Liber quidem dicitur: colloquium est: nil de libro habet p̄ter nomē: non molem: non ordinem: non stilum non deniq; grauitatem: ut qui cursus a properante in itinere scriptus sit. Sed ideo librus appellare mens fuit: ut paruo te munere magno: sed nomine p̄mereret: si sus licet nra tibi oia placere: tñ ita te fallere cogitauit. Est et inter amicos hic fallendi usus: paxillum pomoz uel exiguum obsonium missuri: uale argēteo inclusa candido lintheo obuoluimus. Nec plus nempe qd mittitur: nec melius: sed accipienti gratū honestius sit mittenti. Sic et ego rem paruaz pulchro uelamine honestaui. Licq; epistolam possum dicere: librum dixi. Qui tibi non idcirco uilior fuerit: q̄ litturis et additionibus plurimis intertextus: et pleno vndiq; margine circūfertus est. Et si eniz oculis demptū aliquid sit decoris animo tñ: tantū dē grē additum uideri debet: q̄ hinc uel maxime te mihi familiarissimū intelligis: cui sic scribas: ut additiones ac lras: ceu totidem signa familiaritatis ac pignora dilectionis aspicias. Nec preterea dubitare possis meum esse qui et manu mea olis tibi notissima scriptus: et quasi de industria tot cicatricibus deformatus ad te ueniat: memorans tale aliquid de Nerone principe scripsisse suetoniu trāquillum: uenere inquit in manus meas pugillares libelliq; cum quibusdā notissimis v̄sibus ip̄i cirographo scriptis: ut facile appareret non translatos aut dictante aliquo exceptos: sed plane quasi a cogitante atq; generāte exaratos: ita multa et delecta et inducta: et superscripta inerant. Et hec quidem ille. Nil tibi nunc aliud sup̄ scripturus. Uive mei memor et uale Patavi idibus Janua. mei doctus in lectulo hora noctis vndecima.

Ad Antoniu supradicti Donati filium de vitādis

atrium erroribus.

Epistola. VI.

I **I**nterulā tuā fili simulq; munusculū recepi pyra scilicet q̄lia nulla qdē ut arbitroz tellus fert: nisi italia magna ut Maro ait: patres frugū utriq; mihi p̄grati fuit. Noli tñ hāc te curā ampli⁹ insumere: vis fortasse uestigia pijs tui seq: qui mihi qd hēt quodq; nō hēt libētissime largitur. Vñ qdē feceris cum in oibus sequendo. Nunq; eo duce a recto calle virtutis aberrabis. Habes eni pijs adhuc tibi forsitan p̄pter tuos an nos incognitū: sed cognoscūt eū alij quoz ego sum vnus. Illū ergo sequere. Illū cole. Illū obfua. Illi crede bonū te ad portū diriget. Neq; despicias q: non est medicus: aut dialecticus loquar. Philo sophi eni ueri nulli usq;: dialectici aut passiz multū sunt. Est certe qui adolescentie tue passionib⁹ medeat: et falsas op̄iones q̄ illa etas abūdat uerū rū falce p̄clustonū refecet tenerisq; p̄cordijs ueras inserat sententias. Est mihi crede tuus genitor: uir bonus et lras et prudēs: et ut breuiter dicā. Est qd ait flaccus ad vngue factus hō: tuiq; amatissimus sup̄ paternū etiā amorē: q̄uis tibi fortassis iterdū aliter videat. Nā neq; blāditie p̄em decent: neq; p̄sunt filio. Et si vō te illū in oibus alijs sequi ueli in hoc vno noli. Neq; eni a te ista: neq; a tua facultate: neq; a tua etate regunt. Stude mō: et uiriliter age: teq; ipsum attolle alio ingenij studijq;: inq; hoc p̄em nō tñ sequere: sed trāscēde: uici enim a te cupit. Magnum iter acturus es. Nihil ut ait Comicus loci est segnitie neq; secordie: de artib⁹ ad quas te p̄tulisti elice qd tibi utile: quodq; aie moribusq; tuis salutaris experiris. Reliqua ut uenitū abijce. Nō loquor sine causa. Amor tui et patris loqui cogit. Nō illarum artium p̄fessores ab infantia usq; ad id tempus. Etas tua tenera est: atq; flexibilis: et omnis impressiois capax: multe ibi sunt spine: multi laquei: multi vnci: qui facile ibecille leuēq; animam arripiant: atq; obtentu scientie a pietate detorqueant. Multa ibi sunt deuia. Multa inextricabilia: quibus inscriptum sit. hac itur ad cognitionem rerū uariarum. Qua qui pergūt: ueniunt ad ignorantiam creatoris omnium. Blandi itineris ferox terminus de promissa luce ad tenebras peruenire. Iter hoc sepe inaduertens anima iuuenilis ingreditur et credula omnium et cupida. Est enim non inficioz animis nostris: et p̄fertis nobili p̄ditis ingenio discēdi sciēdiq; dulcedo que das insita: sed rōnis imperio moderanda. Multa sunt enim que nescire ea demum scientia sūma est. Nabet ars fere omnis boni aliquid: vis discretionis exigitur. Laue igitur fili nunc duz tempus est: anteq; impliceris: eoq; peruenias vnde non redēas. Spero quidem de tua indole q̄ supra etatem: scies reiectis uanis apparentibus: existētia ac māsura decerpere: ut fias non uetofus disputator: sed realis artifex et ad summā talis uir qualē pater tuus et ego et oēs qui te diligim⁹ expectamus. Cura ut sis doctus et si potes pbūs: qd esse aliter nō potes nisi sapiētiā uerā ames: vis eē sapiēs ac doct⁹. esto pi⁹: amator sciētie: sed virtutis magis: amic⁹ Aristoteli: sed amitoz Christo sine quo fundamēto: q̄qd edificas: p̄culdubio ruiturum est. Christi aut inimico esto hostis aneroi: et lege illū psalmi locū. Abso: p̄ti sūt iūcti petre iudices eoz: et q̄ diuin⁹ ibi loquit Augustin⁹. illō quoq; tibi p̄suade et

Flaccus

Comicus

in pectus tuuz quāto potes altius demitte: q̄ nisi ualde te amare z ualde tibi metuerē: ista nō dicerē. Neq̄ vō q̄ sim doctior: sed q̄ suz senior te moneo. Narrabis tñ hec cum p̄mū poteris patri tuo amico meo: z si p̄siliū meū p̄bat bene erit. Alioqn fac q̄ ille iubet qui te genuit. Vale.

Ad Franciscum quendam adolescentem romanū rhetorice studiosum. Ep̄la. VII.

Ua prior ep̄stola que serius ad me uenit: tui mihi nominis nouū peperit amorē: delectatus suz ingenio: delectatus stilo: z q̄d minime soleo iuuenilib⁹ blāditijs atq̄ affectu isto: tā uehemēti: qui nullo ignoti hoīs ex merito: sed e sola amantis pietate proficiscitur. Senis amor in adolefcēte signū optimū. Romana deniq̄ delectatus origine qua nulla sub celo clarioz: aut fuit: nisi falloz augurio aut futura est. Adde q̄ haud q̄q̄ silētio obruendū erat: q̄ ep̄le auctor illius op⁹ est: magnanimit̄ z inuicti pandulphi: quo nil cari⁹ hēo in terris. Altera autem ep̄stola ingentes mihi metum attulerat ac merores super morbo graui atq̄ ancipiti Petri nostri rhetoris tui: z amici mei optimi. Quēz enī tāti viri casus ad lachrymas nō moueret nisi hostis esset scientie ac virtutis. Ita sane mihi persuadeo neminē esse mortalitū: qui me magis illum amet: quem p̄fundius sua tangat aduersitas. Cōsternato equidem mestoz aio: z humentibus oculis ep̄lam illam legi: atq̄ illicet ut iubebas: iubebat z pauoz meus mētē vultum uocē manus ambas ad celū tollens orauī boni oīs auctorem ne adhuc virū mūdo utilem eriperet: neu me hoc vite solatio spoliaret: neq̄ me illi sed illū mihi superstitem eterna fatoz lege decerneret. Id enim uero sepe me peccatum in amicis alijs: sed heu uota sepe irrita fuisse mestus memini. In hoc autem z si ego p̄catoz indignus: q̄ tamen preces in se digne sunt exauditum iri spero: eoq̄ maxime q̄ mlti interflexerunt dies: z nil noui audio. Neq̄ vō talis viri obitus famam publicam: neq̄ illa aures meas ad nil aliud nunc intentas fallere potuisset. Uiuat ergo: ut anguroz Petrus meus: z ut diu hic felix: tandem in celo semper felix uiuat: Christum precor. At tu illum solare meis v̄bis z ut spes fessas erigat: atq̄ humana ferre sciat humanitas ad mone: postremo mei memorem saluere illum iube z Vale.

Ad Matheum longum archidiaconuz lacodiēsi. De utriusq̄ statu. Ep̄la. VIII.

Rat forte dies festus ac solēnis quem mihi solēniorem fecit ac letiorem tuarum aduentus subitus l̄rarum: dies inq̄ qui ad uestigia saluatoris adoranda reges olim ab oriente perduxit. Nunc ad me p̄dulciter salutandum mitissimas talis amici l̄ras ab extremo attulit occidente: videntem omnia Christum testoz: vix tale aliquid letius poteram audire. Multos enī iam per annos de te certi nihil audieram cū facies tua semp̄ hīs affixa p̄cordijs inhereret: quam inde diuellere: nec locis nec temporib⁹ nec fortune vnq̄ licuit aut licebit. Dubitabas tamē z humani more animi metuebam: precipue postq̄ Mediolano abij: z amicus meus quidam fidissimus p̄gamensis rebus abijt humanis: qui uoti mei conscī sepe me de tua vita ac salute certiozem nunc v̄bo: nunc l̄ris faciebat. Quis autem nos mortales nā p̄u-

lerit: ut neq̄ immortalitatem sperare neq̄ mortes metuere debeamus: mecum tamē ipse recogitans p̄ter te z reuerendissimum Philippum olim dum in curia que romana dicitur: v̄saremur cauellicensem: nunc sabinensem ep̄scopum cardinalem: nullum mihi iam eorum quos a iuuentute dilexerim superesse non poteram: fateoz non timere: de utroq̄ sollicitus de te autem eo sollicitioz quo icertioz: z damna mea metiens atq̄ dinumerans crebroq̄ suspirans in silentio dicebam. Quid agit nunc ille carus pater z amicus tuus. O si uiuit z uestitur aura etherea. o si bene secum agitur: o utinā uiuat z ualeat nec me solū in hac miseriarum ualle destituat. Nunc gratias deo de quo timui iam gaudeo z exulto: non uiuum modo illum: sed incolumē audiens. Fecisti optime ut soles omnia qui breui ep̄stola lōga me sollicitudine liberaisti. De meo vicissim statu: si status dicitur assidue labi: de quo in parte tuarum litterarum ut scriberem postulasti breuibus accipe. Sum animo per Christi gratias quieto satis ac tranquillo: z iuuenilibus nisi falloz p̄idem passionibus expedito: contemptoz magn⁹ omnium qui miratur humanum genus familiariter tecum: sed in domino glorioz: q̄ licitam mihi spero. Corpore diu sanus fueram: hoc biennio infirmus z sepe pro mortuo habitus: uiuo tamē adhuc quantuluscūq̄ sim tuus ut soleo. In reb⁹ alijs pene omnibus sic est mihi ut erat quando ultimuz me vidisti: ex quo si rite numero hic quartus z uigesimus annus est tempus vite: prope ne dicā absentie longum satis: potui equidem altius ascendere sed nolui: omnis mihi altitudo suspecta est. Mā si ergo in humilitate meazid utilius credens: atq̄ iocundus z ad summam nulla re ferme auctoz: sū q̄ fui nisi tot annis z aliquot libellis. Mallem scientia ac virtute nulla re imminutioz: nisi ualitudine prospera z amicis: quos mihi q̄ plurimos paucis annis dura mors rapuit: patientiamq̄ meam uehementer exercuit. Aliquandiu Venetijs moras traxi. Nunc sum Patavi in ecclesia residens. Fecit deus inscio me ut tempestiue admodum inde discederem instante inter has urbes hoc grauisimo quod nunc seuit bello. Futurus ibi suspectus hic sum carus. Magnas tamen partes temporuz rure ago: nunc etiam: ut semper solitudinis appetens z quietis: lego. scribo. cogito. hec vita. hec delectatio mea est: que mihi semper ab adolescentia mea fuit. Mirum tam iugi studio: tam pauca tanto in tempore didicisse: de reliquo autem nulli hominum inuideo. Nullum odi: z quod ante longissimum tempus scripsi. Nullum despicio nisi me. Nunc multos despicio: primum me. Fuit igif prima etas mihi timore atq̄ errore iuuenili contemptrix omnium p̄ter se media autem gravitate virili sui solius contemptrix: hec ultima libertate senili z sui ipsius ante alios z pene omnium: nisi quos virtus clara contemptui eximit: rarum genus. Ad hec nullum ualde metuo: nisi ualde amem. Nihil ualde cupio nisi bonum suem. Turbam famulorum uelut hostium fugio: fugitur⁹ omnes si liceret. Id ne liceat etas atq̄ fragilitas efficiunt. Uisitatores nullo usquaz secessu: nullis latebris fugere ualeo: honorificum vite mee tedium ac laborem. Extruxi mihi in collib⁹ euganeis paruum quidem sed decoraz atq̄ honestā domū. Ibi

reliquias vite qua datur: in pace exigo: et defictos et absentes amicos tenaci memoria animiq; ulnis arctius semper amplectens singulariter tui memor tui cupidus si qua fors sineret. Neue quid te lateat mearum reru: sepe per hos annos a romano pontifice atq; imperatore: quetiam a francoz rege: alijsq; pncipibus multa cum instantia: ac sepe magna nescio quide cur: qd ne ob meritum sed qd magis reor: fato quoda euocatus eque omnib' hacten' surdus sum. Contra multoru enim suam sic expediens arbitror: libertati. Sed nimis te detineo: pce oro: et Vale patavi ad uesperam epiphanie.

Ad Pandulphu malatesta familiariter. Epistola. IX.
 Epistola tuam vir clarissime plena tue illi' antique mudo quoq; ia notissime charitatis: ante no multos dies accepam: dumq; talis ex causis et ut tibi opportunius ruderet de misso rure: ubi libentius multo qm in urbibus habito patavi rediisses: tibi qd placitum certus era de mea salute anxio scribere meditarer ex longa me scilicet egritudine ppe ias sanitati redditas: credo ut mesta potius vitatem qm letu mendaciu audires celitus effectum: ut me subito ad. viij. idus maias familiaris mea violentissima febris arriperet: uenerunt medici et quos domini iussus urgebat: et qd nostra trabebat amicitia et multis altercationibus hinc inde habitis nostri morem diffinierunt me nocte media moriturum: et erat iam noctis illi' pma vigilia: vides qstulu mihi vite spatium restabat: si vera essent: que hij nostri fabulatur Hippocrates s; quotidie magis: ac magis me in illa qua de hij semper habui opinione pfirmant: dixerunt vnicui longiuscule remedium vite esse: si fiducialis nescio: quib' astricto somnus abrumperet. Sic me ad aurora forsitā peruenturu erigui spatij tediosa merces. Quis tñ somnu mihi in eo statu eripe cēt haud dubie morte dare. Itaq; nihil obtempanti. Nā sic amicos orau: sic famulis mādaui: ne qd qd a medicis dictu sit: meo vnq; fiat in corpore. Si qd penitus fieri debet trimum fiat: proinde noctem illam dulci ac profundo placideq; morti ut ait Maro: si millimo sopore transegi. Quid te vbi morer? Nocte media perituru mane redeutes forte ut ex equis interessent scribentem inuenerunt: et attoniti nil aliud qd dicerent habuere nisi hominem me esse mirabilem: toties in me decepti et elusi: nec iterum et iteru impudēter asserere desinūt qd ignorat nec clipeu aliu inueniunt: quo ignoratiā suā tagāt Et ut sum fortasse mirabilis quanto ipsi mirabiliores: nam qui illis credūt non iam mirabiles: s; stupendi sunt. Hic ergo sum vir iclite sic mea me so: vsat et reuersat: et qd qd sanus videar: nonnunq; semper tñ ut arbitror eger sum. Alioq; unde tot tā rapide febres erumperent vicissimq; repullarent. Sed ecce ut aut nocte illa media obiissem: aut instanti obeam quid ad me. Ad hoc ibam. Et qd nocet mor casurum cadere: seu quid prodest surgere ilico ruitarum? Quando tñ generosum animu tuum hec tam humilis cura cōtingit ut scire cupias qliter mihi sit: scito me de statu mei corporis proz sus incertum neq; me solum: sed omnes quicunq; hic viuimus mortales: eo me tñ incertiores quo visibilius quotidie ipsa cū morte pfligo: que siue me cōfestim oppresserit: ut iam quater intra vni' anni spatius minata est: siue diuticule distulerit: diu ne-

pe non differet. Christo deo meo eque de omnib' grās ago. Ipse enim nouit quid mihi expediat. Et ipse faciet. Utrum sane sit melius mori an viuere: deus scit: hominem quidem scire arbitror nemine ut moriens apud Licerones ait Socrates. In me tandem sic diffinio. Nec tibi viru optime: nec eoz quib' carus sum cuiq; amplius cogitandum aliqd vel optandum nisi bonum finem. Et certe iam tempus est. Non expedit ad fastidium viuere: ad satietatem sufficit. Tu vive feliciter mei memor: et uale inter colles euganeos. vi. idus Junias.

Ad eundem se tempore pestis ad loca salubris euocantem.

Epistola. X.

Va breuis ac predulcis epistola: qua nil suauius cogitari potest: ingentem mihi letitiam in aduersis attulit ac solamen: quous nouere nihil attulerit. Scio enim ab olim cor erga me tuu: at qd tritum et uetustu in animo meo erat: tua hec p̄sens scriptura renouauit. Itaq; tantam inde dulcedinem legens cepi: ut presentium immemor dolorum totus in tui vultus: multumq; diuq; exoptata mihi presentia respirarem: et quiescerem: tātusq; me subito scribēdi ardo arripuit: qd si et sequeretur et hos digitos iam defessos: et occupatas maioribus aures tuas fatigarem. Sed desiderio tempus deest: meq; aduersa impedit ualitudo: vix qd hec pauca perscribo: vnum hoc ergo suffecerit: oblationes tuas reuerēter amplector: et quas possum grās ago: ueriq; deu Christu testor: me de nullo homine magis sperare qd de te: et si qua in fortune: que regum quoq; diademata vsat: ac p̄terit ad indigentiam coarctarer: nullus me qd tuū: seu domum: seu arculam: seu villā fidētius aditurū. Nepe qua xpientiam me docuit meam esse: uenire fateor cupide quo me uocas: nō metu mortis impulsus sed desiderio tui tractus: nisi statu mei corporis impediret. Nobilis aut uere meritoq; gratissima mihi charitas tua est: sin secura mihi metuō nil tēmeti. Done hunc igit metū queso nā: nec Patavi: nec Venetijs quibus nunc in urbib' pestis regnat sed inter colles euganeos suz loco quē nūcius hic tuus me mōstrāte oculis suis vidit delectabili ad modū ac salubri. Ad quē et mei amore et loz specie: capt' hant dñs regionū amic' tuus sepe uenit et morulas mecu trahit. Reliquus est ut scias me tue mihi charissime: facie licet icognite piugio trāsitu mesto aio pcepissemō tā ppter eā que relictis his miseris haud dubie nūc felici vita fruis: si tibi ut nobilitatis atq; originis sic romane pudicitie splēdo: fuit: qd ppter ai tui statū quē turbidū suspērijs atq; vndatē stertibus cogitabā. Quis eni tanto nō moueret dāno? Multa hic dici possunt: larga est mā: sed angustū tēpus: hec oium sūma est: tua magna virt' et magnis in reb' sepe cognita magna hanc vineat aspiratē. Id magnitudinē tuā decet: hoc igit fac et Lbrutus psolator optim' te soles. Vale arquade Kal. septembrijs.

L. susat
quade

Ad eundem se tempore belli ad loca pacifica iuitatem.

Epistola. XI.

Ec cessat tua mecu nec lētescit humanitas grām habeo qd tā grāq; grati hois speret e pectore. Anno altero ut me faucibus semētis late pestis eriperes blandis scriptis ac nuncijs ad loca salubria euocabas. Nunc belli minis ereptur' ad loca pacifica me iuitas. sic in oi discrimie

Inq̄s omni siue elementoris siue hominum motu pia me amplexus memoria te etate filium amore: ac sollicitudine patre geris: urges litteris que pos sint duris e rupibus sara conuellerē. Ad dis comites: addis equos: nihil omnium pretermittis: quā uis z equorum z comitum satis sit: z desiderij infinitum. At virium z vigoris corporei parum est: occupationum vō longe nimium. Nec ad te propan- tem animum meum frenant. Adde asperum tēp̄: iter intractabile: z super omnia pudores hoc in sta tu rerū abeundi. Nolim q̄ nunq̄ fui timidus nūc videri. Qd̄ si res iste miscescerēt: fieri posset: ut cir- ca ueris aduentus presens te inuiserem: tuisq̄ nec minus meis oculis aliquando morem gererem: te cumq̄ quiescerem. Neq̄ est opus ut locoꝝ ameni tate solliciter. Scio loca eē qualia z tu scribis z tpe olim aliqua puer vidi: z preterea locus omnis ubi tu sis nunq̄ nisi amenus ac iucundus videri animo meo pōt. C. Angellas meas vulgares: que utinas tuis manib̄: tuis oculis: tuoq̄ iudicio digne eēt per hunc nuncium tuum ad te familiariter uenien- tes videbis non patiēter modo sed lete: non dubi- to cupideq̄ atq̄ aliqua uel extrema bibliotheca tue per te dignabere. Multa ibi comperies excusa tionis egentia: sed benigni censoris iudicium subi- ture ueniam non desperant. Ante omnia opusculi uarietatem uagus furor amantium de quo statim in principio agitur ruditatem stili etas excuset: nā que leges magna ex parte adolecens scripsi. Si excusatio ista non sufficit: excuset tue petitiōis au- ctoritas cui negare nil ualeo. Inuitus fateor hac etate vulgari iuueniles ineptias cerno: quas oib̄: mihi quoq̄ si liceat ignotas uelim. Et si enim stilo quolibet ingenium illius etatis emineat: ip̄a tamē res senilem dedecet grauitatem. Sed qd̄ possum? omnia iam in vulgus effusa sunt: legunturq̄ liben- tius q̄ que serio postmodum ualidioribus animis scripsi. Quomodo igitur negare tibi sic de me me- rito tali viro: tāq̄ anxie flagitāti que me iuito vul- gus habet z lacerat? Qualiactiq̄ sint igitur nō ha- bes qd̄ queraris: habes z enim qd̄ petisti. Tu mō te iussisse pater romane memēto. Inq̄s meis culpis tu tibi da ueniā: ut ait Ausonius magnus ad theo- dosium augustum. Ad hec z plebeios atq̄ incom- pros apices scriptorum raritas absoluat: qui hinc famoso quondam studio mirus dictu fere nulli sūt Tarditatem vō scribentis inertia z belloꝝ fragor: diu ante missurus hec fuerā nisi mars circūtonās uetuisset. Incoꝝrectionem operis si qua occurreret: mea excuset occupatio qua obsessus feci hec p̄ ali- os reuideri. Deniq̄ exterioris habitus paupertate- tem mea excuset absentia: profecto enim si fuisset p̄sens duꝝ in libri formā ligaretur z sericū tegmen z fibulas saltem argenteas habuisset. Multa nūc de tua graui egritudine: que me uehementer exter- ruit z afflixit: multa quoq̄ de tuoꝝ casibus mihi pro virili parte flebilibus stilo sese offerunt: que iā fessus calamus recusat. Nolo quidem putes illas me epistole tue partes sine suspirio: ne dicā lachry- mis legisse qui mihi in eternū uenerabilis ac p̄cla- re piugis simulq̄ magnanimi fr̄is tui dulcē acer- bāq̄ memoriam renouauit. Illa enim quem suis nunq̄: sed tuis oculis tātum vidit: non aliter q̄ pa- rentem me dilexit honestiq̄ vicē meruit amoris. Ille autem familiarissime cognitum z amauit z co-

Auso-
nius
ma-
gnus

luit: non vbo tm̄ ut huius temporis mos est: s; rea lib̄ multis z magnis obsequijs: z ad summā alter immo idē ipse mihi pandulphus euaserat. Itaq̄ coram Chyisto loquor: vir alij duo mori poterant: qui cor meum pari cuspide vulnerarent. S; quid agimus non est preter patientiam remedij gen̄ ul- lum. Id tibi suadere supfluum non solū: q; res hec a maximis viris z a me pusillo sepe tractata est. Sed q; quicquid etiam hac in parte dici solet aut dici pōt: tibi notissimū sit optet prudētissimo atq̄ obseruantissimo casuum humanorū. Illa omnium p̄solatio summa est: q̄ ambo rectum iter ad supos tenuisse credendi sunt. Ea amborum vita fuit. Ea insignis matrone fides: pietas: castitas: ea viri illu- stris excellētia. Lessat igitur altera dolendi causa. Si quid enim mali accidit nobis accidit. Idq̄ ip̄s magnitudine animi superandus est: ne nimis nos amare nimis molliter ferre nra incōmoda videamur. Vale. patavi p̄die nonas Janua. argentibus digitis: z feruente bello.

C. Ad Philippum sabinē. episcopum sedis aplice legatum.

Ep̄la. XII.

Udieram non multis ante diebus tue ru- a morem egritudinis per lras egregij eqtis filijq̄ mei amantissimi ac deuoti tui illius qui de tua salute sollicitus: animiq̄ mei p̄scius mi- bi scripserat te grauius egrotasse: rem tamen ad sa- lutem iā spectare. Ne vō non tam conualescentie q̄ egritudinis rumor mouit. Omnes enim hoies facile que cupiunt credunt. Unus ego que metuo. Itaq̄ laborem vie cogitans z anni tempus: z eta- tis aduersum: non eram sine pauore perpetuo do- nec lras tuas tandem animi dubius ac suspensus accepi: tum salute tua cognita metuq̄ seposito to- tus in gaudij vsus: z pia uota z gr̄arum meritas actiones diem festum egi: non lenius audierūt gre- cie populi se romani ducis edicto: uoce p̄conia li- bertati redditos q̄ ego tuarum testimonio lras tū: te superni regis imperio liberatum. Quidni autē ex omnibus quos ab adolescentia dilexi tu mihi pene iam solus superas: diuq̄ superes precor: cū- q̄ erit abeundum bene feliciterq̄ adeas me pro- gresso: dura nempe p̄ditio diu uiuentis: suaq̄ oia pignora p̄mittēris: z nigra ueste (ut ait satyr̄) se- nescentis. C. Tuum sane ad has partes aduentus lete audio: quem z tibi gloriosum z italie utiles ac felicem spero talis te innocentie ac virtutis fama puenit omniumq̄ iā animos occupauit. Gaudeo singulariter propter me: cui iam hinc uicinitate lo- corum uera utinas spes offertur id qd̄ vnice cupio faciem tuam saltem semel anteq̄ moriar reuiden- di: cuius aspectu. O sor̄ rerum inuida pene iā q̄- tuor integris lustris p̄iuor. Quāuis enim anno re- tro tertio gl̄ioso pontifice tunc Urbano quinto te- q̄ certatim euocantibus. Romam vsus iter arri- pui: quo tunc nouiter illi viri auspicijs ac du- catu ecclia Chyisti nimis diu peregrinata: sed non satis diu mansura redierat: medio tm̄ calle morbo graui: dicā uerius: temporali morte preuentus re- trocedere sum coactus: neq̄ illū videre neq̄ te re- uidere contigit. Quem casum ex meis ad eum: z multorum huius ore procerum lris intelligere po- tuisti. Nec sim dubi⁹ doluisti. nūc nisi in finē mea mihi sor̄ iuiderit te tenebo: dexteraq̄ illā oscula- bor: vñ mihi tot dulces ep̄lae ac pie cōsolatione

Satyr-
cus

tot salubres monitus prouenere. Et quia hoc tempore quo nos interuiximus in eodē semper ego uestrigio permanerem interdū licet uitas ascende-
re. Tu nō quātum mereris multū tamen uel inu-
tis ascenderis: omni quidem tempore uir illustris
Sed tunc p̄sul exiguus: nunc maxim⁹ cardinalis
familiaritate nihilomin⁹ illa antiqua indulgentif-
simū patrē meū amplexus in memoriā tempo-
ris retroacti: et earū peregrinationū rusticationū
quas olim tuo in rure ad fontē sorgie per longū
diem usq; ad uesperā in siluis cibi oblitus: earūq;
vigiliarum quas ibidem inter libros somni imme-
mores longis noctibus ad aurorā mira sepe cū uo-
luptate transegimus reuocabo. Que omnia nūq;
mea memoria dilabuntur: nec dilabi quidē possunt
non modo alpibus aut freto angusto: sed ne toto q-
dem oceano: aut etiam ipsa lethe transmissa: quan-
 reuersus pater uxorem rursus affatur. Et oliz ait
 audisti populum meum egre nostrum ferre conu-
 bium: p̄serum ex quo te secundaz cognouere. Au-
 q̄ tamen egrius q̄ ex quo marem peperisti: dicūt
 enim ⁊ sepe ad aures meas murmur hoc perue-
 nit. Obeunte igitur ualtero. Janicole nepos no-
 stri dominabitur: ⁊ tam nobilis patria tali domo
 subiacebit. Multa quotidie in hanc sententiam ia-
 ctantur in populis: quibus ego ⁊ quietis auidus:
 ⁊ ut uerum fatear mibi metuēs permoueo: ut de
 hoc infante disponam qd de sorore disposui. Id ti-
 bi prenuncio ne te inopinus ⁊ subitus dolor turbet
 Ad hec illa: ⁊ dixi ait ⁊ repeto nihil possuz: seu uel-
 le: seu nolle nisi quod tu: neq̄ vō in hīs filijs quic

q̄ habeo preter laborem: tu mei ⁊ ipsorum domi-
 nus: tuus in rebus iure tuo utere: nec cōsensus me-
 um queras: in ipso enim tue domus introitu ut p̄a
 nos: sic ⁊ uoluntates affectusq̄ meos erui tuos i-
 dui: quactiq̄ ergo de re quicquid tu vis ego etiam
 uolo: nempe que si future tue uoluntatis eēs p̄scia
 ante etiam quicquid id eēt: ⁊ uelle ⁊ cupere incipe-
 rem q̄ tu uelles nunc animum tuum quem preue-
 nire non possum libens sequor: fac sentiam tibi pla-
 cere q̄ moriar: uolens moriar: nec res ulla deniq̄
 nec mors ipsa nostro fuerit par amori. Admirans
 femine constantiam: turbato vultu abiit: confesti-
 q̄ satellitem olim missum ad eam remisit: qui mul-
 tum excusata necessitate parendi multumq̄ petita
 uenia: siquid ei molestum aut fecisset aut faceret:
 quasi immane scelus acturus poposcit infantem.
 Illa eodem quo semper vultu qualicūq̄ animo fi-
 lium forma corporis atq̄ indole non matri tm̄ sed
 cunctis amabilem in manus cepit: signansq̄ eum
 signo crucis ⁊ benedicens ut filiam fecerat: ⁊ di-
 ticule oculis inherens atq̄ deosculans nullo peni-
 tus signo doloris edito petenti obtulit ⁊ tene ingt
 fac quod iussus es: vnum nunc etiam precor: ut si
 fieri potest hos artus teneros infantis egregij p̄-
 tegas a ueratione uolucrum ac ferarum. Luz hīs
 mandatis reuersus ad dominum animum ei^o ma-
 gis: ac magis in stuporem egit: ut nisi eam nosset
 amantissimam filiorum paulominus suspicari pos-
 set hoc femineum robar quadam ab animi ferita-
 te procedere: sed cum suorum omnium ualde nul-
 lus erat amantior q̄ viri. Jussus inde bononiaz p̄-
 ficisci: ⁊ illum tulit quo sororem tulerat: poterāt ri-
 gidissimo coniugi hec benivolentie ⁊ fidei coniuga-
 lis experimenta sufficere. Sed sunt qui ubi semel
 inceperint non desinant: immo incumbant hereāt-
 q̄ p̄posito: defixis ergo in uxorem oculis an ul-
 la eius mutatio erga se fieret contemplabatur assi-
 due: nec ullam penitus inuenire poterat: nisi q̄ fi-
 delior illi indices atq̄ obsequētor fiebat sic ut duo-
 rum non nisi vnus animus videretur: isq̄ nō cōis
 amborum: sed viri dumtaxat vnus: uxor enī per
 se nihil uelle ut dictum est: nihil nolle firmauerat.
 C Leperat sensiz de ualtero decolor fama crebre
 scere q̄ uidelicet effera ⁊ inhumana duritie hu-
 milis penitentia ac puq̄ re coniugij filios iussisset
 interfici. Nam neq̄ p̄ueti comparebant: neq̄ ubi
 nam gentium essent ullus audierat quo se ille vir
 aliq̄n clarus: ⁊ suis charus multis ifamem odio-
 sumq̄ reddiderat. Neq̄ ideo trux animus flecte-
 batur: sed in suscepta seueritate expiendiq̄ sua du-
 ra illa libidine procedebat. Itaq̄ euz iam ab ortu
 filie duodecimus annus elapsus esset nuncios ro-
 mam misit qui simulatas inde lras apostolicas re-
 ferrent: quibus in populo vulgaretur datas sibi li-
 centiam a romano pontifice: ut pro sua ⁊ suaruz gē-
 tium quiete primo matrimonio reiecto aliam du-
 cere posset uxorem. Nec operosum sane fuit alpe-
 stribus rudibusq̄ animis quilibet psuadere. Que
 fama cum ad griseldis notitiam peruenisset tristis
 utputo sed ut que semel de se suisq̄ de sortibus fra-
 tuisset inconcussa constitit expectans quid de se il-
 le decerneret cui se ⁊ sua cūcta subiecerat. C Mi-
 serat iam ille bononiam cognatumq̄ rogauerat ut
 ad se filios suos adduceret: fama vndiq̄ diffusa
 virginem illam sibi in coniugium adduct. Qō ille

fideliter executurus puellam iam nubilem excellē-
 tem forma: preclaroq; conspicuam ornatu: germa-
 numq; suus fil' annum iam septimū agētem ducēs
 cum crimia nobilium comitiua statuto die iter ar-
 ripuit. Nec inter ualterus solito ut uxorem re-
 tentaret ingenio doloris ac pudoris ad cumulum
 in publicum adducte coram multis. Satis iquit
 tuo coniugio delectabar: mores tuos non originē
 respiciens. Nunc quoniam ut video magna omnis
 fortuna seruitus magna est: non mihi licet: qđ cui-
 libet liceret agricole. Logunt mei et papa consentit
 uxorem me alteram habere: iamq; uxor in via est:
 statimq; aderit. Esto igitur forti animo: dansq; lo-
 cum alteri et dotem tuam referens in antiquas do-
 mum equa mente reuertere: nulla homi perpetua
 fors est. Contra illa. Ego inquit mi domie semper
 sciui inter magnitudinem tuam et humilitatem me-
 am nullam eē pportionem: meq; nunq; tuo nō di-
 cam piugio sed seruitio dignas duxi. Inq; hac do-
 mo in qua tu me dominam fecisti deum testor: aio
 semp ancilla permansi: de hoc igitur tempore quo
 tecum multo cum honore longe supra omne meri-
 tum meum fui: deo et tibi grās ago: de reliquo pa-
 rata sum bono pacatoq; animo paternam domum
 repetere: atq; ubi pueritiam egi senectutem agere
 et mori: felix semp: atq; honorabilis uida que vi-
 ri talis uxor fuerim. Aoue coniugi uolens cedo:
 que tibi utinam felix adueniat atq; hinc ubi iucan-
 distime degebam qñ ita tibi placitum est non inui-
 ta discedā. at qđ iubes dotem meas mecum ut au-
 feras quale sit video: neq; enim excidit ut paterne
 olim domus in limine spoliata meis tuis induta
 uestibus ad te ueni: neq; omnino alia mihi dos fu-
 it qđ fides et nuditas: ecce igitur ut hanc uestē exuo
 anulumq; restituo: quo me subarrasti. Reliq; anuli
 et uestes et ornamenta quib' te donante ad inuidiā
 ducta eram in thalamo tuo sunt. Auda e domo pa-
 tris egressa nuda itidem reuertar: nisi qđ indignus
 reor: ut hic uterus in quo filij fuerunt quos tu ge-
 nuisti populo nudus appareat. Quāobrem si tibi
 placet et non aliter oro atq; obsecro ut in p̄cius vir-
 ginitatis quā huc attuli: quāq; non refero: unicas
 mihi camisiam linqui iubeas earum quibus tecus
 uti soleo: qua uentrem tue quondam uxorū ope-
 riam. Abūdabāt viro lacryme ut p̄tineri ampli-
 iam non posset. Itaq; faciem auertens et camisias
 tibi unicas habeto uerbis tremētib' uir exp̄ssit. Et
 sic abiit illachrymans: illa coram cunctis sese eru-
 ens solā sibi retinuit camisiam: qua p̄tecta nudo ca-
 pite pedibusq; nudis corā cūctis egredit atq; ita
 p̄sequentib' multis ac flentibus fortunāq; culpā-
 tibus siccis una oculis et honesto ueneranda silen-
 tio ad paternam domum remeauit. Senex qui
 has filie nuptias semper suspectas habuerat: neq;
 vnq; tantam spem mēte conceperat: semperq; hoc
 euenturum cogitauerat ut satietate sponse taz bu-
 milis exorta domo illam quandoq; uir tantus et
 more nobilium superbus abijceret: tunicam eius
 hispida: et attritam senio: abdita parue domus in
 parte seruauerat. Audito ergo non tam filie tacite
 redeuntis qđ comitum strepitu occurrit in lumine:
 et seminuda antiq; ueste coopuit. Māsit illa cū pa-
 tre paucos dies eqnimitate atq; humanitate mira-
 bili. Ita ut nullum in ea signū animi tristioris: nul-
 lum uestigium fortunę p̄osporioris extaret: quip

pe cum in medijs opibus inops semper spirita ui-
 xisset atq; humilis. Jam panici comes p̄pinqua-
 bat et de nouis nuptijs fama vndiq; frequēs erat:
 p̄missosq; vno ex suis diem quo salutias p̄uicturus
 esset acceperat. p̄idie igitur ualterus ad se grisel-
 dam euocans deuotissime uenienti: cupio ait ut pu-
 ella cras huc ad prandium uetura magnifice exci-
 piat: uirig; et matrone qui secum sunt simuleq; et nri
 qui p̄uicio intererūt: ita ut locor; vborumq; honoz
 iteger singulis pro dignitate seruet: domi tñ femi-
 nas ad hoc opus idoneas non habeo: proinde tu
 q̄uis ueste inopi hanc tibi que mores meos nostri
 optime suscipiendorum locandorumq; hospitem
 curam sumes. Non libenter modo inquit illa sed
 cupide et hec et quecūq; tibi placita sensero faciam
 semper. Neq; in hoc vnq; fatigabor aut lentescas
 dum spiritus huius relique ulle supererunt: et cum
 dicto seruilia mox instrumenta corripies domus
 uerrere: mētas instruere: lectos sternere: hortariq;
 alias ceperat ancille in modus fidelissime. Pro-
 xime lucis hora tertia Comes superuenerat. Cer-
 tatimq; omnes et puelle et germani infantis mores
 ac pulchritudinem mirabantur. Erantq; qui dice-
 rent prudenter ualterus ac feliciter permutasse: qđ
 et sponsa bec tenerior esset et nobilior: et cognatus
 tam speciosus accederet. Sic seruente cōuuij ap-
 paratu ubiq; p̄sens omniumq; sollicita griselidis
 nec tanto casu deiecta animo: nec obsolete uestis
 pudore p̄fusa: sed sereno vultu itrāti obuia puelle
 flexo poplite suile in modū: vultusq; demisso reue-
 rēter atq; humilr. Bñ uenerit dñs mea inquit: de
 hic ceteros dñ p̄uinas leta facie et vbor; mira sua-
 uitate suscipet: et imensam domum multa arte dis-
 poneret: ita ut omnes et p̄sertim aduene vnde ea
 maiestas morus atq; ea prudentia sub tali habitu
 uebementissime mirarentur: atq; ipsa in p̄mis pu-
 elle pariter atq; infantis laudib' fatiari nullo mo-
 do posset: sed vicissim modo virgineam modo in-
 fantilem elegantiam predicaret. Ualterus eo ipso
 in tempore quo assidendum mensis erat in eā uer-
 sus: clara uoce coras oib' qđ illudēs. Quid tibi vi-
 des inqt griselidis de hac mea spōsa: satis pulchra
 atq; honesta est: plane ait illa nec pulchrior: ulla:
 nec honestior: inueniri potest: aut cum nulla vnq;
 aut cum hac tranquillam agere poteris ac felicem
 vitam: utq; ita sit cupio et spero: vnum bona fide te
 p̄ceor: ac moneo ne hanc illis aculeis agites qui-
 bus alteram agitasti. Nam qđ et iunior: et delicatius
 enutrita est pati quantum ego auguro: nō ualeret
 Talia dicentis alacritatem intuens atq; p̄stantias
 totiens tamq; acriter offense mulieris examinans
 et indignam sortem non sic merite miseratus ac fer-
 re diuicias non ualens. Satis inquit mea Grisel-
 dis cognita et spectata mihi fides est tua: nec sub ce-
 lo aliquem esse puto: qui tanta coniugalis amoris
 experimenta perceperit. Simul bec dicēs charas
 coniugem leto stupore perfusam et uelut e somno
 turbido experrectam cupidus ulnis amplectitur:
 et tu ait sola uxor mea es. Aliam nec habui: nec
 habebo. Itā autem quam tu sponsas meam teris
 filia tua est: hic qui cognatus meus credebatur: tu
 us est filius: que diuim perdita videbātur simul
 omnia recepisti. Sciant qui contrarium credidere
 me curiosum atq; experientem esse non impium:
 probasse coniugem non damnasse: occultasse filio

non mactasse: hec illa audiens pene gaudio exanimis et pietate amens iucundissimisque cum lachrymis suorum pignorum in amplexus ruit: fatigatque osculis proque gemitu madefacit. Raptimque matrone alacres ac fauentes circumfusa vilibus exuta suis solitis uestibus induunt exornantque: plaususque letissimus et fausta omnium verba circumsonant. Multoque cum gaudio et fletu ille dies celeberrimus fuit: celebrior quoque quam dies fuerat nuptiarum. Multosque post per annos ingenti pace concordiaque vivere: et ualterus inopem socerum quem hactenus neglexisse visus erat ne quam concepte animo obstaret experientie suam in domum translatum in honore habuit: filiam suam magnificis atque honestis nuptiis collocavit: filiumque sui domini successorē liquit: et coniugio letus et sobole. Cuius hanc historiam stilo nunc alio retere visum fuit: non tam ideo ut matronas nostri temporis ad imitandam huius uxoris patientiam: que mihi vir imitabilis videtur quam ut legentes ad imitandam saltem femine constantiam excitaret: ut quod hec viro suo prestitit hoc prestare deo nostro audeant: qui licet ut Jacobus ait apostolus intentator sit malorum et ipse neminem temptet. Probat tamen et sepe nos multis ac gravibus flagellis exerceri sinit: non ut animum nostrum sciat: quem scivit antequam crearemur: sed ut nobis nostra fragilitas notis ac domesticis indicibus innotescat. Abunde ego constantibus viris ascripsi: quosque is fuerit qui pro deo suo sine murmure patiar quod pro suo mortali coniuge rusticana hec muliercula passa est.

Ad eundem de reliquijs superioris epistole: et de imponendo iam tandem finem huic epistolari stilo.

Epistola. IIII.

Risit amor tui ut scriberem senex quod iuuenis vix scripsissem: nescio an res ueras an fictas que iam non historie sed fabelle sunt ob hoc unum quod res tue et a te scripte erant: quibus hoc prouidentem fidem rerum penes auctorem: hoc est penes te fore sim profatus. Et dicam tibi quid de hac historia ego quam fabulam dixisse malim mihi contigerit: legit eam primum communis amicus patavinus vir altissimi ingenij multiplicisque notitie: et cum epistole medium vix transisset subito fletu prouentus substitit: post modicum vero cum in manus eam resumpsisset firmato animo perlecturus: ecce iteque quasi ad conditum rediens lecturam gemitus interrumpt. Fessus itaque se non posse procedere eas vni suorum comitum docto satis viro legendam tradidit. Quod accidens quorsum alij traherent incertum habeo: ego in optimam partem traxi mitissimumque viri animum intellexi: uere enim homo humanior: quem ego quidem nouerim nullus est. Rediit illo flente ac legente ad memoriam sarranicum illud: molliissima corda humano generi dare se natura fatetur: que lachrymas dedit: hec nostri pars optima sensus. Post tempus amicus alter noster ueronensis: sunt enim nobis ut reliqua sic amici etiam communes audito quod alteri interlegendam accidisset eandem legere optauit. Vessit morem ingenioso et amico viro: legit eam totam: nec alicubi substitit: nec frons olductior: nec uox fractior: nec lachryme: nec singultus interuenere: et in finem. Ego etiam inquit fleissem. Nam et pie res et uerba rebus accommodata fletum suadebant: nec ego duri cordis sum: nisi que ficta omnia credidi et credo. Nam si uera essent

que usque mulier uel romana uel cuiuslibet gentis hanc griseidam equura sit: ubi queso tantus amor coniugalis: ubi par fides: ubi tam insignis patientia atque constantia: hijs tunc ego nil respondi ne re a iocis amicum colloqui festa dulcedie ad acrimoniam disceptationis adducerem. Erat autem propria responsio. Esse nonnullos qui quecumque difficultia eis sint impossibilia omnibus arbitrentur: sic mensura sua omnia metientes ut se omnium primos locent: cum tamen multi fuerint forte et sint quibus essent facilia que vulgo impossibilia videntur. Quis est enim exempli gratia: qui non curium ex nostris et mutuum et decios: ex externis autem codrum et pbi lenes fratres: uel quoniam de feminis sermo erat quis uel portiam uel hipocratheam uel alcestum et harum similes non fabulas fictas putet: atque historie uere sunt. Et sane qui pro alio vitam spernit: quod non spernere quid non pati possit non intelligo. Ceterum et illam et alteram duas magnas epistolas ad te non peruenisse nunc sentio. Sed quid faciam: pati oportet. Indignari licet non ulcisci: apparuit ecce per cisalpinam galliam tediosissimum hoc hominum genus: custodes passuum: immo pestis nunciorum qui litteras apertas introspectant et morosissime contemplantur: quod dominorum forsitan iustus excusat: qui sibi omnium precij trepida ac superba uita de se et contra se omnia dici putant atque omnia nos se uolunt. Illud nihil excusat quod si quid in litteris ipsis inueniunt quod aures asininas mulceat: solebant quodam in transcribendo tempus terrere: et nuncios detinere: nunc crescente licentia ut digitis suis partant abire illos iubet sine litteris: quodque grauissimum tedij genus est: hic illi maxime faciunt: qui nihil intelligunt similes hijs quorum ampla et preceps gula est: et lenta digestio qui male ualitudini proximi sunt oportet. Importunitatum talium nemo me stomachatio: nullus impatiens: ita ut sepe me a scribendo diuerterint: sepe quo scripserim dolere coegerint: quasi contra hos predones litterarum nulla uindicta alterius patet occasio turbatis omnibus et reip. libertate pessumdata. Sane huic tedio accedit etas et lassitudo rerum pene omnium scribendi que non fatietas modo: sed fastidium: quibus iunctis inducor: ut tibi amice et omnibus quibus scribere soleo quod ad hunc epistolarem stilum attinet ultimum. uale dicam: tam ne usque in finem me quod diutius ias fecerunt a meliori studio scripture fragiliores impediant: quam ne ad horum nebulonum manus ineptissimas scripta nostra perueniant: quorum sic saltem ab iniurijs tutus ero. Si quando uel tecum uel cum alijs scripto opus sit: sic scribam ut intelligar non delecter. Ceterum promiseram meminim in quadam ordinis huius epistole me deinceps in epistolis breuius scripturum declinui iam temporis urgente penuria: primum implere non ualui: multoque facilius ut intelligi datur silentium cum amicis est quam breuiloquium: tantus est ubi semel incepimus ardor colloquendi: ut facilius fuerit non cepisse quam frenare impetum cepti sermonis: sed promisi. Nonne sat promissum implet qui plus prestat: Eram credo dum promitterem oblitus Catonis illud apud Licerone late notum: quod natura ipsa loquacior est senectus. Ualente amici. Ualente epistole inter colles euganeos. vi. idus Junias. 1373.

Explicit liber decimusseptimus.

Incipit liber decimus octauus. Ad posteritatem: originem: conuersationem morumq; z studiorum suorum successus explauantis: Epistola.

Ranciscus Petrarcha: Posteritati: Salutē. Fuerit tibi forsā de me aliquid auditus: q̄q; z hoc dubium sit an exiguum z obscurum longe nomen seu locorū seu temporum peruenturum sit. Et illud forsita optabis: nosse quid

hois fuerim: aut quis operum exitus meorū: eorū maxime quorū ad te fama peruenerit: uel quorū tenue nomē audieris? Et de primo qdē uarie erūt hoīus uoces. Ita enim ferme qsq; loquit: ut ipellit nō uitā sed uoluptas: nec laudis nec infamie modus est. Uestro de grege vnus: fui autē mortalis homuncio: nec magne admodum nec vilis originis: familia (ut de se ait August^o Cesar) antiqua. Natura quidem nō iniquo neq; inuerecundo animo: nisi ea cōsuetudo contagiosa nocuisset: Adolescentia me sefellit: iuuenta corripuit: senecta autē correxit: experimentoq; perdocuit uerū illud qd̄ oīu ante perlegeram: Quoniam adolescentia z uoluptas uana sunt: Immo etatus temporumq; omnium conditor: qui miseros mortales de nihilo tumidos: aberrare sinit interdum: ut peccatorū suorum uel sero memores sese cognoscant. Corpus iuueni nō magnarū virtutum: sed multe dexteritatis obtigerat. Forma non glorioz excellenti: sed que placere viridioribus annis posset. Colore uiuido inter candidum z subnigrum: uinacibus oculis: z visu per longum tempus acerrimo: qui preter spes supra sexagesimum etatis annum me destituit: ut indignanti mihi ad ocularium confugiendum eēt auxilium. Lota etate sanissimum corpus senectus inuasit: z solita morborum acie circūuenit. Honestis parentibus Florentinis origine: fortuna mediocri: z (ut uerum fatear) ad inopiam uergente: sed patria pulsus: Aretij in exilio natus sum: anno huius etatis ultime: que a Christo incipit. 1304. die lune ad auroram kalendas Augusti. Diuitiarum contemptor eximius: non q̄ diuitias non optares sed labores curasq; oderas: opum comites inseparabiles. Non ut ista cura esset lautarum facultas epularum. Ego autem tenui victu z cibis vulgaribus vitam egi letius: q̄ cum exquisitissimis dapibus omnes Apitij successores. Conuiuia que dñr (cuz sint comestationes: modestie z bonis morib⁹ inimice) semper mihi displicuerunt: laboriosum z inutile ratus sum ad hunc finem uocare alios: nec minus ab alijs uocari. Conuiuere autem cuz amicis adeo iucundum: ut eorum superuentu nil gratius habuerim: nec vnq; uolens sine socio cibū sumpsim. Nihil mihi magis q̄ pōpa displicuit. Nō solum q; mala z humilitati p̄traria: sed q; difficultis z quieti aduersa est. Amore acerrimo sed unico z honesto in adolescentia laboraui: z diutius laborassem: nisi iam tepescentem ignem: mors acerba: sed utilis extinxisset. Libidinum me prozsus expertem dicere posse: optarem quides: sed si dicam metiar: hoc secure dixeris: me q̄q; ferore etatis z cōplexionis ad id raptum: uilitatem illam tamē semper animo execratum. Mor uō ad quadragesimū annum appropinquans: duz adhuc z calorē satis esset z uirtutum: non solum factum illud obscenum:

sed eius memoriam omnem sic abieci quasi nunq; feminam asperissem. Qd̄ inter primas felicitates meas memoro: deo gratias agens: qui me adhuc integrum z vigentem tam uili z mihi semper odio seruitio liberauit. Sed ad alia procedo. Sensi superbiam in alijs non in me: z cum paruus fueris semper minor iudicio meo fui. Ira mea mihi sepe nocuit alijs nunq;. Amicitiarum appetētissim⁹ honestarum z fidelissim⁹ cultor fui. Intrepide glorioz: q; scio me uerum loqui: indignantissimi animi: sed offensarum obliuiosissimi beneficiorum p̄memoris. Principuz ac regum familiaritatibus z nobiliuz amicitijs usq; ad inuidiam fortunatus fui. Sed hoc est supplicium senescientium: ut suorum sepiissime mortes fleant. Maximi regum z mee etatis amarunt z uoluerunt me: Cur autem nescio: ipi uiderint. Et ita cum quibusdam fui: ut ipsi quodāmodo mecum essent: z eminentie eorum nullum tedium comoda multa perceperim. Multos tamē eorum quos ualde amabam effugi: tantus fuit mihi insitus amor libertatis: ut cuius uel nomē ipm libertatis: uel illi esse cōtrarium uideretur: omni studio declinarem. Ingenio fui equo potius q; acuto ad omne bonum z salubre studium apto: s; ad moralem precipue philosophiam z ad poeticam pro-no. Quam ipsam p̄cessu temporis neglexi: sacris lris delectatus: in quibus sensi dulcedinem abditam: quam aliqñ contempseram: poeticis lris non nisi ad ornatus reservatis. Incubui vnice iter multa ad notitiam uetustatis: qm̄ mihi semp etas ista displicuit: ut nisi me amor charoz in diuersum traheret: qualibet etate natus esse semper optauerim z hanc obliuisci nisus animo me alijs semper inferere. Historicis itaq; delectatus sum: non min⁹ tamē offensus eorum discordia: secur⁹ in dubio quo me uel ueri similitudo rerum uel scribētium traxit auctoritas: Eloquio ut quidam dixerunt claro ac potenti: ut mihi visum est fragili z obscuro. Neq; uō in communi sermone cum amicis aut cum familiaribus eloquentie vnq; cura me attigit: miroz q; eam curam Augustus Lesarem accepisse. Ubi autem res ipsa uel locus uel auditor aliter poscere uisus est: paulo annisus sum: idq; q; efficaciter nescio: eorum sit iudicium coram quibus dixi: Ego modo bene uixissem: qualr dixissem: paruifacerez uentosa gloria est de solo uerborum splendore famam querere. Tempus meum sic uel fortuna uel uoluntas mea nunc usq; partita est. Primum illi uite annum neq; integrum Aretij egi ubi in lucem natura me protulerat: sex sequentes Ancise paterno in rure supra Florentiam quatuordecim passuum millib⁹: reuocata ab exilio genitrice octauū Pisis: nonum ac deinceps in galia transalpina ad leuam rhodani ripam: Quinque urbi nomen: ubi Roman⁹ pontifex turpi in exilio Christi tenet eccliam z tenuit diu: licet ante paucos annos Urban⁹ gnatus eam reduxisse uideretur in suam sedem. Sed res ut patet in nihiluz redijt: ipso (qd̄ grau⁹ fero) tunc etiam superstitē z quasi boni operis penitente. Qui si modicum plus uixisset: haud dubie sensisset quid mihi de eius habitu uideret. Jam calamus erat in manibus: sed ipse confestim gloriosus principium ipsum cum uita destituit infelix: Deseliciter ante Petri aram mori: z in domo pp̄ria potuisset: Siue enim successores eius in sua sede m̄

hanc. Nihilis.

1303

Tabula.

Incipit tabula librorum rerum senilium.

Liber Primus.

- I Ad Simonidē suū pbemū. Olim socrati meo
 II Ad Franciscum sanctorum apostolorum de Florentia fortune blāditias contemptu magnifico repellendas. Jam ante.
 III Ad eundem amice consolationis approbatio. Per gratiam.
 IIII Ad Lalarandū alban. ep̄m cardinalem oblati laboriosi honoris recusatio. Litteras.
 V Ad Joannē de certaldo de uaticinio morientius. Magnis me monstris.
 VI Ad Franciscū brunī: contra imodica amici laudē uera sue paruitatis expressio. Suauis mihi.
 VII Ad eundem: uite finem proximū et incertum: fugam mortis nullam: et astrologos multa mentiri. Qd me ad fugam.

Liber Secundus.

- I Ad Joannē de certaldo obiectorum stilo criminum purgatio. Aut tacere oportuit.
 II Ad Franciscū brunī: et in egestate et in diuitijs uirtuti ac glorie locum esse. Ad id qd.
 III Ad eundem quanti laboris et periculi sit scribere: scribendum tamen et qualiter. Quanta vis eet.
 IIII Ad Leliū suū quid sit peius an sua scriptoribus eripere: an aliena ingerere. Qd adulantium.
 V Ad eundē de silētio utili et dānoso. Bonū censeo
 VI Ad Robertū comitē de battifolle. Et tui nois.
 VII Ad eundem. Spem de te.
 VIII Ad p̄orē magnum camalduli. Pro benigna.

Liber Tertius.

- I Ad Joannē boccatiū de hac peste ultime etatis et astrologorum nugis. Presentiam tuam.
 II Ad eundē de illius statu anxie. Lasus nostros.
 III Ad Nicolāum magnū regni Scicilie senescallū querimonia. Dudum magne uir.
 IIII Ad ignotū quendam de ingenio ac moribus barbati fulmonē. Barbati mei nomen.
 V Ad Joannem boccatiū de tedio scabiei et medicorum remedijs. Satis superq̄ tacuimus.
 VI Ad eundē de mortalis instabilitate p̄positi. Dū nil
 VII Ad Perium morādū foroliuensem de fama mortis sue sepi⁹ ficta et figmēti causis. Stupor tu⁹.
 VIII Ad Huillelmum rauēnatē pbificū dehortatio a studio eloquentie. Multis et ualidis.
 IX Ad fratrem Bonauenturam bassro uenetum grauis patrie rumores. Una hora.

Liber Quartus.

- I Ad Luchinum de uerme ueronensem uenetorum belli ducem aduersus rebellatē cretam que sint summo duci necessaria. Non uereor.
 II Ad eundem gratulatio uelocis incruenteq̄ uictorie. Bene habet.
 III Ad Petrum Bononiensem rhetorem de uictoria uenetorum. Et si p̄sens.
 IIII Ad eundē de famulorum p̄uicacia. Uenit ad me.
 V Ad Fredericum aretinum de quibusdam fictionibus Uirgilij. Iuuenilia inter.

Liber Quintus.

- I Ad Joannem boccatiū: descriptio urbis ticinensis. Fecisti optime.
 II Ad eundem de appetitu anxio primi loci. Habeo tibi aliquid dicere.
 III Ad eundem de audacia et pomposo medicorum habitu. Meum tibi.

- Ad Donatum apennigenam grammaticum q̄stus IIII
 medicis sit fidēdum. Forte sic accidit.
 Ad eundem de inconstantia iuuenili et ut uiles sapienti sic damnosam stulto laudem. Inter uite.
 Ad eundem de eadem re. Ille quidem. VI

Liber Sextus.

- Ad Joannem boccatiū miserabilis amici terribilis casus. Iris ingentes. I
 Ad eundem de seipso. Animaduerti. II
 Ad Franciscum brunī pape secretariū de bocipso. Noueram te. III
 Ad Pilleum ep̄m paduanum dehortatio ad amici constantiam. Etate. IIII
 Ad Philippū p̄archā hierosolymitanū p̄missi libri trāsmisso et dilationis excusatio. Nisi tadē
 Ad amicū grauis increpatio de ḡn̄is studij p̄fect⁹ VI
 Contra auaritie magros et de senum diuitumq̄ regum auaritia. Scio tibi magistrum. VII
 De auaritia iterum ingenijs adiuta multorum. Et miramur. VIII

- Ad Philippum patriarcham hierosolymitanum laudē etiā in re qualibet suspectā. Sicut igētia. IX

Liber Septimus.

- Ad Urbanū ḡntū de dilato nimis nec iā amplius differēdo ecclie reditu in suā sedem. Aliq̄diu. I

Liber Octauus.

- Ad Joannem boccatiū: de etatis parte dubia ut aiunt. Nos est. II
 Ad amicos de senectute propria et eius bonis. Senui fateor. III
 Ad Thomam de garbo florentinū pbificū de opione et fortuna de q̄b⁹ ille q̄sierat. Peregrina. IIII
 Ad Luchinum de v̄me egtem ueronensem cōtra turchos p̄fectū exhortatio ad reditū. Teneo ut
 Ad Jacobum de uerme de luchini patrii sui obitu. O insidiosa. VI
 Ad Donatū apennigenā gr̄maticū de penitētia: et ad hāc efficacib⁹ scōrū libris. Due ḡdē nuper VII
 Ad Fredericum aretinum de notorum modestia. Magnam parua. VIII
 Ad Joannem boccatiū de anno etatis. 63. frustra infami. Annus est. IX

Liber Nonus.

- Ad Urbanū papam quintus: gratulatio pro reducta in suas sedes ecclia: et exhortatio ad perseverantiam. In exitu israel. I
 Ad Franciscū brunī pape secretariū de materia superioris epl̄e et de crebra loci mutatiōe. Nescio. II

Liber Decimus.

- Ad Sagramoz de pomerijs ex equite armate militie monachum cisterciē. exhortatio ad perseverantiam. Semper et uiuis. I
 Ad Huidonem septem archiep̄m Jan. de mutatione temporum. Scio iam hinc. II
 Ad Paulum de Bernardo uenetum transfretatē iij uotis reditus prosequitur. Lusi tecum. III
 Ad Donatum apennigenam grammaticum cōsolatoria super illius filij suq̄ simul nepotis immature obitu. Tres ex ordine. IIII
 Ad eundem de eadem re et de amicitie sue facilitate. Dulciter. V

Liber Undecimus.

- Ad Urbanū pape ḡnti familiares litteras responso. Tua me. I
 Ad Franciscum brunī pape secretarium: de mate. II

Tabula

- ria superioris eplē. Forfan amice.
- iiij CAd eundem de eadem re. Quid vis.
- iiij CAd Lolutium de stignano pape secretarium alterum. Aliquot ante.
- v CAd Guillelmū maramaurum neapolitanū equitē male fundatas amicitias non durare. Orpheus.
- vj CAd Franciscum de urfuis noue contractus amicitie. Zucunduz in.
- vij CAd Antoniu dōati apēnigene filiū. Filiū lram
- viiij CAd Franciscum brunī commendatio iuuenis studiosi. Hic cuius e.
- ix CAd Hugonem de sancto Severino commēdatio eiusdem. Iuuenis iste.
- x CAd Lorbardū a serico breuis solatio. Dulci.
- xj CAd eundem vite huius compendiosa descriptio. Quid mihi.
- xij CAd Urbanū qntū romanū pōtificē pro innocentia gñalis mistri ordis fratrum minorū. Multa iam.
- xiiij CAd Hugonem estensem marchionem. abstinēdus ludis inanibus zc. Petrus.
- xiiij CAd magrū Bonauēturā ordis hēmitaz pfefforē sacre pagie solatoria sup morte fr̄is. Quales.
- xv CAd Philippū sancti Marcellini z Petri psbyterū cardinalē de statu suo. Littere tue me.
- CAd Urbani quinti lras eum ad se Romaz istāti^o euocātis r̄sio z dilatiōis excusatio. Int̄ cūcta.
- CAd eundē excusatio ipolitatis pp mortiferū z horredū casum sibi in itinē occurrētē. Multos eoz
- CLiber Duodecimus.
- i CAd Joannem patavinū phisicum insignem de qbusdam psilijs medicine. Obtulisti mihi.
- ij CAd eundem de eadem re. Video amice.
- CLiber Tertiusdecimus.
- i CAd magnificū Nicolau marchionē estēsem ferrarie dñs solatoria sup fratris morte. Heu mihi
- ij CAd Philippū de maserijs militem regium z Lypri cancellarium super cōis amici morte similiter consolatio z lamentum. Fontem lachrymarum
- iiij CAd Joānē aretinū de scribētis origine. Ignoti
- iiij CAd eundem. Desiderium regularum.
- v CAd Donatū apēnigenā grāmaticū cū libello quodam sibi inscripto. Habes en amice.
- vj CAd Antoniu supradicti donati filium de vitandis artium erroribus. Litterulam tuam fili.
- vij CAd Franciscum quēdā adolescētē romanū rbetorice studiosum. Tua prior epistola.
- viiij CAd Mattheuz longum archidiaconum leodiēn. de utriusq̄ statu. Erat.
- ix CAd Pādulfuz malatestā familiariter. Eplaz tuā
- x CAd eundez se tempore pestis ad loca salubria euocantem. Tua breuis.
- xj CAd eundem se tempore belli ad loca pacifica iurantem. Nec cessat.
- xij CAd Philippum sabineñ. ep̄m sedis apostolice legatum. Audaciam.
- xiiij CAd Franciscum brunī pape secretarium de qbusdam suis secretis affectibus. Omīssis.
- xiiij CAd eundem iisdē rebus exp̄sius. Et amice.
- xv CAd Joannem de dondis phisicum patavinum. Ex mea sospitate.
- xvj CAd eundem. Incolumitas.
- xvij CAd Gasparum ueroneñ. de se. Cura tua de me
- xviiij CAd eundē de statu belli. Lram tuā nō absimiles
- CLiber Quartusdecimus.
- i CAd magnificū Frānciscū de carraria padue dñm q̄
- lis eē debeat qui z rēpublicā regit. Dudū tibi.
- CAd eundē esse huana mirabilia z nō eē. Affectū. ij
- CLiber Quintusdecimus.
- CAd Stephanum de columna protbonotarius pape. Multas tibi.
- CAd eundē r̄sio ad uocationē romani pōtificis Gregorij. xj. Scribis inter multa.
- CAd Lorbardam a serico de habitatione rustica z urbana. Scripsisti mihi.
- CAd Guillelmum maramaurum equitem neapolitanum. Fecisti amice.
- CAd fratrem Serardum cartusiensem germanum suum. Magnum tempus.
- CAd fratrem Ludouicum marsiliuz ordinis sancti Augustini exhortatoria. Magnam tuis.
- CAd eundem cum libro confessionum sancti augustini. Merita de te.
- CAd Joānē boccacium excusatio filētij. Potes. viij
- CAd Donatū apēnigenā grāmaticū nihil in amicitia expetēdū pter aiuz amici. Quoties monui.
- CAd Petrum rbetorem bonon. contemnuenda mortalia. Ingens mihi.
- CAd Beneuenutum rbetorem imoleñ. de poetis. r̄
- Ad respondendum.
- CAd inconstantissimum uagumq̄ hominem quem dam. Strulo: tibi.
- CAd Gasparū uonensem. Litterulaz tuam
- CAd Philippum sabineñ. ep̄m cardinalem de statu suo. Et mirari.
- CAd eundē cū v̄sulis ab eo petitis. Rogas z
- CLiber Sextusdecimus.
- CAd Lucam de penna pape secretarium de libris Liceronis. Dabis uentam.
- CAd Franciscam seneñ. phisicum noue contractus amicitie. Epistola quedam repens.
- CAd eundem de libro vite solitarie. z de medicis. iij
- Epistola quedam tua.
- CAd Philippū sabineñ. ep̄m cardinalem de absentia amicorum equo animo ferenda nec minus amari que oculis nō uident. Sperabam qd
- CAd Karolū quartū romanū impatorē de falsitate puilegij austria ab impio eximētis. Claudum.
- CAd doimuz grāmaticū placētū ibi maiore spez pfert ubi de se opio scie mior est. Nō possum.
- CAd eundē esse adhuc virtutis aliquos imitatores modo ulla sit virtus. Noli amice. Noli.
- CAd dñs Joannem porē magne cartusie: ut pro se deum oret. Ita ego stupens.
- CAd eundem excusatio q̄ uiuentem laudaueris. Lauisti mihi caput.
- CLiber Decimusseptimus.
- CAd Joānē boccaciu de certaldo. Ad lras tuas.
- CAd eundem de non interrumpendo per etates studio. Eplā status tui.
- CAd eundem insignis obedientia z fides uxoria. iij
- Librum tuum
- CAd eundem de reliquijs superioris eplē z de sponē do iā tadē sine huic eplari thilo. Arsit amor tui
- CLiber Decimusoctauus.
- CAd posteritatem de successibus studiorum suorū Francisco posteritati salutem zc.

Finis.

fissent: et ipse boni operis auctor erat: siue ab ijsseu et tanto ipsius clarior virtus: quanto illorum culpa conspectior. Sed hec longior atque incidens est querela. Ibi igitur uentosissimi amnis ad ripam: pueritiam sub parentibus: ac deinde sub uanitatibus meis adolescentiam totam egi: non tamen sine magnis digressionibus: Namque hoc tempore Carpentoras ciuitas parua et illi ad orientem proxima: quadriennio integro me habuit: inque his duabus aliquantulus grammaticae: dialecticae ac rhetorice quantum etas potuit didici: quantum scilicet in scholis disci solet: quod quantulus sit charissime lector intelligis. Inde ad montem Pessulanum legum ad studium profectus: quadriennium ibi alterum: inde Bononiam et ibi triennium expendi: et totum iuris ciuilibus corpus audiui: futurus magni prouectus adolescens: ut multi opinabantur si cepto insisterem. Ego uero studium illud omne destitui: mox ut me parentum cura destituit: Non quod legum mihi non placeret auctoritas: que absque dubio magna est et Romanae antiquitatis plena qua delector: sed quod earum usus nequitia hominum deprauatur. Itaque pigritiam perdiscere quo inhoneste uti nolle: et honeste uix possem: et si uellem puritas inscitiae tribuenda esset. Itaque secundum et uigesimum annum agens domum rediit. Domum uoco Auinionensem illud exilium: ubi ab infantia mea sine fueram. Habet enim consuetudo proximam vim nature. Ibi ergo iam nosci ego et familiaritas mea a magnis uiris expeti ceperat. Cur autem: nescire nunc me fateor et mirari: tunc eadem non mirabar ut qui mihi more etatis omni honore dignissimus uiderer: ante alios expetitus fui a Columnensium clara et generosa familia: que tunc romanam curiam frequentabat: dicam melius illustrabat: a quibus accitus et mihi nescio an et nunc sed tunc certe indebito in honore habitus: ab illustri et incomparabili uiro Jacobo de columna lombardensi. tunc episcopo: cui nescio an parem uideris: seu uisurus sim: in Gasconiam ductus sub collibus pyreneis estatem prope celestem: multa et domini et comitum iucunditate transégi: ut semper tempus illud memorando suspirarem. Inde rediens sub fratre eius Joanne de columna Cardinale: multos per annos non quasi sub domino: sed sub patre: immo ne id quidem: sed cum fratre amantissimo: immo mecum et propria mea in domo fui. Quo tempore iuuenilis me impulit appetitus: ut et Gallias et germaniam peragrarem. Et licet alie cause fingerentur ut professionem meam meis maioribus approbarem: uera tamen causa erat multa uidentis ardor ac studium. In qua peregrinatione Parisius primum uidi: et delectatus sum ingredi: quod uerus: quod ue fabulosum de illa urbe narrare. Inde reuersus Romam adijt: cuius uidentis desiderio ab infantia ardebam: Et huius familie magnanimum genitorem Stephanum de Columna: uirum cui libet antiquorum parem: ita colui atque ita sibi acceptus fui: ut inter me et quemlibet filiorum nil diceret interesse. Qui uiri excellentis amor et affectus usque ad uite eius extremum: uno erga me semper tenore permansit: et in me nunc etiam uiuit: neque unquam desinet nisi ego ante desero. Inde etiam reuersus: cum omnium: sed in patris illius tediosissime urbis fastidium atque odium naturaliter animo meo insitam ferre non possim: diuerticulum ali-

quod quasi portum querens: repperi uallem periguam: sed solitariam atque amenam que Clausa dicitur: quindecim passuum milibus ab Auinione distantem: ubi fontium rex omnium Sorga oritur. Captus loci dulcedine: libellos meos et meipsum illic transtuli. Longa erit historia si pergam exequi: quod ibi multos ac multos egeri per annos. Nec est summa quod quicquid fere opusculorum mihi excidit: ibi uel actum uel ceptum uel conceptum est. Que res multa fuerunt: ut usque ad hanc etatem me exerceant ac fatigent. Fuit enim mihi ut corpus: sic ingenium magis pollens dexteritate quam uiribus. Itaque multa mihi facilia cogitatu: que executione difficilia pretermisi. Hic mihi ipsa locorum facies suggestit ut Bucolicum carmen siluestre opus aggredere et uite solitarie libros duos ad Philippum semper magnum uirum: sed paruum tunc episcopum Cardinalicem. nunc magnum Sabineum. episcopus Cardinalem: qui mihi iam solus omnium ueterum superstes: non me episcopaliter ut Ambrosius Augustinus: sed fraterne dilexit ac diligit. Illis in montibus uaganti: sexta quadam feria maioris hebdomade: cogitatio incidit et ualida: ut de Scipione Africano illo primo: cuius nomen mirum unde a prima mihi etate charum fuit: poeticum aliquid Heroico carmine scriberem. Quod tunc magno ceptum impetu: uariis mox distractis curis intermissum: sed subiecti de nomine Africe nomine libro dedit Operi nescio qua uel sua uel mea fortuna dilecto multis antequam cognito. Illis in locis moras trahenti: dictu mirabile: uno die et ab urbe Roma senatus et de Parisius Cancellarij studij ad me littere perueniunt: certatim me ille Romam: ille Parisius ad percipiendam lauream poeticam euocantes. Quibus ego iuueniliter gloriabundus: et me dignum iudicans: quo me dignum tanti uiri iudicarent: nec meritum meum sed aliorum librans testimonia: parumper tamen hesitavi cui potius aures darem. Super quo consilium Joannis de Columna Cardinalis supra nominati per litteras experij. Erat enim adeo uicinus: ut cum sibi sero scripsissem: die altero ante horam tertiam responsum ei acciperem. Cuius consilium secutus: Romane urbis auctoritatem omnibus preferendam statui: et de approbatione consilij eius: mea duplex ad illum extat epistola. Fui ergo et quous ego more iuuenum rerum mearum benignissimus iudex esses: erubui tamen de meipso testimonium meum sequi: uel eorum a quibus euocabar: quod proculdubio non fecissent: nisi me dignis oblato honore iudicasset. Unde Neapolim primum petere institui: et ueni ad illum summum et regem et philosophum Robertum: non regno quam litteris clariorem: quem unicum regem et scientie amicum: et uirtutis nostra etas habuit: ut ipse de me quod sibi uisum esset censeret. A quo qualiter uisus: et cui quam acceptus fuerim: et ipse nunc miro: et tu si noueris lector puto mirabere. Audita autem aduentus mei causa: mirum in modum exbilaratus est: et iuuenilem cogitans fiduciam: et forsitan cogitans honorem quem petere sua gloria non uacare: quod ego eum solum iudicem idoneum e cunctis mortalibus elegisses. Quid multa: Post innumeras uerborum collationes uarijs de rebus: ostensamque sibi Africam illam meam qua usque adeo delectatus est: ut eam sibi inscribi

magno pro mūere posceret. Quod negare nec potui: certe nec uolui. Super eo tandem pro quo ueneram certum mihi deputauit diem: et a meridie ad uesperam me tenuit. Et quoniam crescente materia: breue tempus apparuit: duobus proximis diebus idem fecit. Sic triduo excussa ignorantia mea: die tertio me dignum laurea iudicauit. Eam mihi Neapoli offerebat: et ut assentiret precibus etiam multis urgebat. Uicit amor Rome uenerandam tanti regis instantiam: Itaque inflexibile propositum meum cernens: litteras mihi et nuncios ad senatum romanum dedit: quibus de me iudicium suum magno fauore professus est. Quod quidem tunc iudicium regium: et multorum et meo in primis iudicio consonum fuit. Hodie et ipsius et meum et omnium idem sentientium iudicium non probo. Plus in eum ualuit amor et etatis fauor: quam ueri studium. Ueni tamen et quamlibet indignus: tanto tamen fretus fisisque iudicio: summo cum gaudio romanorum qui illi solēnitati interesse potuerunt: lauream poeticam adhuc scholasticus rudis adeptus sum. De quibus etiam et carmine et soluta oratione epistole mee sunt. Nec mihi laurea: scientie nihil: plurimum uero quesuit inuidie. Sed hec quoque historia longior est quam poscat hic locus. Inde ergo digressus Parmam ueni: et cum illis de Lorigia uiris in me liberalissimis atque optimis: sed inter se male concordibus qui tunc urbe illam tali regimine gubernabant: quales nec ante in memoria hominum habuerat ciuitas illa: nec etate hac ut auguro: habitura est: aliquantulum tempus peregi. Et suscepti memor honoris sollicitusque ne indigno collatus videretur: cum die quodam in montana ascendens forte trans Entiam anamem reginis in finibus: siluam que plana dicitur adijissem: subito loci specie percussus: ad iter missam Africam stilum uerti: et feruore animi qui sopitus uidebas excitato: scripsi aliquid: tulum die illo. Post continuos diebus quotidie aliquid: donec Parmam rediens et repostam ac tranquillam nactus domum: que postea empti nunc etiam mea est: tanto ardore operam illud: non magno in tempore ad exitum deduxi: ut ipse quoque nunc stupeam. Inde reuersus ad fontes Sorgie et ad solitudinem transalpinam redij: cum iam quartum et tricesimum etatis annum post terga relinquerem: diuque et Parme et Uerone uisatus et ubique: deo gratias: charum habitus: multo amplius quam ualerem. Longus post tempus uiri optimi et cuius nescio an e numero dominorum quisque similis sua etate uir fuerit: immo uero scio quod nullus Jacobi de Larrharia iunioris fame pro conio beniuolentiam adeptus: nuncijs quoque et literis usque trans alpes quibus ibi eram et per Italiam ubicumque fui multos per annos tantis precibus fatigatus sum: et in suam sollicitatus amicitias: ut quous de felicibus nil sperare: decreueram tandem ipsum adire et uidere quid sibi hec magni et ignoti uiri tanta uellet instantia. Ita quod sero quidem Patauum ueni ubi ab illo clarissime memorie uiro non humane tantus: sed sicut in celum felices anime recipiuntur acceptus sum: tanto cum gaudio tamque ineffabili charitate ac pietate: ut quod equare eam uerbis posse non spero: silentio opprimenda sit. Inter multa sciens me clericalem vitam a pueritia tenuisse: ut me non sibi solum: sed etiam pie artius astringeret: me canonicum Padue fieri fecit. Et ad summam si uita sibi longior fu-

isset: mihi erroris et itinerum omnium finis erat: Sed bene nihil inter mortales diuturnum: et si quod dulce se obtulerit: amaro mox sine concluditur. Biennio non integro eum mihi et patrie et mundo cum dimississet deus: abstulit: quo nec ego: nec patria: nec mundus (non me fallit amor) digni eramus. Et licet filius sibi successerit prudentissimus et clarissimus uir et qui per paterna uestigia me charus semper atque honoratum habuit: Ego tamen illo amisso cum quo magis mihi presertim de etate conuerat: redij rursus in gallias stare nescius: Non tam desiderio uisa mihi licet reuidendi: quam studio more egrorum loci mutatione tedij consulendi.

C Finis Epistolarum rerum Senilium.



Epistola missa per dominum Franciscum Petrar-
chā dñō Andree Dandulo illustri Venetj. duci: vi-
gēte bello inter Venetos ⁊ Senuenses. Ep̄la. I.

Aligd ad te scribā inclite dux: hinc
mea fides: hic humanitas tua sugge-
rit. illinc rerū p̄ntiū ac tēporū stat⁹ co-
git. Nec qdē p̄stat ut loquēlis. hec ut
audēā. ille atit ut tacē nequeā. Quis

eni ab amāte sollicito silētiū regrad? Libertas amo-
ris v̄cūdie frenū nescit. Os lz obstruxerit rōnis
manus: ⁊ magnitudinē rerū se ip̄ares recognoscēs
aius quiescēdum tacendum ue denunciēt. erūpet
tamen anxium pectus in uoces: non pegrinas sen-
tentias aut v̄ba uenabif. q̄cqd ad manū uenerit: q̄c
quid dolo: metusq; suaserint: loquē. festina trepi-
da: tumultuaria: ⁊ quod natura rerum fert similli-
ma mentis fluctibus exhibet oratio. Id si nunq; ali-
as: nūc mihi p̄sertim euenire noueris. Moneor
equidem vir illustris ⁊ ualde permoueor: ⁊ si pro-
prium affectus mei nomen erigis: per metuo fre-
quentes in circuitu procellas. ⁊ quos vndiq; cerni-
mus rerū motus. Sed ut totius humani ḡnis la-
menta p̄tereā: italicus homo ad italicas querelā
uenio. Surgitis nunc ad arma duo potētissimi po-
puli: due florentissime urbes: duo ut dicam breui-
ter italie lumina. que ut mihi qdē videt per oppor-
tune adeo hinc illinc: circū ausonij orbis claustra
distribuit natura parēs. ut uobis ad arthon ⁊ ad
ortum solis: illis ad meridiē ⁊ ad occasum uersis
uobis superum: illis inferum mare frenatib⁹: post
debilitatum inclinatumq; iam ne dicā prostratus
prostratus ⁊ extinctū romanū imperiū: adhuc regi-
nam italiā q̄dripartitus orbis agnosceret. De qua
re ⁊ si quarūdam forte gentium supbia in terris li-
tēfactura videat in alto: certe nullius vnq; impu-
dentia controuersiam mouebit. Leterum si in uos
metipso: quod nedum spectare: sed ominari hor-
reo: uictoria nūc arma cōuertitis: haud dubie ue-
stris proprijs manib⁹ saucijs perimus: uestris pro-
prijis manibus spoliati: ⁊ nomen ⁊ multis questū
laboribus imperium maris amittim⁹. Ita tamen
ut quod sepe al̄s malorum solamen habuim⁹: non
pdamus. Calamitatibus enis nostris gaudere po-
terunt hostes: sed minime gloriari. Inter cūcta ni-
mirū quibus angor aut terreo: nil magis q̄ intra-
ctabiles animos ⁊ consilis iuuenū pauesco. Igna-
ra etas est: ac fortune uolubilis in experta: ⁊ cuius
impetu magna olim imperia corruerunt. Omnia
sibi que cupiunt pollicentur: eoq; sepissime fallun-
tur. Ut enim uerum est quod ait apud L. iuius ille
clarissimus bello vir. Non temere incerta casuum
reputat: quem nunq; fortuna decepit. Sic ⁊ quod
sequitur uerum est. Ausq; minus euentus respon-
dere q̄ in bello. Falli proculdubio necesse est eos
quibus vnus dumtaxat: isq; serenus ac tranquill⁹
fortune vultus apparuit. Bifrons est enis. aliqua
toq; sepius violenta q̄ mitis. Ideoq; letus audi-
ui: te res ambiguas ad senile p̄siliū refecisse. Hoc
prudētiā moreq; tuos decuit: quoꝝ grauitas atq;
maturitas: te in illa acie p̄mū fecit. cū adhuc in al-
tera sis etate. Adolescētie ferocia: senio prudētiā
ascribūt. Ut nō imerito illi q̄ndā romane reipubli-
ce magistris: quoꝝ virtuti nihil inaccessum fuit: siue
ob honorem: siue ob silitudinē p̄ine sollicitudinē
p̄ies dicti: ob etates certe senatorū nomē accepunt.

Qua cura iuuenib⁹ p̄mum mox etate n̄ra pueris
quoq; p̄missa: ex q̄ alto ceciderim⁹ utinā nō tā pu-
blice notū foret. Sed de hoc alibi. Neq; enis leue
est dolori ac pudori simul obsequētē: ⁊ deslere p̄te-
rita: ⁊ ueniētia p̄uidere: dare dāno lachrymas ⁊
piculo cautionē. Ad id ergo qd uēturi metu cruci-
or reuerto: Sollicitū me fateor: atq; attonitū me
habet: p̄ie tue status. De te qd dicam? L. iuius eni
gl̄ie gratulor: si cōpatior labori parū ipse mihi cō-
sentiam. Ingenio tuo nō cōpati non possum. Sen-
tio nāq; qd iter sit iter armōꝝ strepitū ⁊ pieriā ge-
tē: q̄q; tenuiter inter martis tubas plectri sonet
apollinis. Quia v̄o nihil patrie negare potes: que
de te sic in pace merita est: ut eā nec belli tedio nec
mortis terrore desereres. sed relicto tantisper eli-
cone ac seriantibus libellis: securus es publici fa-
ti viam ⁊ grati ciuis: ⁊ boni viri ⁊ egregij ducis of-
ficio funct⁹ es. Ita tñ ut armatus pacē cogites: pa-
cē ames: atq; ita persuasum habeas: nullos te triū-
p̄hos clariores: nulla op̄miora patrie spolia refer-
re posse q; pacē. Libēter ubi de pace agit (Manni-
balis v̄bo utor.) quo. s. ex ore bellicosissimi viri: v̄i-
tas ipsa videat loquētis aduersus studijs testimo-
niū extorsisse. Is ergo ap̄ eūdem L. iuius qd ait?
Melior: tutiorq; inq; certa pax q; spata victoria.
V̄o ille vincendi desiderio ardens: ⁊ qui pacē to-
to orbe turbauerat. Quid igif amicus pacis? V̄o
ne pon⁹ dicat. melior: sanctorq; est certa pax q; cer-
ta victoria: p̄pterea q; illa quietis claritatis ⁊ gr̄e
hec laboris ⁊ criminū ⁊ insolēte plena est. Quid
aut pace iucūdius? qd felicius? qd dulcius? Quid
v̄o sine pace vita hominū nisi piculū pauorq; per-
petuus ac tristis curarū immortalis officina? Que
nā ista uoluptas oro est. sub diuo p̄noctare classico
somnia frāgere. corp⁹ lorica. atq; ut ait Maro. La-
nitie galea premere: ferreis semp vinculis artatum
mori subito. ⁊ que ultia viroz fortū cura est ibi-
manū abici? Iuuat mordaci sollicitudine: iuuat me-
tu ⁊ odio miserū cor atterere: ⁊ his studijs incer-
tū huius breuissime vite t̄ps ipendere? Siccine tu-
tus est cum pelago simul ⁊ cum hoste certare. hoc
est gemina pariter cum morte luctari. Nemo enis
queso uos fallat. cū asperrima atq; inuictissima. ⁊
qd tristius dico cū italica gente bellū geritis. Ut
nā inimice urbes uobis eēt damascus aut susis:
utinā mēphis pon⁹ aut Smirna q; Janua. utinā
aduersus p̄sas aut arabes: utinā aduersus tracas
aut illiricos pugnetis. V̄o v̄o qd agitis? Siq;
latini nois reuerētia est: q̄s delere molimini fres-
sunt. Et heu nō tantū apud thebas fraterne acies
sed per italiā instrunt amicis flebile letum hosti-
bus spectaculū. Quis autem belli finis? ubi seu vi-
ctores fueritis seu victi? Anceps est enim alea for-
tune. Necesse est ut alterum e duobus italie lumi-
nibus extinguatur. obscuret alterū. De tāto enim
hoste incruētam sperare victoriā: vide ne nō tā ge-
nerose fiducie q; incuriose dementie signū sit. Sa-
ne uos videritis viri magnanimi: ⁊ p̄potētes po-
puli. Quod enim vni dico: dictū ambob⁹ itelligo.
nisi q; ut ad te potētissimū hec scripta pueniāt: ⁊ de-
uota familiaritas que mihi cum virtutib⁹ uis est:
⁊ ipsa locorū uicinitas causas prebuere. Uos inq;
videritis quorsum pergatis animo. quis sit irarus
modus. quis terminus odioꝝ. qd de salute p̄pria.
quid deniq; cuius nō parus portio pendet ex uo-

bis de statu publico cogitetis. modo ne illud exci-
 dat: quod nisi gliscentis belli ardor: fonte aliquo pie-
 tatis extinguitur. de vulneribus que parantur: non
 numquam aut penus: sed italicus sanguis fluat.
 Et eorum qui siqua repentina vis ingruat: aut siqua
 barbaries quod interdum: sed nunquam gratia causa
 est. fines nostros irrumpat: primi uobiscum arma
 pro communium fortunarum defensione suscipient:
 qui simul pectora sua morti atque hostilibus telis obij-
 cient: qui et uestris tegentur: et uos clipeis et corpo-
 ribus suis tegent: qui profugos hostes classibus pro-
 sequentur: pariter uiuent: pariter morientur: pariter
 pugnabunt: pariter triumphabunt. Tales igitur hos
 viros propter leuis forsitan iracundie stimulos in-
 uadere: et quibus ipse possis euertere: quid delecta-
 tionis habeat non intelligo. Mortis fortasse melius
 scens quorundam animi: qui supplicio amicorum
 et uindicta quarumlibet offensarum: more femineo
 delectantur: profecto nec utile nec honestum: deni-
 que nec humanum est. Satius est obliuisci iniuriam quam
 ulcisci. et inimicum placare quam perdere. illum preci-
 pue cuius et merita precesserunt et si in gratiam re-
 dierit sequi possunt. Nempe si utrobique par labor
 esset: tamen mansuetudo hominum est. ferarum rabi-
 es. eaque non omnium sed ignobilium et quas sinistra
 nae manus attigit. Si igitur inter consulares tuos quos
 plurimos grauissimosque non dubito: mea uox audi-
 tur. non modo uenientem non repelles pacem. sed
 ultro illi obuiam ibis. et audidissime complexus iuen-
 tam: ut apud uos eternam maneat curabis. quod fa-
 cilis assequeris: si quicquid erit: sobriam ueneran-
 damque canitiem in consilij partes uoces. Illos au-
 di: qui et fortune ludos nosce: et amare reipublicam
 didicerunt. His enim dulcedo pacis est gratior:
 qui contrarij amaritudinem pregarunt. Ceteri ergo
 tanquam pacis hostes a limine arceantur. Neque enim
 tamen illos admitto quibus nulla sunt senectutis in-
 signia: preter rugas canos et caluitium et in curuum
 tergum: nasque madentis infantiam. et cum uoce tre-
 mencia membra. ut Satyricus ait. Suas sibi aut equi-
 dem inuidiosas dotes habeant. Nos enim non pu-
 tres querimus sed maturos. Neque rursus illos ex-
 clude si sunt: qui floribus annis aut preoccupauerunt
 senectutem. Neque quod in te miror in alijs sperno.
 Sic ubi precor indoles affulserit. Non sum nesci-
 us: quoniam africanus meus adolescens: afflicte reipu-
 blice: non manu solum sed consilio profuerit. Aut dum
 secretum senatus celat papyrinis pretextatus: quo-
 nam ioco matrem deluserit. quid pedagogo suo por-
 ti? cato: quod seni antio puer suasit alcibiades? Sed
 mihi crede. perrarum genus hominum: quibus tenera
 etate contingat sapere. Ubi sane tale aliquid: et pre-
 gressum aios adolescentem uideris. Nec enim is-
 cio: fieri posse. senus choris ascribito. Tu qui et con-
 silij prima uox et rerum caput esse meruisti. hoc sem-
 per tecum cogita: primas ad te partes uel glorie uel in-
 famie pertinere. Ideoque sopitis omnibus solus vi-
 gila. Neque enim quod illustribus uiris placet: par im-
 peratoris et militis labor est. Promptior ad actus
 uenit: quem maior premij pars impellit. Et quibus mul-
 te et uarie sunt premiorum species: ad quas pro ua-
 rietate effectus non uniformiter inclinamur: haud
 dubium tamen. quia nobilibus animis post virtu-
 tem: summum calcar est gloria. Hinc igitur excitatum
 animum curis optimis exerce. Sunt autem optime

cure de salute patrie: ut ait cicero. His igitur tibi nunc
 in celum iter facturus assurge. teque supra teipsum
 erige. uide. circumspece. contemplare omnia. et felices
 bellorum exitus cum infelicibus confer: et damna
 cum commodis et gaudijs cum merore. Et quoniam ut di-
 xi in causa pacis aptissimus testis est hannibal: di-
 ligenter caue: ne ut ait ille: tot annorum felicitates in
 unius hore dederis discrimen. Quantis enim pu-
 tas laboribus hec collecta potentia est. Quot gradibus
 ad hoc fortune fastigium est ascensum? Per
 uetusta si nescis gentis tue fama est. quod plerique non
 putant. multisque aut urbem conditam seculis: non ue-
 netorum modo: sed quod magis mirabere: ueneti et du-
 cis clarum nomen inuenio. Quod diligentius aduer-
 tendus est: ne uirtute casibus: et tot annorum profilio par-
 tum decus: fortune uastaturos subdas imperio. Et
 quoniam ut sapientibus uisum est. nullo maiori quam fame pre-
 cio uirtus constat. optime et e re publica te facturus
 noueris: si ubi res exigat: iactura etiam proprie lau-
 dis bonum publicum redemeris. frementiisque turbe: tu-
 ta magis quam speciosa consilia: et profutura potius quam
 placitura prebueris. Quod enim eidem duci accidit
 et cumulationis gloria: et cum admiratione omnium amor
 te publicus sequetur. Que si et spes abesset. sentis tamen
 quod tuti. quod glorie debeam. tantumque inter eas quod
 tum inter solidum corpus et inanem umbram interesset
 et parte ipsam noueris: et aphis accepisti. Quam autem
 cum dolore: ne quod oino tibi subtraham: audiuisse me
 putas: recessus uobis cum aragonum rege fedus in-
 tum? Ergo ne ab italicis ad italicos euerendos: bar-
 barorum regum poscunt auxilia: unde infelix opere
 speret italia. si parum est quod certatim a filijs mater
 colenda discerpitur. nisi ad publicum patricium alie-
 nigenae concitentur? Dicet aliquis. idem mali genus
 prius ab hoste temptatum. Jam dixi. et si unum allo-
 quor utrumque redarguo. Quam dignius fuerat ira-
 rum deterfa rubigine: a qua non uilius amicitie sin-
 ceritas: non fraternus amor: non suprema demum
 parentis ac natoque pietas profusus immunis est: Uene-
 tos cum ianuenibus unum fieri: quam formosum corpus
 italie lacerari: uobis occiderit illis ut audio dei
 xtras orientium tyrannorum in parte furoris implorantibus?
 O ferales et supuacuas cautelas. o maluo-
 lentie genus ultimum. quod manu propria non possis: ad
 id circumspece quod irrites. et argumentum odij pre-
 bente uicinia: uicinos scelerum subrogare. Et qui
 multarum hinc iniuriarum fluxere primordia. dum
 indigno et nescio unde procedente: fastidio nostrarum
 rerum: in admirationes rapimur externarum. et iam
 pridem consuetudine pestifera: italica fidem: bar-
 barice perfidie post habemus. Infanti qui in uenali-
 bus animis fidem querimus: quam in proprijs fratri-
 bus desperamus. Quo effectum est. ut iure optimo
 in has calamitates inciderimus: quas sero iam et
 inefficaciter lamentamur. Postquam alpes et maria:
 quibus nos menibus natura uallauerat: et interie-
 ctas obseratasque diuino munere claustrorum ual-
 uas: liuoris auaritie superbieque clauibus aperien-
 das durimus cimbrijs: hunis: panonis: gallis: the-
 tonis: hispanis. Quoties illud pastorius maronis
 flendo cecinimus. Barbarus hec tam culta noua-
 lia miles habebit. Barbarus has segetes. in quo
 discordia ciues perduxit miseros. Sed ut ad rem
 redeam. quid uos deliberaturi sitis ignoro. Illud
 scio. quod in emulatione olim pariter sed conditione lon-

ge impari: dum evertendi infestissimam athenarum urbem: lacedemonijs oblata esset occasio: nec de potentia iam sed de uoluntate sola superesset questio: e duobus grecie luminibus eruturos se alterum negauerunt. Preclarissimum sane responsum: et prisca illa spartanorum dignissimum disciplina. Quod si ex ore illorum sonuit: quos victoriarum principandiq; libidinis notat Plato. quid uobis mitissimis ac modestissimis uiris uisum iri arbitror? Certe ego qui in tantis motibus non moueri nequeo: ut diuersis affectibus amore. metu. spe: unum petens urgentibus: secumq; certantibus pace animi careo: iusta me reprehensione curaturum credidi: si cum his siluas in classem traherent: his gladios acuerent ac sagittas: illi muros ac naualia connumerent: quod unum mihi telorum genus erat: ad calamum confugissem: non belli auctor: sed sua for pacis. Finem facere istudum. cogito. non ignarus quanto uerborum freno ubi deceat cum superioribus colloquentem. sed nullus est amore superior. Ille te coget ad ueniam qui ad multiloquium me cogit. Hoc unum in finem coram duorum populorum ducibus affusus et lachrymosus obsecro. In festa manibus arma proiecite date dextras. misce te oscula. animos animis: signis signa coniungite. Sic nauigantibus oceanus et euxinij maris ostia patebunt. nullusq; regum aut populorum nisi uenerabundus occurret. Sic uos indus: sic britannus ethiopsq; permuet. Sic thoprobane: sic fortunatas insulas: fumosamq; sed incognitam tylem: et omnem australem atq; hyperboream plagam: securus uester nauta transiliet. Modo inuicem iuristis. nil aliunde trepidandum est. Vale ducis ac uirorum optime. Pataui. xv. kal. aprilis. 1351. Franciscus petracus uester: et uestre reipublice deuotus.

C Responso domini ducis predicti ad ultrascriptam epistolam.

II.

P Romissam diuq; optatam epistolam de manu latoris libenter accepimus: quam degustare tamen sed et postea legere proponebam ex commodo: ni stili sablinitas procedere longius sinisset. Qui q; disertus fuerit: ex hoc q; tanta dulcedine nos traxit: et tenuit. ut illam sine dilatione non tantum delectati sed gauisi legerimus: indicatur. Mirabamur in ea vires animi precellentis: alti profunditatem ingenij: et redolentis facundie leuimentum. et dum hec concurrere cernimus: vix credere possumus: ut compositio tam uiriliter et sancta: nisi e pectore sacro defluerit. Decuit namq; uirum sincerum: qui reliquit forum et curias: ut in ampliora presenti uenturaq; profecturus etati secederet: pacis exordiri dictamina: et eloquentiam a celesti numine prestitam. Magna est enim admiratio copiose sapienterq; dicentis. et difficile dictu: quanto pere conciliet animos comitas affabilitasq; sermo nis: in salute proximi exemplo Liceronis pertere. Nouimus equidem nec possumus diffiteri uir optime: q; si suavis et dulcis tranquillitatis amenitas. et quo ad nos attinet humane firmitatis meminimus. et vim fortune: ac omnia quecumq; peragimus: subiecta mille casibus esse scimus. Sed si philosophica et quod preponi debuit diuina dirimantur consilia: prosecutio iusti belli quod gerimus laudari q; reprehendi potius: et si ulla vis rationis existit: seu

quod magis credendum est: deo nostro queuis cura mortalius: exitus sperari felices merito debuissent. Quid enim infelicis est felicitate peccantium? Quid amentius q; pati diu patientias uirtutem insignere: non modo uirtuosos sed uitiosos: et aduersus penitus effectus producere? Sane maleficos uiuere: seu impunitam laxare perfidiam: diuinis et humanis institutis prohiberi didicimus. Secus imperante malitia: nedum premijs iustus carebit: sed subiectis pedibus calcaretur iniustus. Lause nostre iustitiam: et quantis obprobrijs ac demum acerbis laceratis iniurijs: improba Jani nequitia inuitos nos et renitentes ad querelam excusserit superuacuum explicare credidimus. Cum satis uulgatum et notum minime dubitamus. Lestis est deus: qui et secundos dedit et dabit euentus: q; eos fraternam et sincera dulcedine non tamen mutua relatione commouim. Ut enim pretereuntes antiqua: noua sectemur. libertatem preciosissimum boni genus nobis molliuntur eripere. et dum licita prohibent cogunt ad arma. ut merito cesarianum illud occurrat. Arma tenenti omnia dat qui iusta negat. Fratres ergo an domesticos hostes istos uocemus: quorum nulla pestis magis efficax ad nocendum? Fuit uirtus hec in romana republica. nec redarguendi sunt tamen uenerabilis imitatores exempli. ut uiri fortes uicinum perniciosumq; hostem: acrioribus supplicijs q; remotum et acerbissimum cohercerent. Quam diu patientia nostra abusi sunt: q; diu nos furor eorum elusit? Nullum ad finem sese effrenata iactauit audacia. Quotinas famam italicam quam peunte sepius deplorasse uideamini: nostris tamen temporibus inuenissent. Sed uetus est querela. q; obtenebratum sit eorum astutis regine quas dicitis diadema. Mare sibi reddiderunt infestum. terrarum orbem erosum. et inimicas singulas nationes. De quorum moribus breuem summam accipio. qd conuenire nequit cum alijs qui minime cum seipso. Negetur forte uera sint que supra describimus: conuincemus si negari contigerint. Quo cognito. neminem extimamus tam improbum: tam perditum: tamq; mentis expertem: qui non iure per nos factum esse fateatur. Plura dicenda forent. sed omittimus ut sine claudamus epistole. Bellum ita suscepimus: ut nihil aliud q; pacem honorabilem patrie: que uita nostra nobis est carior: querere uideamur. et quemadmodum superbe ac uolenter nos agere si spernemur: placatum cedentemq; hostem. sic nunc cum prope fractus restentem: ac tergiversantem traxerimus: nulla uerecundia sumus obstricti: si bella hos contra permittimus: qui pacem pati minime potuerunt. Vale uirorum per optime. tibiq; persuade nobis esse charissimum: sed multo fore chariorem: si nos sepius recreare curaueris similibus monumentis. Ueneti. 22. Maij. 1351.

C Alia epistola dicti domini Francisci ad dominum ducem supradictum: super eadem materia.

III.

N Audies noui. nil insolitus leges: sed ea tantummodo recognosces: quibus iam sepe aures tuas oculosq; lassauit. Meministi enim credo clarissime ducum: ante hoc ferme triennium cum iam duos prestantissimos populos arma terrificamars funestus induceret: prius tamen q; mare ce ruleum sanguine rubuisset: non mihi sed italie metuens: in qua fateor mea quoq; temporalis salus

includitur: quæ longam et quanti amoris quantæque sollicitudinis atque formidinis plenam epistolam ad te misi. Cuius et si forte non meminisses. Neque enim illam tanti facio: ut tali memoria digna sit: at saltim elegantissime grauissimeque tue responsionis: oblitus esse non potes. Cum vero iam bis acie decertatum. iam bellespontiacum equorum atque tyrrhenum: geminis cladibus nostris infectum. et iam simillimum ueri esset irarum flammam longo cruoris imbre lentescere. ab hoc nuper italorum maximo: fidelis heu sed inefficax tractator: pacis ad te ciuesque tuos missus: quibus nec dux usque consultior: nec gens ulla tranquillior: quanta presens in consilio cui pre fides: quanta tecum solus in thalamo uerba feci: puto propter viciniam adhuc ut ita dixerim in auribus tuis sonet. Ne quicquam tamen. Nam et procerum tuorum: et quod mirum immodum stupeo: pectus etiam tuorum salubribus monitis precibusque iustissimis belli feruor atque armorum frangor obstruxerant. reliquique ueterum irarum: et recentis memoria tumorque uictorie. Minimum nouum id quidem. Fracundia enim est ut ait Cicero inimica consilio. uictoria autem natura insolens et superba est. Accesserat ab aquilone quedam nouarum rerum aura pertenuis: que licet aduersus id quod intendebant flaret: perfecitque quod timui. pace sit dictum tua: tantam tamen grauitatem auertere. ac saniora dissipare consilia non debebas. Quousque enim miserum in iugules patrie et in publicas necem: barbarica circumspicimus auxilia? Quousque qui nos strangulent precio conducemus? Dicam clara uoce quod sentio. Inter omnes mortalium errores quorum nullus est numerus: nihil insanius: quam quod tanta diligentia tantoque dispendio: italici homines italicos conducimus uastatores. Que tamen o pietas? o implacabilis dolor? Qualis inter amantium et colentium manus esset: cum tot iam seculis inter uastantium feras manus: multum ad huc cunctis terre regionibus antecellat? Quid in uerbis moror: presertim cum tibi notissima sint que loquor? Senti ego tunc mestus insidias fortune et quam doctioribus nihil esse credideram: non modo aliquid esse didici: sed in omni re dominari cum salustio: et humanarum cum Licerone rerum Dominam: et omnipotentem atque ineluctabilem coactus cum virgilio confiteri. Itaque multis hinc inde uerbis perditis: quæ spei plenus ad te ueneram: tam meroris pudorisque pauoris plenus abscessi? Sortem enim publicum lugebam. pudebatque me mei quod tanto impar negotio delectatus: nec tamen placere legationis una pars: sed dignatione mittentis: quæ uis id ipsum sibi obnoxius excusassem. princeps etiam ad loquendum: et fortissimis illis atque doctissimis uiris antepositus: qui me longe uirtutibus anteibant: fructum uero rei optime sed insufficientie mee debitum reportare. tamen si quod mihi defuerat militariter: facundissimus ille collega: nisi me amor uiri fallit: impleisset disceptatione nouissima. Sed aperire aures obseratas: et obstinatos animos mouere: non nostri nescio an ciceroniani esse eloquij. Magna quippe facundia est uel potius nulla que cogat inuitos. Quod ipse premetues: in ipso quidem sollicitate orationis initio: Liceroniano etiam usus uerbo: esse opus animo non repugnante testatus sum. tam frustra tamen ut reliqua.

Metuebam sane quod nunc video. ne uestra illa durities belli maximi materia: et immensi discriminis causa foret. Que si tam tibi ceterisque principibus rerum publicarum quam mihi homini penitus ocioso ac solitario displicerent: felix italia: iure suo cunctis nunc est prouincijs imperaret: que prope iam serua est. uerum quia magnus amor multum mihi prebet audacie. et quia dulcis spei reliquias inuitus abijcio: iterum atque iterum retemptabo omnia. teque de tam longinquo ducum prudentissime cōtestabor. si absens forte feliciores quam presens: calamoque potentior sum quam lingua: aut si secunda prima uincat epistola. Posti equidem uir optime: e cunctis rebus mortaliu nouissime spem deponi: nec nisi cum uita extremoque alitu. Quis ne tum quoque deponitur. quoniam potius ad meliora conuertitur. sed de mortalium rebus loquor. Hoc igitur modo me refouet. In hac una publicis malis fessus et magnis fortune minis exterritus conuiesco. uiuere desinas si sperare desiero. Quid autem speres si me roges? Spero quod cupio sanam mentem: consiliumque maturius: et si non forsitan a ratione at saltem ab experientia profecturum. Posti expertus quid par: quid bellum secum ferat. uidiisti faciem utranque fortune. uicti fuisti et uicisti. Quis ut est mens hominum indomita uincendi que precupida: primum forte negaueris. Non cōtendo. ut uiceritis semper computa. Que so quid tibi: quid reipublice uictorijs accesserit? Minus profecto auri: minus est sanguinis: et quod pessimum est: plus scelerum ac malorum. Que si uictoribus accidit: quid sperare debent uicti. Incipe iam precor: in hanc rem oculos aperire: quos vigilantissimos ac linceos habes in ceteris. Si dāni quam lucri plus: si plus mali quam boni: plus flagitij quam uirtutis: immo equidem si uirtutis si boni si lucri nihil in bello est: si contrariorum infinita congeries: desine oro iam tandem. et tibi etiam cui ex parte troianus est sanguis: ab illo duce dardanio dictus puta. Projice tela manu: sanguis meus. Ad patiaris ut duce te: uenatorum ac ligurum potentissima signa concurrant. Jam enim ut uideo suis in sinibus non stat bellus. Nempe contagiosa res est: et que facile serpat in proximos. atque ita sensim uel longinqua complectitur. multa quoque que primum imunita uidebantur: torrentis in modum odiorum atque discriminum alluione permiscens. Putabas tibi cum ianuenibus rem esse. quod ipsum flebile nimis ac miserum erat. Ecce iam cum tota liguria bellum geris. et quod inter hec mala non ultimum posuerim: ab hoc etiam tali uiro tanteque pacis amatore dissentis. cui nescio an uirtus an fortitudo mirabilior sit: an animus maior an humanitas. Solet autem excellentibus uiris esse familiaritas quedam et beniuolentie affectus: licet incongnitis: conglutinante pares animos natura. Similitudo enim amicitias parit. cois alit utilitas. At qui ambo uos iusti: ambo prudentes: ambo magnanimi. que nam causa discordie? Pax utilis est ambobus. immo cunctis necessaria: nisi illis qui rapto uiuunt: et exiguum censum multo mercantur sanguine: immane genus hominum: si tamen homines sunt: quibus humani nihil est preter effigiem. Illi sunt qui infami stipendio calamitosam et miseram uitam trahunt. Iure itaque pacem: et in pace famem metuant. bellum amat. et lapi uelut ac vulu-

rea strage hominum ac cadaveribus delectantur. Nisi ne tu beluis morem geres? Eque carnem et cesorum exuvias esuriunt: eque sanguinem sitiunt atque aurum. Noli queso noli committere: ut florētissimam tue creditam custodie rempublicam: atque omnem hanc que inter appenninum et alpes inter iacet opulētissimam atque pulcherrimam italie partem: externorum ac famelientium predam facias luporum a quibus nos bene: quod in ore semper habeo ipsarum iugis alpium solers natura secreverat. De nullo queri possumus: nostra illis impatientia viam fecit. dum leuia quelibet in nostros ulciscimur: passi sumus ut alienigene nostris impune pascantur: saginenturque visceribus. Ita quōto melius inedia consumuntur et rabie. quod facient statim ut gregis italice pastores respiscere ceperint. Pastorum providentia mors luporum est. Id sane ante alios facere et fecisse iam spero. Nisi enim falsum fama loquitur. et nisi fallo augurio: storm et chari incipis. iam stipendiarii militis insolentiam avaritiamque fastidis. Quid expectas igitur? Ad eos redi. et si externi displicent tuos ama. Siquid autē forte in animo rubiginis: siquid odij est: amore patrie et malorum communium miseratione de terge. Nec tibi persuadeas: pereunte italia Venetiam salvam fore. pars illius est enim: et natura partis ea est: ut sequatur sui totius vel subsistentiam vel ruinam. Hoc tecum sepe recogitans noli dur optime rerum summam in extremum adduce re. ubi et vinci miserum est et vincere sceleratum. eoque ipso miserius est: quā vinci melius in nostros hostes: quibus utinam careremus: quā in nosmetipsos hec tela verterentur. Melius hec diuitie vel necessariorum presidia bellorum vel pacis fuerint ornamenta: quā voluntarie instrumenta servitute. Quantum potes accelera. quoniam preteritis succurrere non licet. instantibus saltem malis occurrere nec expectes. Dum tota hec impendens belli nubes in nostrum caput detonaverit: et sanguine proprio italia omnis inundaverit: quo iam gemitui non iam consilio locus erit. Expergiscere tuosque cines excita: et publicum illis ostende periculum. Hoc fac prius quā cuncta depereant. priusque italia vel desertus vel barbaries fiat. Cave ne cum natura te mitē pacificumque genuerit: populumque tuum omnem et in immensum aucta felicitas: non bellorum sed pacis et iustitie fundamentis inicitur: de illorum grege videamini qui ut ait psalmista. Cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituebant prelia. ne forte eiusdem imprecatio in vos cadat. Dissipa gentes que bella volunt. Nihil enim ut arbitror odio: sine deo est: quā curare et niti: ut cum ille te aliqua singularis dote virtutis ornauerit: tua sponte et uoluptate quadam effera malus fias. Quam obrem etiam atque etiam hic insisto calamo. Sequere non vulgi furorem sed naturam tuam: dexteram semper in partem. et ad optima quelibet te uocantē. Et si vulgaribus auris eo forte prolapsus es quo non oportuit: retrabe nunc etiam pedem ab incepto precipiti: dum licet. dum nondum signis signa collata sunt: dum tonat adhuc nedum fulminat mars horrendus: dum inter amaras et horribiles belli minas: audiri potest dulcissimum pacis nomen. Denique dum spes una tam multis nondum consumpta terroribus: viua uelut magnis in tenebris lux

apparet irreditura forte si spernitur. Arripe illam dum se exhibet: dum dicaris italice pacis auctor: non minus tuum multis et magnis rebus cum hac precipue gloriosum mittas ad posteros. Nil tibi suadeo nisi quod tuum est: rationem sequi non impetum. cauere ne omnia in precipitium tecum trahas. Cum enim id turpe omnibus: tum tibi turpissimum et penitus alienum est. Nam quid hec littere profuerint. quid studia hec artium honestarum: quibus te pre cunctis etatis nostre ducibus abundantissimum fama predicat: nec mentitur: si cum meliora prouideris: deteriora seceris. Absit hoc ab animo tuo scelus. et ut iam loquacioris quā putabam epistole modus sit. oro. precor. obsecro. obtestor: atque adiuro te per virtutis amorem ac studium: quo nulli cedis. per patrie charitates qua cunctos exsuperas. postremo per quinquē christi vulnera quibus sacratissimus et innocentissimus sanguis fluxit: quo redempti sumus. si bene: si pie: si fideliter locutum putas: mihi aures animūque non neget. Et si consilium placet non contempnas auctorem. Alioquin omnia vidēs deus christus et presens in omne eum epistola testes sint: ut a Plutarco philosopho aliquid sumam: tuque sis hodie traianus meus: quod in perniciem italie: non modo non pergis auctore Francisco: sed pro viribus reluctante. teque quando aliquid nequit: alto suspirio et magnis animi gemitibus reuocante. Vale. v. kal. Junij. 1354.

Ille tuus seipsum siquid est.

Responsio domini ducis ad premissas epistolas. III.

Mice. dum singulare desiderium nos teneret: serie pollicite pridem nobis epistole causas nosce: quibus summe virtutis et constantie viro: cui os et sapientiam dedit deus: ut alios nedum lingua doceret: sed confirmaret et opere: frequens locorum mutatio aduersa quippe studiis contigisset. alterius tenoris epistolam nostre quietis et pacis utique suauitatem: non minus libentes excepimus. In qua et si tue mentis fidelem affectus multorum dictis prudentium ornaueris. quod tamen breue a nobis responsus accipias: huius quod viget fratris potiusque uerbis insistere: temporis conditio nos excuset. Ad explicandam enim cum Januensis cause nostre iustitiam: non nimis innititur: quā ipsa ex se ueritas satis nota: et prosperorum successuum celitus nobis accumulata felicitas: abundantius sunt professe. Et quis in belleponto nos semel victos esse descripsit: quod in facto sic erraueris ut de loco: quem prepontum nostri nominauerunt maiores: uenia data est. Sepe namque ipsos etiam prudentissimos factum fallit. ut autem in statu rerum presentium: unde digressa est: nostra reuertatur oratio: pacem deo teste: testeque mundo cordialiter optauimus et optamus: precipue cum quibus et longa familiaritas et uetusta sinceritas nobis fuit. Que profecto si turbata non esset: iam ultro ueniens et nobis sponte se offerens: nedum italie sed orbis totius multa iocunditate vigeret. eo maxime quod nec ad eam alius ante victoriam animus nobis fuit. nec amplius quā tunc a victis hostibus petebamus. memores quanta sit gloria principis uti maius consuetudine post triumphum. Nec modica quidem admiratione: mouemur: quod animi repugnantio ad pacem duritiam nobis impingis. cum mitis et honesta responsio tibi et socijs tuis facta: et subsecuta

legatio summo pontifici per nos missa: mentis no-
stre protestentur affectum: puritatem in nobis non
simulatam astutiam detegentes. propterea q̄ tan-
tos labores senserimus: ut erupta e manibus nr̄is
pacē recuperare possimus: utq̄ cuius graues erum-
nas sepius deplorasti repellat. quam sensim in se
serpere sentiebat florens italia seruitutem. gratifi-
care nō improbare debueras: et libertatis amatoz
et predicatorz eximius: uoto simili laborare nobis-
cū. nec refellere fructuosa remedia que si bene me
minimus facundo iam eloquio suastisti. Scis enī
tuo Licerone testante nullam mortē seruitute ma-
iorem: nilq̄ detestabilius eē dedecore uel fedius
seruitute. et cum ad decus et libertatem nati sum⁹:
aut tenenda et tuenda est: aut cum ipsa pariter mo-
riendū. Si ergo bone rei operam exhibemus: pri-
morum nostrorum calamitatibus condolentes.
opportuni⁹ visum erat: ad execrandam alieni cul-
pam demeriti: et nostram quam optime nosti in-
nocentiam excusandam: tuam in partem alteram:
q̄ ad nos quos pacificos ipse fateris. sumus et-
enim. epistolam se uertisse. q̄uis hec et alia scri-
pta tua: et peculiaris charitas que nobis cum vir-
tutibus tuis est: et ipsa tui animi prompta sinceritas
admixtaq̄ grauitas: cum uenustate sermo-
nis gratissima nobis reddant. Et cum oratio tua
in id quod intenditur fuerit et sit apud nos satis
iam efficax. ad illos quorum in nostros labores
sic irrepsit cupiditas stilum uerte. et eorum crimi-
natis errorib⁹: ipsos admonere ne dubites: ut qui
se tanti disturbij reos esse cognoscunt. quam chri-
stus nobis pacem reliquit in terris prepedire me-
rito uereantur. Ne ipse qui iustus est: et cuius iudi-
cium semper rectum: eos in ira corripiat et arguat
in furorem. Quod quidem facillime assecuturum
te credimus si sit vir ille talis: qualem cum laudi-
bus extulisti. Si enim bonarum mentium est: ibi
etiam culpaz agnoscere ubi non est: quanto magis
ubi recens et notoria palam sit? Nos autem licet
uarietur plerumq̄ s̄m uarietates temporum hu-
mana consilia idem quod hactenus fuimus nunc
sumus. et eadem mente qua semper ad pacem dis-
positi. fama et honore nostre patrie reseruatis. pro
qua nos et uniuersaliter cines nostri: si ei profuturi
fuerimus: nedum argentum et aurum: sed vitam
qua nihil est charius: exponere cūctis piculis pro
pti sumus. Vale facundissime vir. et super prius
quesita materia pro recreatione nostra uelis mot⁹
rescribere mentis tue.

Venez. dat. 13. Junij. 1354.

Epistola domini Francisci petrarche missa ad flo-
rentinos.

V.

Am satis me uixisse arbitror optimi cives.
et illam sapientis amici uoces audire uide-
or. Morere diu letus es. Neq̄ enim es in
celum ascensurus. Preclarissime. Quo enim infa-
riabilis ista cupiditas uiuendi: uirtute non annorū
numero metienda felicitas. et cui peruenieris quo
tendebas: desinendum est. Audebo quidem apud
uos familiaris gloriari. eoq̄ fidentius q̄ quātu-
lacunq̄ uel esse uel fingi potest mea gloria: ingen-
tis glorie uestre perexigua quedam erit accessio.
Nunq̄ opes aut potentiaz optaui. ad quas et si nō
forte pertingere: at saltē suspirare permissum erat
ab anais teneris parua ducens: que multis maxi-

ma uidebantur. Id unde mihi quidē nescio. Sed
me uera loqui testis est uita: testis oratio: testis est
animus meus. Huc omnes curas: omnes uigilias
meas uerti: si quo studio datum esset: ut bonus fie-
rem: aut honorū beniuolentia non indign⁹. Quo-
rum primum nondum contigisse mihi doleo. Se-
cundum uero uestro munere: q̄ cumulate q̄q̄ su-
pra spem successerit: suauissimus litterarum uestra-
rum tenor indicat. ex quibus fateor non minus me
stuporis percepisse q̄ gaudij. Gaudeo enim: atq̄
ut traianum principē Plutarchus alloquitur: et vir-
tuti uestre gratulor et fortune mee. Sed supra fidē
stupeo: etate hac quam omnis boni tam sterilē pu-
tabamus: et qd̄ miraculū coaceruat: in tot animis
tū pplaris ut sic dixerim ac publice liberalitatis
existere. Ex quo intelligi potest: quanta in dato be-
neficio sit laus. ut ait Licero. cum in accepto sit tā-
ta gloria. Quid enim queso preclarius? quid ma-
ius uel precari presens poteram uel optare: q̄ qd̄
uos absentī mihi nuper ac tacito uiri illustres et ma-
gnifici ptulistis? Lūius unq̄ patrie: erga bene me-
ritum ciuem tanta liberalitas? tanta dignatio? Ex-
cutiatur antiquitas. proferantur historie. Reuoca-
uit ab exilio Liceronem suum Roma. reuocauit et
Rutilium et Metellum: sed ab eo exilio quod ipsa
mandauerat. reuocauit et Lamillum: sed extreme
fortune casus admonita. Et sicut horum omnium
iniusta relegatio: sic omniū iusta: Lamilli uero neces-
saria et prope uolenta reuocatio. Reuocarunt alci-
biadem athene: sed conditione non absimili: et ne-
cessitate publica prope pari. Quo unq̄ plebiscito:
quo uel senatusconsulto: sponte absens ciuis: nullo
patrie periculo reuocatus est? Uirgilio augustus
cesar agrum reddidit. sed quem ipse perripuerat.
Lui unq̄ filio culpa patris ager perditus: publico
consilio restitutus est? Inaudita sunt hec pietatis
et liberalitatis indicia. Et cum fere raritatem clari-
tas sequatur: quanto exemplo lamentis uestre be-
niuolentie fulgor erit? Aduocor. sed q̄uis oro? sed
a quibus? q̄ ualidis precibus? q̄ imperiosis blan-
ditijs? quanta spe ager auitus de publico redem-
ptus restituitur? At quonaz sarculo cultus eloquē-
tie? quibus s̄borum floribus ornatus? quibus lau-
dibus mis frangas? Quanta nostre uirtutis mes-
se letissimus? Lui unq̄ tam fertilis et tam felix frō-
duit agellus? A deo quippe natiuam soli duritiem
uestra uicit industria. ut nec afris ego iam: nec sicu-
lis frugibus inuideam. et campanum liberi cereris
q̄ certamē: ex uberrima ac iocundissima raris mei
statione despiciam: q̄libet regis opulentiam ani-
mo supergressus. Ita enī mihi contingat hunc tā-
tuz reipublice fauorem: qui nunc uestre liberalita-
tis est proprius: aliquādo et meriti mei esse. ut ego
multo pluris facio uestrum hoc de me tale iudici-
uz et honorificentissimum illud eulogium muneri
uestro additum: quē non modo restitutum sed ue-
rius donatum agruz: sed quicquid insuper seritur
uel arrat in circuitu. Qd̄ haud difficile me persua-
surum reor: hīs q̄bus ulla rerum meartū fuerit ex
p̄uersatione noticia. Quid enim mihi prestare po-
test hec infinita diuitiarum fitis: atq̄ anxia finis
et operosa propagatio? Lerte quo ulterius metam
fixero: longiusq̄ processero. eo magis intelligā q̄
tum restet et claris ne quicq̄ laxati raris angusti-
as: meq̄ in opem recognoscā. Et o supernacuos

labores. cū nihil auaritie sufficiat. quanti est quod nature sufficit: quantum quod sepulchro? Regnorum finibus non contentos: breuis urna cōcludit. sine qua tamen et bene viuere: et feliciter mori licet. Equidem gloriosissimi ciues: indulgentia uestra hec: ut uobis sempiternam laudem: sic mihi solatiū non mediocre peperit: dulcem ac predilectam in sedem restituito: in qua pater: auus ac proauus meus uir ut litterarū inops: sic prediues ingenij: in qua deniq; maiores mei reliqui: non tam fumosis imaginibus q̄ clara fide conspicui: longa serie senuerunt. Ego autem: seu natura mihi conflante alas seu fortuna: uolare longius edidici. Nunc uobis auctoribus primeuis: mihi tandem nidus panditur: quo reuolare queam longis iam fessus erroribus. Magna hec esse nō inficio: sed illa per maxima: q̄ donum publicum tanto mei nominis digno utinam preconio: tanta precum instantia: tanta uerborum suauitate conditum est. ut nisi sim sareus: eternum mihi hoc uestro beneficio et lumine ad gloriam: et calcar accesserit ad uirtutem. Quibus rebus si impares grates agam: non mee mentis ingratitude fuerit: sed uestre munificentie magnitudo. Ego tamen quas possum. sed ut ait Licerō: maiores habeo quibus exprimendis: et accuratiori stilo: et feliciore opus esset eloquio. Ita me uestris beneficijs obrutum ac circumclusum sentio: ut minus sit omne quod dixerō: q̄ quod dicē uoluissē. vnum hoc in finem non obmiserim. q̄ anno altero roma redūcem: inter clarissimos illos uiros qui tum frena reipublice gubernabant: dixisse me recolo. Siquidē eousq; patrie mee me attollit humanitas. ut illud quondā pro p̄uis tituli gaudio: imperatoris Augusti responsum: cas lachrymis redidit senatui: mihi nunc tantillus homuncio apud uos pro tantis rerum ac illorum honoribus usurpare non uerear. Compos enim factus uotoꝝ meorum patres conscripti: quid habeo aliud deum im mortalem precari: q̄ ut hunc consensum uestrum ad ultimum uite finem mihi perferre liceat. Proinde quid animi habeam ad reditū si deus fauerit: quantum ue mandatis uestris obtemperare cupiam. ne omnia scripto: sed aliquid uiuis legati uestri uocibus cōmittam: uir egregius Ioannes boccatij: per quem litteras et monitus uestros ac iussa percepi: presens peraget. qui ut hanc epistolam fida manu ad uos: ore disertissimo perferret affectus meos. quem ue cum audieritis: illius ore me locutus credite. Lupio uos florentissimi semper in republica ualere feliciter. Pataui. viij. idus aplis.

C Epistola domini Francisci ad Nicolosium Bartholomei de luca ciuem et habitatorē Ueneti. VI.

Micus noster communis: quo nihil fidelius nihil potest esse sincerius: sepe admonuit: ut te meis litteris uisitare. Excusauit: nunc occupationum uariarū turbam adesse dicitans: nunc scribendi deesse materiam. Nunc autem occasionem nactus: omne mearū excusationū dimouit obstaculum: petens ut florentini senatū litteras humanitatis eximie: nouo quodam et insolito et inaudito genere honoris: publicus erga me te stantes affectum tibi mitterem. commoda et honores meos precordialiter gauisuro. Digna res uisa est. in qua sibi morem gererem. Mitto igitur et illorum exemplar epistole. et respōsi mei. ut intelligas

quanto adhuc esse in precio uera uirtus si usq; apparet. quando falsus eius nomen non despicitur
Uale.

Franciscus tuus. Pataui
kal. maias.

C Alia epistola eiusdem ad eundē Nicolosium. VII.

Uos hic et bonorum omnium amicus: atq; honestarum amicitiarum diligentissimus profeneta: summo studio institit. ut tibi aliquid scriberem. Quod cum aliquandiu recusares ignarus unde inciperem: aut quibus uerbis hominē solius fame testimonio cognitū alloquerer. euenit tandem ut calamum arriperem: scripturus quod quid occurreret. Quod cum fecissem: letus et uoti cōpos abscessit. Mibi autē in silētio cogitanti: quoniam artificiosus familiaris epistola de nihilo texeretur. mirantiq; et mihi requirenti: quid mihi tecum rei eēt. que ue scribendi materia: nihil prius in animum uenit q̄ Liceronis illa uulgata quidem sed preclara sententia. uirtute nihil amabilius: nihil q̄ quod magis alliciat. tantamq; eius esse vim: ut eos quoq; quos nunq; uidimus diligam. Itaq; confestim uenit percussa ualido aquilone nubecula: et cunctatio et admiratio omnis euauit. Jam latum scribendi campum uideo. iamq; nihil miror: talem animo meo uirum esse charissimum: q̄ q̄ facies eius mihi hactenus quidem ne uisa sit. Si enim nisi quod oculis uidimus amare non possum: prius et maximus amandi gradus euertitur. Semetipsum nullus amabit. Nemo nāq; suum aium nemo faciem suam uidit. Hoc nimirū interest. quoniam ut uosipso quos nunq; uidimus amemus. natura est. ut deo alios uirtus efficit: et fama uirtutis nuncia. Nec est que preclarissimum reges Masinissam oblitum patrie ac pignorum tantorū: africanū mei congressum coegit expetere. ac presentia tanti ducis attonitum: e cartbaginensium castris ad romana signa perduxit. et quod instar monstrifacit morum animorumq; diuersitas eiusdem ducis et rei causam: sui quidem hostis sed uirtutum amici honorificentissimo decreto et supplici ac uenerabunda predonū acie: absentis honestauit exilium. Deniq; diuine eius originis in pectoribus hominum opinionem genuit. et nedum ueris laudibus sed etiam fabulis locus fecit. Hoc est quod bene meritos: et uiuētes in terris celebrat: et extinctos ad celum effert. tumq; eternitate victuros elicit e sepulchris. Credibilia recenseo. Quantum sane q̄ q̄ accensum studium: quanta inter legētes audientesq; heroum solet esse cōtentio. amante ac uenerante quolibet non quem uidit: sed que fame credidit. Magnū hoc. quod sequitur maius: quoniam non modo quos non uidimus seu quos uideri nequiuimus: sed etiam quos odim: mendatrix illa conciliat. quod et breuiter attigi: et dicendum est latius. Nec est enim que odijs in amorem uersis: preualidas munitissimasq; urbes expugnauit que grauissima sepe bella confecit. et Catullo quidem ferreas faliscorum portas apuit. Pyrrhus regem: ductoresq; romuleos: curium: rigidumq; fabricium: quanta esse potuit familiaritas deuinxit. Porcenam superbū illum etrutie regnatorem: ab obstinata raptim obsidione distraxit. Nec tantum uirorum et tam multos orientis populos: uetus uidue subiecit arbitrio. Nec ad genua cesaris iulij: adhuc forsan grande aliquid ausuros: gallos

regulos inclinavit. Nec magnum pompeium ad possidonij fores. Nec Alexandrum macedones ad Diogenis dolium direxit. Nec Lito imperatori: humani generis assensu: gloriosissimum cognomē tribuit. dilatoq; germanicū in personam: licet imerentis filij restituit principatū. C. Atq; ut aliqd de hebreorum historijs attingas. hinc quoq; miratrix illa Salomonis regina: de tam longinquo hierosolymā venit visura quod audierat. Et legatio machabei maria transiit: amicitiam expetens romanorum. Innumerabilia huius generis exempla se ingerunt. Sed ut iam longiusculam epistolam breui fine concludam. quid hic miri est. si virtus tua: et fama virtutis comes individua: multorum: atq; in primis latoris presentū fidei credita: me in amicitiam tuam dulcedine captum trahit? Presertim cum nihil impediatur. non etas: non patria: non imparitas studiorum. Confabulari tecum hactenus iocundum animo meo fuit. hinc iam mihi manum solite occupationes iniiciunt. Tu sō uale. et quotiens amicos tuos numerabis: caue queso ne mecū sileas nomen. Patavij. vj. idus Januarij: sub interpeste noctis silentio.

Ille tuus incognitus prematurus frondibus laureatus.

Oratio Nicolai laurentij olim Rome tribuni ad dominum Buidonem Bolomei. tituli sancte Cecilie presbyter cardinalis apostolice sedis in partibus italie legatum. VIII.

Euerende mi pater et domine. Et si placidum mare ex tumido serenum si celum ex nubilo hilari aspectu resumitur. Si insignnum principalis clementie regem apium natura priuauit aculeo. Si feritatem suam in sibi prostratos leo deponit ut scribitur. quid mirum si humanas presertim principantium mentes: diuinitatis quippe participes querimus et reprimus in tempore deposita seueritate clementes? Cum et ipse formator earum humane iniustitie sponte subirit aculeos: ut diuinos et iustos humanitas euitaret. Cum quibus si quandoq; eam pro demeritis percutit: nō utiq; ambitiosa uelut ultione mortificat: sed castigans uiuificat: vulnerat et medetur. Qui et si scelera insuper detestanda quantumlibet premeditata ultra septuagesies septies remitti precipiat penitenti: quanto ergo facilius semel commissa et renocata q̄ totius illa debet. Quanto deniq; leuius delicta nostra: que non ab ortu nata propositi: sed uirtuose actionis in semita a subterraneo mirmicaleone prerupta: ubi iacturam precipitatio nis infliterint: ipse condolens et ipse mundificat compassiuus. Sane toti iam constat mundo notorium: qualiter derelicta diu ciuitas: presertim a tempore quo insidiantis uris: et tortuosi colubij rabie uenena nutruerint: pro minime circūligatis: minusq; sanatis nunq; oleo fortis suis probdolor sine intermissione uulneribus. que pro falso nomine ciues romanos ignobilesq; uirtute tyrannulos latrocinantem diutius et ubilibet sunt illata. et qualiter ab infectione lepore sue extra serens: et in seipsa q̄ incurata marcescens: in odium sui ipsius inficiens: et infecta ceciderit. et cūctarum probdolor: sicut nationum: nec latet p̄sentes nec uerisimi-

liter latebit in posteros: qualiter iustus iudex sub unico ciuium minimo: salutem propriam publice postponente: solo reipublice liberande proposito loricatum: montes illos in ualles: aspera eorum in plana: lucos in agros: aquas intollerabiles in riuos transibiles transformarit. Que quidem dum hominis paucitate: ineptitudine ciuium: prauitate potentum: breuitate temporis: sine sanguinea plebis gutta: facilliter acta p̄santur: nemo nisi calumniator: inuidus: alit̄ de p̄gressa dictauerit q̄ a deo. Sed dum ex confidentia pij operis: uelut diuino fretus auxilio: inter humana nil suspicans tam suppliciter q̄ confidenter incederem farcinatus: subterranei hostis laqueos et fossas sub arena cauerulas non aduertens: corruui fateor: tam proprii lapsu pedis: q̄ aliene manus uersatus impulsus: patrocinali consilio et auxilio destitutus. Quod si nullus alius dolor: nulla alia punitio transfirisset: nisi q̄ post diuturnos incredibilesq; labores mentis et corporis persone pericula et meorum: ad effectum sitite diutius et esurite iustitie: ad brauium laudatias opis fere perductus: tam damnose tam lugubre: una cum populo sum frustratus: compassionē q̄ maximam apud rectos et pios: mea quippe inuentus et paruitas indefensa utriusq; fortune non practica: iustorum iudicio merebatur. Quid nam difficilius: q̄ populorum infirmitates agnoscere inueteratas medullitus et mederi? In egritudine quidem corporum herbe et lapides plerunq; subueniunt. sed egrotantibus dare animis nequa q̄ diuina conferunt: angelica munera: et diabólica funera in eorum raro sanitate cōueniunt: fames et pestilentie non sufficiunt terrores et gladij non p̄ficiunt: et diuine ac humane leges deficiunt et prophe te. Uerum si videbatur super dolorem uulnerum vulnerari medici probdolor: adhibendum. utinam cum salubri populi desolati respectu: cum moderationis ipso libramine: talis et tanta fuisset mi pater afflictio: ut pia ipsa iustitia clemensq; correctio: peccatū cohercuisset in pena. et non me absorbuisset nocentem una cum populo sine culpa. Poterat enim si qua tumefactio nouitio apparebat in uulnere: que a seipsa ut patuit vnctionibus resilebat: ubi lenimenta spreuisset imposita: taliter in hora succidi. ut intactis populi neruis: cui compatiendus potius erat: mortificate ias plebis sanitas saluaretur. et pecus quod videbatur paste cibo morbidum: taliter disgregare quisset: ut illo sublato de medio inter eorumdem luporum fauces: quorum rabies uerisimiliter multiplicata presumitur: erepti non caderent. Iterum greges dei. eo maxime q̄ meo testante regimine poterat alma ciuitas per romanos ciues e plebe deletos: sanius q̄ per Nicolauū Laurentij debiliorem ceteris: cum solo ecclesie spiritu reformari. Non est equidem uerisimile q̄ ap̄tioribus dignioribusq; me: ea ciuitas non abundet in ciuibus. q̄ q̄ informato populari regimine: et confortata ab ecclesia causa potentum: iacere uideantur exterriti: ac destituti cum cordis uiribus eneruatis. Quis nam susurrare iam posset aliam q̄ maternam in populum ecclesiam resperisse romanam. ubi impio rectore summoto: expedientem et pium populo subrogasset. utinam per continuationem huiusmodi meliores mea foret in orbe credita ex opinione peruersitas. Nūc ex hoc mea in-

stificata videretur et pena. Sed hoc iam meum plus extergit infamiam. iam famam veritatis elucida. quod ductus ad tribunal non audax sed elinguo: non iudico: sed extinguo. et quod est in omni iure molestius: pauper cum fortibus: oppressus cum oppressoribus venire prohibeo: quod depreco: ad examen. Dicit aliquis forte mihi. Quid tua refert o minime civium qualitercumque archa romane rei publice recalcitrantibus deferatur a bubus. et velis presumptuosa tu manu illas erigere. que non nisi forsitan superna dispensatione sic trahitur. et quod dispensatorie agitur: temere tu repesce? An putas ovium una totum romanum gregem: plus suo pastore diligere: plus cognoscere: melius conservare? Pater quippe non puto. sed romani curam pontificis quenquam ad romanorum ovile tam debito quam necessario primo vertatur et potior: tamen confluentibus iugiter aliorum implicatam tumultibus: et in illiusmet informatione delusam: posse suspicari: eam minus attendere posse: minus inspicere: et velut alienis sub oculis palpitantem: minus curare vulnera palliata. Nec temere ad erigendum archam manerere arrogantes. qui diutius ruinas eius certissimam: remedium contemplatus et causam. executionem iudicij mei primo temptans in curia non reprobata fore speravi. sed per summum pontificem velut probabilem acceptata. Nec adhuc dexteram meam velut proprie prudentie nisus: comprobabili cause actualiter attulisset: nisi eiusdem domini nostri vicarij consentire vidissem dexteram communitam. Sed nonnulli reverendi patres italici libidine consanguinitatis evicti: aliud quam iunior omnium Daniel de alma Roma: ex ore meo tunc clamante Susannam: testimonium protulerunt. Verum benedictus iustus dominus iustitias diligens et prosequens equitatem: qui et secundum vias adinventionum nostrarum retribuit scrutans renes: exaudiuit eo tempore quo in consistorio protuli vocem eius. Et supra ipsorum tantummodo inique iudicantium caput et sanguinem: iudicium retulit iudicatus. ostenditque dominus in oculis tunc titubantis ecclesie: quod non iuxta eorum iudicium alma civitas sponte meretricata cum fortibus: rectoris confortius spreverat popularis. Et hodie violenta quod clamitet: in omnem terram sonus eius: quod corda: oribus de oppressis evertent lugubris et querulis auditur. Porro unum est: quo amaro corde plus lugeo: nequando sacre pastores ecclesie: illius male consulti populi infectionum veterum recordati. et si continuum precipitium eius assentiant: et remedium non ignorent. et de illorum forsitan instabilitate diffisi: eos una cum ceteris eorum ducibus ut demeritos cadere permittant in foueam ab ipsis huiusdem tenebrarum ducibus preparata. Sed absit sancta mater ecclesia: que non solum irata non peccat: immo peccatum et iram conterit irascendo. ut cecos filios illuminare deficiat. et claudos porrigere dextram. imo pro suis erigere studeat: ac bases eius et plantas ut recte ambulet solidare. Nam ubi piissima mater nostra: gladius severitatis eduxerit: quis ille mundo misericors: opponet clipeus pietatis? Sed quid mirum si ploro: si ullulo: si sedens et renuo consolari: super interfectis meis ubi quod civibus mihi renerendis in patribus: charis ut

fratribus: et ut filijs predilectis. dum si per totidem dispersis pecoribus aggregadis: omnes dies meos in urentibus curis sudoribus et periculis expeditis. ubi in ipso violenter affectu pro illorum amore mortificor. et ipsi meque seipsum suspirant et ullulant tacite pessundatos: non foret reprehensibilis quoniam compassibilis omnibus: meus lachrymabilis queritatus? Et nunc post aggravatum meum ex calumniatione delictum: utinam post mortificatam vitam interitum durior: herodiani potentis in mea dudum natiuitate turbati: pro mortificatione mei nominis: mortificare desisterent Rachel filios innocentes. Certe si cogitare posset aliquando summus David: genus nequitie saltem unum: quo ipsum in deum impiissime: in syon abominantissime: in omnem israel nephandissime sese innocuos reservasse cognoscerent vel innocuos puduisse: vel saltem non sese inde superextulisse constaret: ipsos quandoque regnare hierosolymis auctoritate pontificum non turbarent. Nunc autem captivatam ab eis civitatem sanctam evacuatam populo populosam: eorum tributo suppositam gentibus dominantem: eorum contradictionibus desolatam in obprobrium vicinis omnibus constitutam: ab amicissimis suis spretam: consolatorem carentem: sine principe et consule derelictam: roboratas manus pessumorum in eas: factos inimicos eius in capite. quem pietatis vilicum quem charitatis talentiferum: quem veritatis agricolam offendero si lamento? Quinimo calamitosus animus animosus et calamus: in meroris agonisatione conveniant: et ubi charte et atramenta deficiant: arida pellis mea: et de calamare mei cerebri lachrymarum liquor expressus: in doloris expressione succurrant. An ego sum ille qui invidie celo corosus: persecutores meos malos existere malim. et eos meritos subesse quam preesse iustitie: tam in populi quam in mei ipsius naufragio concupiscam? Nulli me et illos recognoscenti sit dubium: non virtutem eorum sed emulam virtuti malitiam causas fuisse et esse mei discriminis et ploratus. Nam cum diligentibus in populo veram pacem mihi iram esse non posse vel odium: testantur vox et affectio populi: afflictata nunc mea vita denunciat: et ab adolescentibus actitata. Nam quia vidi pacem atque iustitiam: omnes innocentes et rectos sitire dolentes in populis. non cum adulteris et furibus meam posui portionem. sed illis adhebi et illi mihi pariter adheverunt: illas cum illis volui nec aliquando simulavi. Verum et si multi ore tenus equitatem et pacem ibidem corruisse condoleant: corde tenus tamen easdem non ignorantur inficere medicamine paliato. Sed posito quod unus existeret ex ambrosio romae rectoribus: ipsam simulantibus charitatem. dato quod celo meo totidem correspondisset ambitio. Si iustitie et libertati reparate tyrannides. si paci et concordie reformata malignitas. Si defensionem priorum locorum: miserabiliumque personarum impietas. Si honestati et pudicitie reuocate lubricitas. Si restitutioni publicarum privatarumque rerum: rapta aviditas. Si passagiorum et gabellarum amputationibus onerositas. Si coequationi iudicij inter potentem et pauperem: pusillanimitas. Si sollicitudini et diligentie: negligendi tepiditas. Si viarum securitati: rapacitas. Si limitationi et sub-

lectioni tribunat^o officij per fundatores mihi ipsi sponte prepositos: superstitiosa cupiditas. Si obedientie in persistendo pertinacitas. Si populi utilitati damnositas. Si accusationi mee: accusantium equitas. Si conditioni vnici pauperis: emulorum equalitas. Si fame mee: infamie paritas: ponderate in libra iustitie: sub uero me conuictum iudicio conlibrassent. tandem ipsa depositio cunctis priuata muneribus: omnibus referta periculis: cum acquisitata potentum inimicitia inde futura perpetuo: compensata: sine alterius persecutionis aculeis: ad penam et penitentiam suffecissent. Nunc autem uelut de nulla harum virtutum utilis: de nulla probabilis: de omnibus contrarijs factus reus superadditis sacrilegij: scismatis heresiq; commaculis: ad grauamen supplicij perperas adinuentis: non aliter q; conuictus executionem sententie cum meis omnibus. utinam per mortis vnus et non ceteris: ab ecclesia dei et synagoga potentum pariter sum occisus. Nam exilio ab urbe perpetuo in mortis condemnatione turpissime: fuga: terroribus: mendicitate: nuditate: fame: maledictionis infamia: securitatis et pacis desperatione perpetua: et vinculis superiunctis: continuus sum ibidem passionibus cruciatus. Quid in peccatam proposito in uictu iudicio: in ipentente ex vitio: imprinaciter etiam de errorib⁹ gl'iantē: pene infligi poterit grauioris? Et adhuc de die in diem. quoniam in eternū mihi irascitur dominus: ac si humanum figmentum non et ipse cognosceret. ac si in me omnem malitiam: et nullam in filijs hominum et in ecclesie angulis repperisset aliquando prauitatem. Nam superfundit picem flammis et sulphurem: clemens pater: cum mei memoratur intonat super filium: ex solo feruore nouitium transgressorem. quem minime quidem videt astutum: nimium credulum simplicem et fidelem. semel ex iuuentutis ignorantia lapsus. et ad misericordie uocem septuagiessepties reuolutum. Deu. nam omnes accusationes meas: non aliter q; commissa connumerat. et pro tot bene actis ab ipso eodem commendatis operibus saltem refrigerij guttulam: nec ex retributione iustitie: nec ex rore paterne misericordie recompensat. Cum apostolica clementia ad superexaltandā misericordiam in iudicio: etiam si causa punitionis exuberet: ex exaltato in cruce spectaculo se sentiat doctrinatam. Testor: reuerende pater altissimum. q; si qua pro populi defensione sus passus et patior: pati antea credidisset in manibus quondam domini Stephani de columna. Qui conscientia reformatus in vita: cām populi per me iuste defensam contestatus in publico. et filiorum furias reprobus mortuorum: per pacis osculum socero meo patenter exhibitum: omnem meam familiam meq; si a forem securauit. uel quondam domini cardinalis de columna: de legitima mei causa coras deo et hominibus comprobanda confisus: et non desperans de misericordia: me brachijs obtulisset. Ac ubi rationi appetitus subijcere noluisent. fuissent saltem de vnico mortis genere tot mearum mortiam conclusorio satiati. cum sub illorum potentia et preteritu: causam meam compositam aduersus me: de fidei suspitione: de ecclesie: de imperij abrogatione uel derogatione: fore falsissimam: in conspectu

dei et hominum sit apertum. Sed euenit pater interdum. ut unde homo placere plus studeat: aut per imprudentiam peccet ignorans: aut non inspectis eius ab extra visceribus: displiceat unde prodest. Nam si de inuasionē imperij madefactas se conscientia cognouisset: nō utiq; manus intrasset Cesaris improuisus. Sed innocentiam proprio cordi infertam: sicut et mihi sic extimaui ceteris fore notam. Sane quis poterit pro uero malignitatem in honore contra ecclesiam suspicari: qui autem assumptionem eius piam uoluntatem ecclesie rapuit. in assumptione fiducia: confidentia in administratione: obediētia in depositione: paupertas in peregrinatione: simplicitas in captiuatione adeo reperitur puerilis? Deu mihi: nam plerūq; mortales: proprios honores et cōmoda: doctrina et artibus mercantur in foro. Ego autem hoc emulo charitatis in tempore: quo omnis cura fida reipublice a multis extimatur infania: incommodus nā cisco: et dedecus: q; a vulgari exercitatione me subtrahens: non artem didicerim aliam q; pro plebe. Hanc quippe animo recensebam. Hanc diuino et humano putabam preualere iudicio. hanc ueteri et nouo tabulario summam fore. Hanc deniq; christiana et gentili concordia legeram: sicut onerosam fore pre ceteris: sic et pre ceteris speciosam. Hanc igitur adamauit pauperulus: exquisitui potissimum et elegi: uite longitudine: diuitijs et delitijs paruipensis. Quid nam mirum si is qui christum didicerit: se et sua pro plebe ponere gl'uerit. cum et ipsa cruda gentilitas: nullo radio decocta paractito: id ipsum in republica senserit charitatis? Mira ri quandoq; libeat platonium illud. Decet rectores ut quicquid agunt ad commune commodum referant obliti commodorum suorum. Insuper proprias erogare substantias in communi. ac si uidisset apostolos: instruit Ptholomeus. Ad apocalipsum audiuerant: cum uirginitatis et iustitie in republica intemerate custodes: precipuo celi loco gaudere: Scipio bellicosus et Licero: et ipse commentator eorum Macrobius: nescio quo spiritu protulissent. Nam et ipsam iustitiam: utpote intemeratam ab eis uirginem appellatam: sumus poeta noster Maro testatur cum diceret. Jam redit et uirgo redeunt saturnia regna. q; q; hoc carmen nō nulli magistrone erronei: apostolicas prophetias deserētes: pro uirgine matre dei a Hieronymo in probemio super genesi redarguti: dixerunt fore dictum. Nonne et charitativa reipublice est illa Liceronis ab Augustino replicata monitio. q; si ex naufragio duo in tabula vna natantes laborauerint inter undas: ei qui utilior est reipublice: alter minus utilis sponte cedat? Sed quid philosophatium argumentis inuoluo: cum omnia sacre pagine uolumina: exemplaria patrum et decreta sanctorum: super dilecte mee plebitudine citabunt? Potissime illa taceo: q; canes mei me idolatrum me clamitant fore sacrilegum. q; gentiliū fuerim studia profecutus. Sed impudici forte rubescerent: si omnium doctorum ecclesie linguas laureatorum lectione disertas: sicut Anseloti et Tristani fabulas lactitassent. Et ego quandoq; tediosa forsitan pro infamatione mouerem. nisi dilectissimum mihi alium illum patricium Boetii.

nam Severinum palatinis a canibus accusatum: id ipsum sibi conquereretur in vinculis accidisse cum diceret. Sed uti innocentiam meam aliquis sceleris admixtione fuscarent. me sacrilegio conscientiaz polluisse mentiti sunt. O deus. Nam tales coadiutores christi: contra me ptes pro christo suscipiunt: qui interrogati nesciunt quid resonent christi. quinimo barrabe fautores effecti: christus et christos pro modico crucifigunt. Tales ecclesie filij me ecclesie emulus diffamant: qui ubi effrenatus raperent impuniti: cuncta subueterent et sitiret ecclesiam perpetim viduatam. Tales conscientiatu catholica mihi pro ecclesia detrahunt: qui cum eorum dominis quos adorant: ad capiendum summum pontificem: ad diripiendum uasa templi: ubi tempus et locus cum uoto concurrerent: tanquam ad preda hostium iterum cursitarent. Qui in derisione et obprobrio subsannantes dicunt. uanum fuit consilium eius. ut hos dies in populis meditaretur antiquos. Eadem est terra que fuerat. sed alij sunt messorum. uerum ex quo sic ad uotum eorum uigilat et dormit altissimus: quem uigilare super miseriam inopum et gemitum pauperum et populorum aliquando confidebam. utinam agrum colere putare uites et arbores: cum meis retro paratibus: nequaquam reipublice studia quesuissim. Nam nunc non utique tyrannorum audacia et populorum metum: quem uicissitudine e conuersa mutaueram corruens duplicassem. Non in me linguas aspidum inuidorum et dentes acuerem. Non signanter signum sagitte pontificalis existerem. Non maledictionis eius funestus me gladius penetrasset. Non tediosam preceteris vitam elugerem. Non perpetuum mihi et meis iugulum fabricassem. Porro si iuxta opinionem multorum: ne post expeditiones meas vires pristinas et suspectas paruitas mea forte resumeret. sedes apostolica suspicatio: obserat mihi ianuam ut dicitur pietatis. quam non mediocriter hec consona et concepta in populorum patribus: eadem et in tyrannis sit admiranda suspitio: ut principes holophernis et sacerdotes israel unum reprobent iudices. Jesus et iudeus unam in templo lapident circumuentas. christus et phariseus unam in conuiuio abijciant penitentes. Certe si infectus ego ab urbis tyrannulis perditurus more conuiuium: ad alme urbis precipitium concurrissem: tandem despectus et derelictus in uia ab amalechitis sequar eorum egyptius: tanto clementia misericordie patre Dauid recipiendus erat in tempore etiam et fructus Nam et per eum ipsos amalechitas super uniuersum se italie tunc faciem: de populorum sanguine conuiuantes: cui uoluisset circumuenire: iam poterat et debere. Necnon utranque sponsam eius sacerdotalem et regiam: cum afflictis filijs suis italicis filiabus et predis facilius liberare captiuas. Tamen ut illa et quelibet de me ambitiosi dominatus sit ablata suspitio: que uere deprehendi non potest: qui nudus et per se nolenter intrauit: nudus et uolentior tunc exiit: ad cautelam tamen turbantium ampliore. et decetero ne iter seculares laicus mero re pallidus et rubore appaream preconus: ad portum hierosolymitane militie quomodo ab initio ruine despectus habitare delegeram respiran-

dum: in habitu et regula postulauit et postulo: orauit et supplico me remitti. nexu matrimonialis copule non obstante. Lum et parua consores mea idem de se uelit. et claustrali religione se supplicet honestari. Nunquid pater tanta me occupat ceruicosa cordis amentia: ut uelim putemque posse in contradictione tam iustorum principum apostolici uide licet et augusti: quam tyrannorum omnium: populos defensare nudissimus. quod quidem sine lachrymis nequeo dicere: cum consorte filiabus et filijs: nepotibus puerulis et germana: de elemosynis pauperum uiuimus delitentes? An credam saturare plus alios: cui ad respirationem propriam et meorum: nullus italie locus insidijs uacuus: nullus quietus erit perpetim et securus? Qui certe ante assumptam populorum causam: et presertim ubi assentionibus et blanditijs uenerari homines uoluisset: tutus et alacer inter conciuues uiuere poteram: potentibus et plebeis amabilis affabilis et opimus. Sed in hoc uno potentissime iratum huic populo deum fore cognouerim. quod et ipsam sub impijs irremedianter finit ire precipitem: et singularibus quotidie flagellis excruciat: qui pro illius remedio singulariter laborauit. Uerum ubi possibile mihi foret: uiribus reuolare resumptis. quis stolidissimus omnium: ruinas languores et tedia a sapientioribus euitata conciuibus: expertus iterum uolenter assumeret: que assumpsisse iam memorat condolenter? Dudum et ille prudens Salustius: de se expertus admoneat. Omnis cura reipublice mihi me mibi hac tempestate cupienda. quoniam uirtuti honore non datur: frustra autem niti: et nihil aliud quam sese fatigando odium querere: extreme demencie est. Non enim dico hoc: ut flagella hec me a populi charitate dissoluerint. Nam tunc redemptos odiuero: cum preciosum pro eis precium odiuero redemptoris. Sed titubo ne omnino frustra sit charitas: que vicario christi uidetur impietas. et quantumlibet bonum opus dignum sit gratia quod ab illo pertinacia iudicatur. Numquid credas expertus iam caducis fortune muneribus cum timore retentis et perditis cum dolore? Preparet illa blanda conuiuium. instruat cantilenas. polliciat coronas frondifluas: et arentia quidem folia ex ligno quod plantatur in arido. quoniam nunquam ulterius mensam eius intrauero: ut dum saturatus confedero: paulo post decidam calcitratus. Placet cum pauperibus cellulas habitare quietas. placet fabas rodere rusticanas: quam curis rodere perpetuo rusticis et urbanis. Et licet ante depositionem tyrannorum de uniuersa italia: per uiam triplicem: theoreticam practicam planam sanam humanam regiam et directam: nemini per me apertam: facilius uideam ab ecclesia posse perfici grauibus armigeris sine turbis: tamen recordator seu executoris instructor potius quam executor et prosperans effici maluissem. Sed quid amplius celo miserorum elango? quid seruore insanio: populorum: ubi ab infelice despecto suspectoque pro salute populi: sibi nullorum testimonio credenda uerba inaniter proferuntur? idcirco illis omissis reuerende paternitati uestre pro infelice me supplico in lachrymis genuiflexo. quatenus de humanitatis mi-

sericordia recordati: que ad peccandum est prona: si corruit miserante domino releuatur. super exaltatum iam dudum et humiliatum iam nimis claritatis uestre dignitatis intuitum. et gladium illum bicipitem: quem pro peccatis meis usque ad iteritum hunc sustineo tumulatus. quod in respiratione pauli: euelli patrocinetur a vulnere. et super dolorem meum ocium dolentium dolori dissimile: modicum queso olei superfundat. Non equidem uana spes: nec uanum fuit mihi hoc precipuum ad paternitatem uestram presidij implorandi consilium. Quoniam uere illa nobilitas regieque virtutis utroque sydere pietatis irradiatis: infectum contra me calumnijs aerem: uentis procelloso obductum: uerisimiliter preabhorrens: de consistoriali celo sereno spiritu profugabit. Nam et diruptis uinculis hijs: paternitatis uestre sum cuius alas mense benignitatis expertus: laudis hostiam ore et animo relaturus: etiam si via gladijs obsidatur hostilibus: cursu uenire uoueo personali. Ego namque nouit altissimus: nouerunt et hijs domini qui me claudunt: quod a principio carcerationis huius: translationem meam apud romanam curiam supplicauit. ut saltem pateret in publico quicquid mihi obijcitur sub matello. A qua quidem representatione apud sedem apostolicam personale: non lesa conscientia que semper seua considerat. non uicta maculis anima: non contumacie prauitas: sed inimicorum ibidem roborata potentia me retraxit. Nam si potentes me subleuassent in curia quantum premunt: quod aut casum in expertus: aut post casum citius releuamen adeptus existerem: pater reuerende: quis nesciat: nisi qui difficillimas recollationes ecclesie facilitatas ab illis: et dispensationes in curia iuxta eorum uotum: de regimine ciuitatis ignorat? Sed pater non minus pulchrum hoc de ecclesia in ore hominum canticum cantaretur. uidelicet quod pauperem unicum in defensum in contradictorio tyrannorum omnium liberauit ecclesia: quod illud quod in prouerbijs Rome sonat. Potentes oportet adorare: qui paradysum uult intrare. Si uero potentes non pro me sed contra me clamitant populus econtra pro me tacendo uociferatur. tacet nam trepidus strepitu: acclamat tamen sed affectu. Et si aures pater ad illos erigitis: in medio consistoriali corde clamant. Nunquam quippe in sacra pagina legitur: uocem potentum et fortium: sed uocem afflictorum et pauperum: uocem clamantis populi uel deprecantis pro populo dominum exaudisse. quinimmo contracturum in ira sua reges et principes depositurum tormentaturumque potentes: percussurum robustos et fortes: in populorum miserabiliumque succursum: per omnes uerbi sui gladio minuitur. Ceterum si de tantis iniquitatibus reus ut feror efficio: ad decus pertinet ecclesie: aut tam detestabilem hominem per iustitiam e mundo diuellere: aut penitentem per misericordiam reparare. Hijs nam geminis uolat alis. hijs per maxime salcitur ecclesia munimētis: misericordia uidelicet et iustitia. quarum si alteram esuriui diutius: reliquam sinito penitus in me ipsum. Et quoniam unus ex .lxx. munera oblaturus in domo domini factus eram. nec hismaelis in occursum uentis: noui probdolor euitare uersutias: sperabas in medio ciuitatis adductus: non cum .lxx. interfe-

ctis aliquando concidere: sed cum christi thesauros absconditos habentibus superesse. Nescio uero quo iure penitentia peracta non releuor. quo iure contumax et excommunicatus et pertinax interficio: ut infectus. Qui uinculis impeditus petij semper et peto: et per personalem presentiam me purgari. Nam non ignorat iudex eternus: quod dominis meis obredunens. et perragoricens. supplicans pro misericordia rescripsissem. nisi caligantes pre lachrymis oculi prohiberent. Fiat autem quod placet altissimo. fiat queso pater misericors. fiat uestro patrocinio patris iuste ut exanimatus in pragen. ecclesia: ibique hierosolymitana militia honestatus surdus: tacitus semper et mutus humiliatus semper in domino peregrinet. Frustra namque animarum pastores leuem iustitiam: aberemque misericordiam pro seipsis et alijs a domino peterent: quas adeo ipsi premoniti petentibus denegarent. uel partem iustitie protegentes: quam nihilominus postulo rigorosam: uir reus et palmes inutilis: nunquam uerisimiliter quieturus: in uita tamdiu in omni mundi angulo susurratus: condignam suorum operum penam ploret: mare sibi etiam clementie deficcato. et remota calumnia que in me sancte ecclesie non est opus: per meram iustitiam regiam et apertam: retum tollat e medio pena una. Denique ut saltem aditus in spiritu: ne diurnis intollerabilibus anima corrumpatur angustijs. hac merito succisus e uita: miserante domino in alia requiescat.

Epistola domini Benintendi Ueneti. cancellarij. fratribus suis Ducalis aule notarijs. IX.

In conceptum sermonem possem mandare silentio. si oculos meos ab utilitatibus uestris auertere: si ori meo frenum imponere potuissem: rebar mihi consultius actum fore. non ignaro quantas secum calamitates attulerit: de potentibus uiris loqui. quodque presumptuosum sit cum maiori. quam anceps cum pari: quod sordidum cum inferiori contendere. Utcumque mihi tamen euenerit: vincit ebaritas uestra. vincit graue seculi nostri pondus. vincit acerbe sortis nostre mysterium. ut loqui non sileam sermones utique non adulatorios uel amenos: acres potius et mordaces. et querulis uocibus circumspectos. Unde tamen exordiar incertum habeo: cum multa mihi dicenda sint: plura tamen tacenda. Facias quod solent perplexitate nimia laborantes: laxabo habenas: amplius deponas. uela uentis committam. quocumque mens impegerit illas sequar. Magnus est dolor meus: magna iniuria mea: irremediabile uulnus meum. et cum ex preteritis presentia metior: futuraque coniecto: in lamentis et suspirijs miserabilem uitam duco. Adest tamen frequenter inter uigilantem et dormientes uelut in extasi posito: dur ille danduleus recolende memorie: ne dum noster sed totius patrie nostre parens: uirtutis et sapientie clarus sydus. summe benignitatis et gratie uinus fomes: auide queritans quoniam in statu sit eius respublica: quibusque gubernaculis moderetur. Et cum me trementem et pallidum attonitum ac prostratus elinguem totis intuetur luminibus: elicit ex taciturnitate quod sentio et uelut celestis accola terrena contemplans ex alto

quod passi sumus et patimur: hijs uerbis clara uoce depromere iam festinat. O pura dilectione mihi quem uiuens semp et moriens gessi in uisceribus charitatis. Nunquid uera loqui rogatus te puduit? Nescis quod ueritas est de celo. et quod pro ueritate passi sunt multi martyres sancti diuersa genera tormentorum? Nescis quod ueritatem occultans et mendacia proferens pariter sunt peccantes. et quod utilius permittitur nasci scandalum quam ueritas relinquatur? Equidem mihi presertim tuis moribus sic familiariter cognito: uerus secreti tui minime celare debueras. Amicus enim ut ex equo te alloquar imo amicissimus tibi fui. Et si quem amicum existimas: cui non tantum credas quantum tibi: uehementissime erras: nec uim uere amicitie plene nosti. Nec est amicitie uera lex: ut sit in duobus pectoribus una mens. Putas ne ignota sint nobis alia tenentibus que cum uos inferi nedum agitis: sed etiam cogitatis? Scio quod dolentissime refero quam tempestiuum et calamitosum sibi et patrie primum successorem habuerim. scio etiam et secundum. Scio quot aduersi casus me obeunte urbe nostra exceperint. Scio quantum demum factatam fluctibus et adeo ualida tempestate quassata: ut nisi portus peteretur: prope submersioni tam foret: ad pacis amenitatem: te uelut ministro in partem eius laboris assumpto: christus ipse perduxerit. Et si fidei nostre credis. credentem quippe non ambigo: quem christianissimum esse noui. apud superiores vitam agentibus ex actibus uestris aperta sunt omnia: nec minimum quicquam occultum. Igitur ex hijs et alijs que circa uestram rem publicam uersata sunt hactenus et uersantur. mihi sicut et semper suis commodis assidue uigilanti: multa dicenda forent. sed infinita sunt numero: que possent decentius considerari quam dici. et occupatos adeo sensus ut uideo: et nubilam mentem geris: ut in eis explicandis distinctius attentiori opus sit animo et spatio longiori. Ad uulnerum quidem tuorum fometa progrediar. in quibus est mericulosa dilatio. Multa magna que sunt. sed ex eis non plus quam unum mortiferum: quo diligenter curato. Facilis est enim si paruus acquieueris cura eius: senties profecto te fortius infirmitate animi quam alterius iniuria laborare. Quod me tibi mors immatura subtraxerit. Nunc qui te transfixit gladium esse noui. hanc illam fuisse sagittam que tibi cor transfuerberauit et animam. Facit hoc pietas tua. facit tui erga me amoris ardentissima facula faciunt non minus inexorabiles et graues erumne quibus premi consideras fratres tuos. Ita eos te nera dilatione prosequeris. sic amas: sic diligis: sic uersa uice te colunt. ut merito non minus suis quam tuis leteris et doleas prosperis et aduersis. Justos namque clamores et querulos eiulatus eorum frequenter intelligo: quod uenerabile illud et pene sacrum collegium: hactenus quidem et nuper meis tamen temporibus uelut de patria benemeritum: in summa charitate et honore iam habitus: nunc ignominiosa uulgo fabula factum sit. Pudet talia de talibus uiris audire. Futurum tamen scio: ut sicut qui falso predicantur: necesse est ut suis laudibus erubescant. sic qui falso criminantur necesse est suis criminationibus enitescant. Affirmabo plane quod sentio. et profiteri non desinam quod longa experientia doctus sum. Eorum qui tibi assistunt paruus maior et sanior

fidei: et sufficientia et morum honestate: in omne eius laudanda transfisset. Patent fructus eorum et opera ipsa ueritas eminens ex se lucet. ideo longis argumentis probare non molior. quod manifestum et notorium palam sit. De reliquis uero quid sentias non quidem eiusdem matris sunt filij: nec in uia domini pariter ambulantes: audire forte desideras. Est mihi de quibusdam spes aliqua. de reliquis uero nulla. Indurata et proorsus inueterata sunt uitia. et nisi cum uita pariter euellenda. Sunt qui de se meliora promittant. nondum sani sed ad sanitatem aspirant. facile nisi in medio cursu deficient asscutori quod cupiunt. Nam labor improbus cuncta vincit. et ut tuus ille Annius Seneca cordubensi. testatur. Uelle fieri bonum paruus maxima est bonitatis. cuiusque etiam rei principium: partem potentissimam esse nosti. Bonis igitur consulo. patientie terga parent. insistant uirtutibus. inceptis fideliter perseuerent. nec odio nocentum innocentiam suam perdant. Calamniari quidem possunt. criminari non possunt. Callum faciant. maledicta queque non sibi sed alijs: exemplo disertissimi Socratis dicta putent. Ita ueterum est Virgilianum illud. ut det deus hijs quoque fines. Reliquos autem admoneo. ut dimissis erroribus in recta respiciant. Secus extirpentur de medio. Modicum enim fel totum mel amaricat. uinica menda totam faciem deformat. paruus fermenti totam massam corrumpit. Ideo putrida mēbra ne totum pereat solent a corpore rescari. Reprehensibile quippe foret utile per inutile uitari. Sed ut uideo: nimia tam expectatione torqueris. et ad hauriendum salutare poculum: quo dolori tuo fomenta propinam intritam et sollicitam curam geris. Accipe quod nedum leuiat: sed mundet ex toto. Amicum premisisti non perdidisti. Ex hijs qui amantur: licet eos casus abstulerit: manet cum iocunditate memoria. Non tamen futura sed preterita quandoque delectant. hec expectatione: illa quidem memoria. Superuacuum etiam est dolere. ubi dolendo ne quicquam proficias. Deinde iniquus est queri de eo quod uni accidit et omnibus restat. Demum desiderij stulta questio est: ubi inter amissum et dolentem minimum interest. Respice celeritatem rapidissimi temporis. cogita breuitatem huius spatij: pro quo usitatissime curramus. Obserua comitatum hunc generis humani: eodem tendentium. distinctum minimis interuallis. etiam ubi magna uidentur. Quem putas periisse: premissus esse uidebis. Quid autem dementius: quam cum idem iter tibi emittendum sit: eum flere qui tibi dilectus ad gloriam antecessit. Non sum ablatas tibi ut extimas: o fide pectoris mei comes. Non tibi subtractus sum. non malis artibus circumuentus. Translatus sum in meliorem regionem. euectus ubi labores diutinos in quietem perpetuas commutauit. De terreno celestis agricola. de seruo liber et dominus. de soldido et humano corpore angelus. factus sum. Tui redemptoris nostri gloriosam effigiem: gloriosus aspiciens: sanctorum sociatus agminibus: in hymnis et cantibus hilarē uitam ago. Tuas igitur lachrymas festinus exterge. gemitus comprime. et lamentis omnibus ammodo sine ipone. ne forte certioras hijs: tante felicitati mee iuidere potius quam gratulari uidearis. Confabulari tecum et singulare desiderium et uoluptas maxima mihi fuit. sed ad decantan-

das iam solitas laudes altissimo: et in eius contem-
plari caprandam summa cum uoluptate letitiam:
me uocat chorus angelicus. Obsecro autes per vi-
scera misericordie iesu christi: ut omnis meroris et
turbiniis deterfa caligine: fluctuanti adhuc patrie
fidelis ut hacten^o adiutor assistas. Nec te ulla que
possit occasione contingere deneges: cui tantus te
neris. Chari quidem parentes: liberi: ppinqui pa-
riter et amici. sed omnes omnium charitates una co-
plexa est pia. pro qua nemo bonus dubitat mortem
appetere: ubi ei profuturus sit. Noui fidem tuam:
noui sinceritatem et intima cordis tui. in te fidunt:
in te sperant proceres uenetorum. Non potes du-
vixeris patrie recusare labores: licet graues infe-
stiq; sint. Non solum enim nobis nati sumus. par-
tem nostri primam patria uendicat. partem paren-
tes: partes amici. Aderit et comitabitur diuine ma-
iestatis auxilium. omnem a te noxiam nouitatem
auertet. imbecilitati tue me quoq; intercedente vi-
res subministrabit et gratiam. Nihil est enis quod
principi illi deo qui omnem mundum regit fiat in
terris acceptius: q; consulere patrie: miseris et affli-
ctis opem ferre: quietem et pacem seculo suo dare.
Hac petij celum via. hac petiturus es tu. Omnib^o
quidem qui patriam iuuerint: auxerint: opesq; pre-
stiterint: certum scias in celum diffinitum locu: ubi
beati sempiterno euo fruantur. Eternum uale mi fi-
li. cui animam que iam celo potitur: natos et coniu-
gem non aliter q; sint in mente adduco. expertus q;
uerum et fidum amicum te sibi reliquerim: quantum
natura patitur in suis commodis uigiles et assidue
curiosum. v. idus Februarij. Anno incarnationis
eius qui nos a morte redemit. 1355.

C Epistola domini Benintendi Venet. cancellarij ad
magistrum Modium parmensi. qui consuevit mora-
ri cum domino Azone de corrigio de parma. X.
Modio suo Benintendi. salutem.

Non potest mi Modi virtus tua latere sub
modio. Fulget et eminet uelut in cadela bro
posita: et tota iam ueris non fictis suffulta lau-
dib^o ex se lucet. Ideo ut a querelis exordiar tecus:
hactenus mihi quidem incognito: tantum huius
fugacissimi temporis: cuius solius auaritiam uete-
rum nostrorum commendat auctoritas irrecupe-
rabiliter perdidisse me doleo. quous enis bonus non
sim: in hoc tamen libenter incumbo: ut bonorum
fiam consortio non indignus. Fateor: magnas vim
ad conciliandos sibi animos virtus habet. Ea nihil
est amabilius. nihil quod magis ad diligendus al-
liciat. cum propter virtutem et probitatem eos eti-
am quos nunq; vidimus diligimus. Vincit omne
cognitionem nature morum similitudo bonorum.
Nullaq; societas gratior: nulla charior: q; cum vi-
ri boni moribus similes sunt familiaritate coniu-
cti. Proinde cum pleriq; referentibus multa ma-
gnaq; de te nuper audierim: factus es mihi ante
charus q; cognit^o. et dum mihi suggeritur quanta
sit eloquentie tue vis: quanta discretionis integritas:
quantusq; animi tui vigor: in te delector et stupeo.
Stupeo quippe grauib^o te curis obsessum: tot secu-
laribus implicatum negocijs: sic uacare animo et
sapientie potuisse. Et cu senserim tecum inique for-
tunam egisse: per multos casus uariaq; pericula te
iactando. hoc ipsam delectat me animi tui robur.
Quod q; mirabilis et ueneranda res est: nostra prefer-

tim etate virtutis utinam non magis sterilis q; fe-
cunda: virum interritum inuenisse periculis: in me-
dijs tempestatibus placidum: et inter aduersa feli-
cem. Maius hoc altiusq; mi modis: q; ut simile tuo
in quo est corpusculo credi possit. Sed vis ut opi-
no: in te diuina descendit. animum tibi excellentem
exhibuit: moderatum: omnia tanq; minora transeun-
tem. quicquid timetur operaturq; ridentem: quez
profecto agitat celestis potentia. Non posset res
tata sine adminiculo numinis summi stare. Itaq;
nisi fallo: maiore tui parte illic es: Unde uenisti.
Quemadmodum enim radij solis contingunt qui-
dem terram: sed ibi sunt unde mittuntur. sic anim^o
tuus magnus ac facer: ouersatur quidem nobiscu:
sed heret origini sue. illinc pendet: illuc mittitur et
aspirat. Quocirca felicitati tue uehementer gra-
tulor: et fortune mee habitare deinceps unde im-
pense ratio mihi constet. unde virtutis et patientie
formam sumam. cuius exemplo aduersus hoc mo-
mentanea et caduca me munias. postremo ad eius
mores et regulam me componam. Ita quantum pro-
dest animo nondum adulto: illic adheuisse unde se
possit facere meliorem. Propterea diligendus est
nobis vir bonus: et ante oculos semper habendus:
ut illo uidente uiuamus: et tanq; illo spectante om-
nia faciamus. Nunc te mihi electum esse cognoue-
ris. obseruabo. imitabor. et sequar etiam si mare tra-
sieris animi tui mores. quos et si non sperem facile
consequi posse. magnus quidem est labor: et pro-
sus uiribus meis impar. at saltem attingere non de-
spero. Nihil enim est quod pertinax opera et cura
intenta et diligens non expugnet. Robora in rectu
quous flexa trabuntur. curuatum trabem calo: ex-
plicat. et aliter nate arbores in id finguntur quod
exigit usus noster. quanto facilius mens ipsa flexi-
bilis et omni humore exequentior: formam bonita-
tis accipiet: si feruenter instabitur. Nec temerarium
me queso puta. ueris si de me meliora pmitto. Im-
becilis enim foret et egri in experta formidare: nec
spem bonam concipere: ubi tali tantoq; duce regen-
dus sim. Sed ne forte nimis blandiri tibi hec mea
videatur oratio. Ars enim ea procul a morib^o me-
is est. al's me tibi scripturum prenoscito. quo huic
tue laudi contraria iudicat vulgus exterior. non ut
me qui discipulus esse uolo tibi correctorem exhi-
beas: sed potius ut uelut honoris tui amantissimum
habeas ea parte: ex puritate fidei relatiore. Et cum
nihil ex omni parte beatus. nihilq; in humanis ad
iuventionibus adeo perfectu: qd si ad perspicacis
correctionis regulam deducatur: multa non idige-
at tonsione. magnum argumentum bene constituti
animi tibi erit: si ea que de te forte adhuc ignora-
ueras: nunc in melius reformando cognosces. vij.
idus nouembrio. 1355.

C Responsus magistri Modij ad premissam episto-
lam. XI.

Eructa melle rhetorico tua me permulxit
epistola: Benintendi: que mentis et oris ad-
miranda nitore: oculos meos dulciter ille-
xit: inflexit spūs: pfrcuit et auditu. Uex ubi secti stri-
ctius quousum me uocaret sollicite queritarē. non
obstupere non potui: quo nā modo dū emipētie tue
gradum: laboris tui studium peruicili meditatioe
contemplo: qui tanti ducis imperia: tantorum pu-
cipum consulta disponis: hijs utcunq; cedens ut-

meos titulos te conferres. Nec mihi satis liquet: nunquid permulcendis moribus an propulsandis erroribus institisti? Hijs etenim haud iniuria mihi meminisse video: adolescentulos urgeri solē quos olim uel illusionē corripimus: uel in meliores animare callida persuasione molimur. Moliris equidem fateor: nec de te qui tantus qui talis es: nisi sanctum nisi honestum credere minus fas fuerit quā dubitare nefas. Moliris namque uelut interpretor: torpenti animo calcar addere: pauores excutere: et qui tibi ad probitatem affici credo: in hac te te perficiat suadete. Supprime queso mi domine reuerende: ac nimium elata uela substringe. Nam quid agis. nisi ut preconij ludibrio mendacis erubescam: quem tanta uicacundie floridum integra discretionē conspicuum: animi lorica potentem. et si seculi fluctibus et si fortune ictibus actū: uacasse discipline pre nimio stupore miraris? Miraris enim nec admirari desinis: quem nostris temporibus nihil attonitum: minime cupidus: bifrontis fati ludis: non sine socij fauore numinis: inconcussa mente spectantem: oratione blanda non minus quā uera describis. Erubescam denique. emutesco penitus: quando quod mens egra cogitare: nedum manus trepida stilo dare uix audet. me tibi duces eligis: speculum erigis. sed ut iam arbitror: hic tibi mos est: ut quos uirtuti faciles reris: hunc laudibus accendere: hunc pro animorū exigentia soleas argutijs detertere. Porro ut ex multis que tot et tanta profaris ad paucissima respondeas. Is non sum. is non sum: iuratus exclamem: quem tantis plausibus extollere. deperditi temporis querimonia complorare: quem falleratis orationibus allicere: quem tanto debeas molimine flagitare: quin ut pretereā quā ta sit qua sic afficeris ingeniorum dulcedo similitum. si pectusculi mei latebras inanes percurreris: fortasse quem latentem sub modio non horrebas: nō autem tibi in medio cognitum quā minus charū intellexisse dolebis. Nouissime ne tuis presum: qui tanta me contēplatione dignaris uidear auspicijs dissentire: non ut tecum quem mihi singularem dominum preelegi: cui meos animi motus: et cuncta nota subegi: fulgentibus ne dicam paribus armis accingar: sed ut nascentis amoris nostri radix mutuo compluta pignore coalescat. solutis inuigilare sermonibus: non intrepido tamen pollice laboraui. nequaquā ignarus illuc me rapi: ubi tua nostrorum cicropidarum simillima turba palestris concertat ingenij: florescit Lilius et facundia Liceronis. ubi tua te uenerabilis caterua miratur: labori suo colu mē: et pedibus dulce iubar. Succedo itaque domine mi: ac genibus tuis supplex et deuotus aduoluo: ut siue mitior qualem te tua commendat humanitas: siue qualem te ad ultimū policeris: acriter imperitare malueris: mihi liceat tua iussa capescere: dictata facessere: ac eo medulitā aspirare: quod et quacumque me uocabunt tui socratici pectoris rudimenta. Uenest. xxj. Nouembrijs.

Per tuum item tuum sigd
est Modium parmen.

Alia epistola eiusdem domini Benintendi ad eundem Modium. XII.

Em non nouam neque inopinatam aggrediar: vulgatam potius et clara uoce promissam si tanto illi preconio: quod de te prides

altera mea profitebatur epistola: quicquid ista detraherit. Que si forsitan: quod minime reor: aliqua sui parte tibi molesta peruenerit: tantulum saltē repositura sit fructus: ut quem te illa tantus extulerat: presens nunc expertura sit uirum. Sunt mihi que fortibus in te lacertis traiciam acutissima iacula. sunt ualidissima tela quibus te transfuerbare iam properem. Sunt sagitte mortifere quas in te mittere totis uiribus non formidem. Quid autem aduersum hoc negocij tibi sit ipse delibera. Nō te tutabitur scutus uel galea: non lorica uel torax: non quoduis alterius generis munimentum. quantumque exquisito artificio sint contexta. Armis crede mihi alijs quā ferreis opus est. Miser es modic. et miserior multo quā putas. cum seruus sis: et iam non seruus esse non possis. Astrinxisti fidem tuam astrinxisti pariter libertatem. et utinam illi domino cui seruire summa est iocunditas et libertas. Sed quod pace tua dixerim ab eo cui seruias: seruias seruiturusque sis: quid sperare potueris non agnosco. Spasti forte diuitias ab eo qui in diuitijs pauper est? Sperasti honores ab eo in quem honoris occasio letiferum vulnus inflirit? Sperasti libertatem ab eo qui semper animo inquietus: in summa libertate: seruorum noscitur esse seruus? Quanto tibi consultius actum erat: si tecum ipse uirisses. si te dignum fecisses deo. Nemo autem alius est deo dignus: quā qui hos uanos honores opesque contempserit. quorum tamen possessionem non interdicit ex toto: sed efficere uult: ut intrepide possideantur a nobis. Id uero minime consequi possumus: nisi nos etiam sine ipsis beate victuros esse putemus. Nunquid satius erat tibi hijs qui quotidie noui casus emergunt ceruicem subducere: et secundum naturā uixisse: que paucis ut nostri minimisque contenta est. panem et aquam ipsa desiderat. nemo ad hec pauper est. intra hec si tua desideria conclusisses. cum ipso ioue de felicitate contenderes. Sed ut uideo implicauit te potius error: communis glorie uidelicet appetitus qui summum calcar etiam uirtuosissimis esse solet. quasi pulchrum duceres: et ad magnum tibi decus ascriberes: apud illustrem uirum fame precium meruisse. Falleris: licet aliquali uenia dignus sis. Nonne meministi quā uera animi magnitudo: honestū illud quod natura sequitur in factis positum non in gloria iudicat. et mauult eē principem quā uideri? Nam qui ex errore imperite multitudinis pendet: hic in magnis uiris habendus non est. facillime enim ad res iniustas impellit. Nō est philosophia populare artificium: nec ostentationi paratum. nulla extrinsecus instrumenta iam querit: domi colitur: ex se totus est. Nulla ergo excusatio est peccati: ubi reprobata causa peccaueris. Sic itaque si seruitutes ambitionemque tuam ex corde recenseas: senties profecto hec duo laudem tuā acutissime transfodisse. Respondebis ut opinor: hec eadem imputaturus et mihi. Fateor non suū liber non ab huiusmodi labe totaliter absolutus. Libens tamen seruo iusto et christianissimo principi: non domino uel tyranno: qui uite necisque in me habeat potestatem. Seruo reipublice mee: que mihi meipso charior semper fuit. Seruo patrie mee: que filijs parentibus et amicis: et demum priuate utilitati preferenda est. hanc mihi non seruitutem sed summam arbitror libertatem. non tam honoris:

diuitiarum uel glorie cupidus: q̄ ut apud euz qui omnium corda nouit fructus benefactorum sit mihi bene fecisse. Credideris forte hic finiam z sigillum epistolam? Maius certamen expecta. Accipe quod te profundius sauciet: z penetrabilius uulneret mentem tuam. Uersus ut audio componis z carmina. dictiones z sillabas quotidie mensurare non desinis. Uerbis tamen z uocibus operam tuam ponis. O pueriles ineptias. hijs rebus intentus es: que nec te possint nec alios facere meliores. In hoc labores. in hoc uigilias tuas perdis? In hoc subducis supercilia tua: barbamq; demittis: z palidus quandoq; z exanguis insudas? Turpissima iactura que sensato viro ex conscientia sua uenit. Si multum superesset etatis parce dispensanda: ut necessarijs tibi sufficeret. Nunc q̄ mors a tergo quotidie nobis instat. magna pars eius preterijt. z quicquid etatis retro est: iam tenet: quanta demencia est superuacua discere in tanta temporis egestate? Et cum aliena sint omnia: tempus quod solum nostrum est: frustra contereret? Non virgilius: non Homerus: non Ouidius Statius uel Lucretius: non reliqui poetarum quotquot numerare uolueris: aut eoruz utiq; faceto stilo metra composita: eo q̄ ab omnibus queritur a paucissimis inuenitur: consilio te iuuabunt. Id tibi celestis amor: z philosophia sola prestabit. efficiet ut libenter deu: contumaciter fortunam aspicias. aliquid pro paupertate aliquid deniq; contra mortem: singulis te adhortabitur horis. docebit te nulli rei seruire: nulli necessitati. nullis casibus demum ad calcem perducet. ut teipso contentus sis: z ex te nascentibus bonis. utq; hoc quotidie mediteris: quemadmodum possis equo animo imbecillum hanc z transitoriam vitam relinquere. Facere suadebit non dicere. z non uerbis opera: sed operibus uerba probare. Crede mihi mi modi. litterata colloquia: z ex preceptis sapientuz uerba collecta: eruditusq; sermo: uerum robur animi non ostendunt. Cum sit oratio etiam timidissimis audax. Proinde tibi persuadeo libertatem esse preciosissimum boni genus quam naturalem facultatem: eius quod cuiq; facere libet: nisi quod ui aut iure prohibetur. sapientes esse definiunt. Seruitutem econtra omnium malorum grauissimum: qua quis alieno iuri contra naturam subijcitur. Ab initio eni omnes homines liberi nascuntur. Ambitionem quoq; perniciosissimam pestem fore. que ut tuus ille Salustius ait. multos mortalium falsos fieri coegit. aliud clausum in petore: aliud in lingua promptum habere. Demum summam negligentiam illam esse: si exiguum hoc nobis datum est temporis: inutiliter expendatur: z prodige. ubi uelut irrecuperabile fuerat parcissime dispensandum. Postremo cum qualem quantum ue haberi te uelis: non in fortune sed in manibus tuis sit: tunc consumata felicitas tibi erit. tunc summam summaz attigisse te noueris: cuz eo peruenieris: ut qualis haberi cupias: talis sis.

Modio suo. Benintendi. xv. kal. decembris.
Epistola domini Benintendi cancellarij missa domino Francisco Petrarche. XIII.

Erius noster mihi pridem apparuit. ad cuius primo complexuz: magna me subiit ueneratio eius: dum eum esse memini qui se probitatibus suis fecerat amicitia tua dignum. Ma-

gnum opus fecisse. magnas sibi comparasse diuitias: immensum sibi theatrum extruxisse uisus est mihi. Queroz. irascor: z litigo tecum ipse: q̄ non maiori cura tanti uiri gloriam z ipse ego uenat sum. Accuso ignauiam meam: ipse me sepe redarguo: ac miserum z infelicem me clamito: q̄ tanta diligentia hoc luteum corpus operiam: fami futiq; satiffaciaz sue. ac eius siquid langoris intercidat: singula membra curem. Animum uero qui non suo sed alieno potius uitio semper est nudus: qui non annone sed pauperis inopia famelicus semper z eger: sic proorsus ac si mea nihil eius intersit abijcerem. Dico intra meipsum. Si ceci corporis lumina perdidisses. si auditum gustum uel tactum aut deniq; odoratum: sinistra manu casus aliquis abstulisset. nunqd ad risticum mare non salcares? Auquid ionici z egei? Auquid caribdim z scillam forti animo nedum traiceres sed tranares? Auquid non italiaz: germaniam z galliam peragrare? Et ut paucis totuz complectar. nunquid non europam: asiaz z africaz uelut furibundus inquireret. ut nedum qui sanaret sed qui salutem promitteret inuenires? Nunc in foribus tibi est: qui morbos animi diligenter expurget. qui tanta ualitudine infectum eum curet z sanet. qui tenebras pellat: lucemq; subducit. qui beneficio suo te parem angelis efficiat. ut quid moraris uel cessas? Excute teipsum z libera. festina. propera. z uirum illum uelut diuinum quoddam oraculum supplex adora. Nulla adeo tibi transecta sunt maria. nulla hostiu adeunda pericula. nulla peregrinatione iter querendum. Plana tuta z aperta sunt omnia. utilis labor est. utilior multo q̄ putas. Plus eo q̄ sperare possis inuenies. Auquid quod raro in philosopho reperitur: christiane religioni quisq; fidelior? Auquid ad obediendum quisq; humilior? Auquid ad imperandum quisq; modestior? Auquid ad seruiendum paratior: z in conuersatione benignior uisus est? Ita ut merito dici possit. q̄ nequaq; ei similis sit inuentus. Ad Titum liuium lacteo tunc eloquentie fonte manantem multos de ultimis terrarum finibus legimus puenisse. z quos ad sui contemplationem Romano traxerat: unius hominis fama perduxit. Quanto magis hic: non lacteum fontem. sed ut uerius dicam: aureum uirtutis z eloquentie flumem emittens: adeundus z contemplandus est uir? O thesaurum immensum si bene quis computet. O inertimabile seculi nostri donum. illam in terris inuenisse salutem. quam nec preteritis nec futuris sperare: nisi si de celo fas fuerit. Leges in antiquoruz historijs uiros fuisse prudentes iustos temperatos z fortes: sed quod vni contigerit alteri defuisse comperies. In vno hoc totum quod dici uel cogitari possit uirtutis inuenies. Si queras scientiam: equabis eum Aristotili uel prepones. Si mores: Anneus Seneca cedit illi. Si eloquentiam alterum inuenisse credideris Tullium Liceronem. Si cardinalium quis ex quatuor alterum conspicies Socratem alterum z platonem. Si huiusmodi ergo uir. cum nil aliud q̄ de? in humano corpore uiuens extimari fas possit. inuadat me sepius immoderata quedam cupiditas: ut mandatum dominicum quodammodo in te sequens: urorem z filios: patrem si superesset z matrem: fratres deniq; z sorores cetera etiam que circa me bona uidentur: propter te deferam

centuplum accepturus. Scio quidem quod in manibus tuis est: regna: imperia: nobilitates: honores: diuitias: opesque conferre. et quod hijs omnibus magis est: animas hominum erudire. eisque sapientiam dignissimam rerum infundere. Quid autem ea optabilius sit: quid prestantius: quid melius aut homini libero dignius non agnosco. hec est diuinarum et humanarum rerum notitia. hec falsi uerique scientia. hec que sola potest hominem contentum beatumque prestare. Itaque secessum mihi frequentius persuadens: cuncta dispono: accingo: ad iter. et pacatis omnibus uelut celestem gloriam petiturus: bilis et tutus abscedo. Et semper in limine: que me turbet ratio. uidelicet rerum omnium moderatrix. clamat et resistit in faciem: uulgatam illam non tamen satis intellectam sententiam representans. appetitus obtemperet rationi. Ad huius uocem artonit⁹ sisto gradum: pedem retraho ad nauis iam properantem ascensum. et quasi subita obumbratione percussus: eius imperium taciturnus expecto. Arguit: increpat et castigat. et uelut grauius delinquentem alloquitur. Quis te in dementiam tantam duxit. ut temere quicquam nec consulto confituaris? Logita quis sis. quo. quid ne questurus accedas. Rudis et tenebrosa materia: cui uix possit aliqua bonitatis effigies: ne dicam imprimi: sed nec etiam insigniri. Pro sapientia temptas lumen summum lumem: Nescis quod frustra quicquam agitur in non disposito et patiente? Tu pedagogum ministerio adhuc egens. qua fronte clarissimi uiri fores etiam prouectissimus in uias. et nisi consummate sapientie accessibilis mentibus pulsare presumes? Nam tibi delirare maxime uideretur: qui scandere turrem excelsam uix per multas ascensibilem scalas: unico saltu contenderet? Nun tibi in sanus uideretur et improbus: pannosus et sordidus nec cilicio quidem dignus: regiam sibi uestes auro gemmisque contextam. repentina quadam impetitione deposcens? Magno ut opinor moueris cachino: sed maiori multo si alium inuenires: uolare contra naturam uolentes. Lerte ut ille quo altius ascenderet: maiori foret ruina casurus. sic et tibi nisi proposito respiscas: quasi erranti uiam quo magis ambulare credideris: itineris plus restabit. Sunt ad sapiam ipsas gradus. quorum si que intercalari uel pretermitti contigerit. necesse est qui hoc temptat ordine peruerso precipitet. Melle et lacte prius educantur infantes. demum inualescentibus annis ualidioribus nutriuntur cibarijs. Tu quoque simile fac: in eorum adhuc numero collocandus. Est enim cibus quem queris proorsus uiribus tuis impar. Cum autem adoleueris: ad fortiora matura consultatione conscendens. Tunc destinatus portum securus intrabis. ubi salutarem medelam: ubi incomparabiles thesauros. ubi quicquid potest circa hominem boni esse: conferta mensura recipies. ita ut tibi merito sit dicendum. Hoc est quod semper optaui. Nec igitur uirorum optime: etiam queque constantissimum territorium: tua presentia carere inuitus me compellunt. Feram quoad poteropatiente. daboque operam: licet ignauus et disculus: licet publicis obsessus negocijs: ut aliquando me faciam desiderio meo dignum. Tu autem benignus et pius: hoc unum quod absenti prestare potes: litteratum colloquium queso mihi ne deneges.

hoc uno modo mihi uisendum te prebe. Nunquam epistolam tuam accipiam ut non protinus tecum sim. Nam si amicorum absentium imagines iocunde sunt: que memoriam renouant: et desiderium absentie falso et inani leuant solatio: quanto iocundiores future sunt littere que ueri notas amici et uera uestigia representant? Vale mi felicissime domine. et quoties seruos tuos computare uolueris: precor: nomen meum saltem in ultimis non omittas. Ego autem tibi reuerenter memoriam: ut epistolarij tui copia: munus quidem mihi charissimum: et alio tua benignitate promissum. qualicumque uia habere promerear. pro cuius scriptura per communem amicum nostrum Marcus de Raude ciuem mediolanensem. et uenetum: sicut necesse fuerit scriptoribus satisfi et. Ecce enim et ego tibi rependens. exsoluo debitum quod promisi. Mitto inclusam responsiones quam ad ea que secundo inueneris: non tamen ut asseris tibi receptam: mandauit recolende memorie dum ille danduleus: olim tibi suis dilectus uirtutibus. et uere nostre patrie uera lux. ut scias et nec uerba nec sententias defuisse: Et ut nil restet quo tanti uiri possit accusari memoria certum tene eum omni tempore appetentissimum pacis fuisse. At ut audire sepius potuisti: hic mos gloriosum quippe patrie nostre decus: ducibus nostris est. ut quis in eos dignitatis titulus sit collatus: potius sequi quam ducere. nec tam imperandi quam parendi sibi potestatem assiscunt. utque ipsius uiri laudes: que nec cape posset uoluminis magni liber: paucis absoluiam: nil in eo natura peccauit: nisi quod tam breuem uitam dedit eidem: cui tamen bene reddite relige memoriam sempiternam.

Luis Benintendi Ueneti. cancellari
uo: 13 indignus. vij. kal. Februarij.

Responsio domini Francisci ad precedentem. XIII.

Enne mihi accidit quod in urbe licet frequentissima: tua me solitarium epistola repperit. Erubuissem coram multis deprehensus in publico. Nunc solus erubui. et dixi. quid non potes imperiose amor? quid non potes: quando etiam talis uiri oculos iudiciumque perstringis? In litteris quidem tuis optime uir: duas simul ueterum sententias recognoui. et amoris scilicet et eloquentie magnam vim. nec de nihilo dictum. uel amanti ceca esse iudicia. uel oratore posse omnia. Prius te amice in extimatione rerum mearum fallit haud dubie. Secundum deo me paulominus fellisset. ut talis mihi uideri inciperes quale tu me facis. sic corda legentium in manu habes. sic papyrus pro regia. sic calamus tibi pro sceptro est. nisi quod me cogi sentiens in arcem rationis euaseras. meque ipsum idem percuntabar. an uera essent que de me stilo quis artificioso et mellisuo dicerent. Scio quod mihi intus in silentio sit responsum. Proinde oro: posthac pudori meo parcas. ne uel me non meis laudibus oneres. Non precor errorem exuas quo delector. tantum ne me facundie uico trahas in errorem multo impar. Tu enim erroris igemus et amicitie testis eximie. meus si sit. nisi amens ridiculosusque erit. quod si non fallo: ne in hac parte labi possim prouisum est mihi. Habeo cui heream: conscientiam meam. A qua si non exterius flatibus auulsus fuero: non facile corruam. Illic enim non nisi aura purissima: uerique flant spiritus. Denique sic heros posse

me tibi omnia credere: nisi que de me scribis. Que si aliunde pcederēt: qua putas frōte lectur^o fuerim? At nunc mihi notissimus cādor tuus. quicqd agis aut sensibus meis approbat. & que ex ore alterius illuforia viderentur: & tuis labijs grata facit: & dulcia. Ad summam. quisquis sum: tuus sum. & amicitie nostre fores quas eloquentie tue clauibus aperire tanto studio satagis: aperte sunt: ut libet exoptatis igredere. Crede mihi. nullo nīsu: nulla opus est arte. ultro animis presto sum. teq; in limen let^o excipio. non prius exclusurus: q̄ hanc inde aiam mors excludat. Idq; sic esse ut dico: penit^o tibi insitum esse uelim. Pauca sunt quib^o gloriē. inq; hīs ip̄sis hesitare soleo. Unum hoc intrepide dixerim temporales amicitias non noui. ad quas si non in annis emolumentū fluxa ratio. sed honestas alliceret: immortalis ex se genitas mortales esse non sineret. Ego fateor. ad inuendas amicitias tardus: ad fruendas immobilis. ad hanc contrabendā utiq; pronus sum. ac ne id fortuitum putes. de te mihi diu ante prouisum erat. que ut in amicis haberem: & dignus & appetens videbaris. Sane q̄ preter modestissimum amicitie uotum: etiam de scriptis familiaribus que uaria exigente materia quotidie mihi e manibus excidunt: partē postulare dignatus sis: miror. Quid ita cum uinum fontez domi habeas & lucidum: semiarentes ac turbidos uicinorum riuulos sitibundus ambias. nisi prides intellect^o mihi sit animi tui ardor: qui tacitus est. ut nullum ingenij liquorem vndecunq; fastidiat. Neq; sibi sufferturum arbitretur quicquid perennib^o scatebris uberrimū pectus affatim promit: nisi uel ad limina pauperum pulses: & tui locuplex aliena mendices. Perge. age. habes quos seqris duces: seu Socratem manus seu Platonem. quorū alter ut scriptum uides: ad discendum pauper: ditissim^o ad docendū fuit. Alter litteras toto orbe collegit: quas toto orbe refunderet. hīs exēplis fretus: & hac iter ingressus: fieri non potest: quin ad sumas quoq; diuitias prouebare. Quod ad nugas meas attinet: desiderio tuo etiam mei & meaz rez amor accedit. amor cecus ut dixi: & semper obliquus reruz arbiter. Vulgo dici solet. Placens histrio semper placidum canit. Profecto autem non in me neq; in meis scriptis est ut placeant: sed in te. Quantum vō in hīs: quando in hīs delectaris: q̄tum in maioribus siqua fors fauerit: tibi mores gerere copiam: & rursus quid si uacet ex te uelim eius ex ore audies: cuius e manibus ista percipies. Qui vir musica suauitate mulcē aures: & digito potēs est ingenium excitare. Lumq; ipse sit magnus: q̄: q̄ non e coniugio thetidis maiorē se genuit. Nūc ambo quietis auidi: de toto orbe sibi uenetiā delegerē. Adesto illis oro: qua potes. mei sūt: eoq; magis esse tui: quo esse sui nō alterius videbunt. Nouissimum est ut noris. epistolaz illius optimi viri & cuius & ducis: meliores nunc in patria uiuētis: quo digni utinam diutius fuisset: letum me sed nō sine lachrymis perlegisse. Ita mihi de sepulchro: immo de celo respondere visus est. ut multa mihi suspiria renouaret. sed nō ita: ut nō sibi quoq; multa responsurus fuerim: si nobiscū ageret. Nūc ut puto uel tacitum intelligit. Vale memor nostri.

Mediolan. xiiij. kal. Junij.

Responso quedam per dñs Franciscū petrarchā

facta dño Bēintendi cancellario Uenes. sup epita
pbio dñi Andree dādulo olim ducis Uenes. XV.

Olēde semp atq; honorabilis amice. litte
ris uestris primum acceptis super epigrā
mate clare & gloriose memorie domini ducis nostri: ut quid segnitiem meā celem: excusationem non epitaphiuz meditabar. ut qui multumq; alia curarum acie obsessus: & occupationū mearū mole obrutus: nobis ut reor animi saltez augurio nō ignota: nec ceptis ip̄e sufficiā meis. & usq; adeo ab huiusmodi iuuenilib^o exercitijs sum distract^o: ut nō iā antiqua repetē videar: sed noua pr̄sus & isue ta tēptare. viteq; metiens breuitatē: & fundamētorum amplitudinem que ieci: sedulo mecum ipse re metiens contremiscam. Ideoq; iam pridem semel mente firmaueraz: nihil vnq; uel ingenij exercitio uel cuiusq; precibus ul' qualibet seu necessitate seu delectatiōe materie: noui carminis aggredi. satis superq; existimās si uotue uota successerint. Quō pr̄ruptum animi decretū: neglecta interim igenij asperioris infamia: cōtra feruidā amicoz instatiā: inexorablem sepe me tenuit. Quid multa? Itaq; calamus erat in manib^o: iamq; excusatio terebatur: duz secundus interuētus ep̄le iniiciens manū diffidentiam abstulit: pudorem attulit: duriciē fregit. Itaq; calamus quē ad negādū ceperam: ad parēdam uerti. quid & per quē & pro quo posceretur: qd ue & hui^o amicitie & illius memorie debeā: acriter mecū uoluēs. Eadē hora igif: eadēq; sessione: quatuordecim elegos dictaui: qui si mei nō videbunt nolite mirari. nam nec ego ut cuperem meus sum. nec sum ille qui fueram: ita me multa circūstrēpūt. q̄q; hoc ita uelim accipi uex esse mi me uiuū: meas res intueor. Nam ubi alios: & humanum gen^o omne contemplot: multa fateor occurrūt. vnde cū mei statum aliene sortis collatione cōsoler. neq; facile quisq; me liberior aut magis suus appareat. Quod si forte uersiculi plures sunt q̄ petiti erant: remedium presto est. duos abijcite quos uidebit. & numeri ratio p̄stabit. Sin oino nō placēt: eo me magis uestrum credite: qui ut uobis obsequar mihi aduersor. ne ue aliquid uobis aut natis icliti ducis negem: sciens ac uolens in glorio labori idip̄sū cuius mihi penuria ingens est: tps impēdo. A scripti autem in margine siquid est ubi uel dabites: ul' res eadem uarie dici posse videatur. ut sic electio uestra sit. Mibi enim cū oēs muse hodie: tum: precipue illam abesse perpendi: quam grauiam graij uocant. Ualete. Franciscus uester. Scripta rurali calamo in domo cartusie Mediolanē. ubi & estatem ago. kal. septembriis. ad uesperum. 1357.

En domus andree ueneti ducis ultima quata est?
Alta sed assurgens spiritus astra tenet
Publica lux iacet hic. & quartum sidus honoruz.
Stirpis dandulee gloria prima ducum
Hunc animi vigilem temeraria grecia sensit.
Et leuis antiquo reddita creta iugo.
Hunc comes albertus tyralis nostra perurgens.
Uastatis proprijs qui meruit ueniam.
Hunc iustino polis feruens. & iadra rebellis.
Pertinuere trucem. percoluere pium.
Hic genuam bello claram pelagoq; superbam.
Fregit ad algerium: seruitioq; dedit.
Iustus amans patrie: magnos cui fecit amicos.
Ingenio prestans: eloquio omnipotens.

Epistola missa domino Fráncisco per dominū .B.
cancellarium Venet.

XVI.

Euerende domine mi. Si plus debito im-
portun^o infestusq; sum: ascribite queso fer-
uenti in uos deuotioni mee: que omnem a
me pauorem simul et ruborem auertens: nimirum
deuiare facit a tramite rationis. Scio quidem nū-
q; erga uos ulla ex me merita precessisse: ynde tan-
tum uirum sic audaci frontetaz crebris pulsare te-
dis ausus sim. sed uestra summa uirtutis: omnem
iam uulgata per orbem: et animus mihi famelicus
stibundusq; simul timore nescius: in hoc quantu-
lulumq; futurus sit hic ipis more mee pabulo ge-
neroso: quo diu delectatus sum cupiens faginari:
faciunt audacem ex timido: et ex uerecundo secur.
Epistolas duas ad Liceronez habui. restat ea quā
ad aneū senecam direxistis. Et cū dieb^o octo uel
circa hic adhuc me moraturum existimē: supplico
me me ociosū uestra benignitas esse sinat. Quicq;
uobis ad manum occurrerit: queso copiandū trāf-
mittite. cui uestra omnia clarissima sunt fulgentia
super aurū et quamlibet margaritam. In quibus
et si multa alia grandis utilitatis mihi futura sint:
in summo tamen precio mihi erit: q; ea intuens ui-
debor os habere presentem: quem in singularem
patrem et dominum habere propono: cunctis tem-
porib^o uite mee. Recōmendans me humiliter grē
uestre semper. Uenissem nunc et frequentius ueni-
rem ad uos: si hijs quibus utiliter insudatis ope-
ribus: meam uisitationem tam utilem q; superua-
cuam esse scirem. Uester. B. cancellarius Venet. li-
cet indignus.

Epistola dñi Fráncisci petrarche ad Aerium. XVII.

Rauem curis obsessumq; negocijs et pero-
sum cuncta que uideo: nec aliter q; fessus
atq; aridus ceruus solet ad umbrōsus fon-
tem ad solitudinem: ynde latratu canum. sequaciū
pulsus est: atq; ad silentiū aspirantem epistola tua
parumper auertit. que taz longa interfuisset ut qd
ad exiguum tempus fecit: rerum me presentiaz ob-
liuisci in perpetuum coegisset. Ita enim me seculi
nostri memoratores scito: ut uix fuisse aliquid ulla
etate miserius aut extremius putes. Unum me so-
latur: q; si nasci oportuit et penitus necessarius fu-
it: ut inexorabilis cloco nos ad predurū huius ui-
te limen impelleret: nec prius in lucem erumpere
datū erat. minus mali fuerit nunc natos esse q; po-
stea: talia de posteritate coniecto: trepido: utinam
ludar augurio. Sed hanc mihi spem de se nostra
tribuit iuuentus: ea indoles: hijs mores sunt. Is
notorum modus. Is terminus studiorum. deli-
ros etiam senes nostris iuuenibus ad motos sape-
re ad inuidiam putes. et felices dicas q; pridie na-
ti sunt. sic mundus indies ad extrema precipitans
secum omnia in deterius trahit. Mitto autē quā
do quidem et quid serior etas actura sit. quod de
Sergio Balba fertur dixisse. Lyberius cesar. Ad
uos nihil pertinet. et cauendum est ne maior inge-
nio sit querela. Ne ue mihi forsan occurrat illud
Senecę: ubi ait. Omnem etatem de moribus suis
questā. Credo enī. sed ni fallo: quo ad mores atti-
net: nulla unq; dignius questā est. Illud nō omis-
sum quod ab amantibus sese et sua cuncta miranti-
bus opponi posse uideo. Non sū nescius italie vul-
nerum: que nūc que ue olim perpeffa iam malis in

daruit: et callum crebris cicatricibus superdixit.
q; non italia tantum: sed terrarum orbis ab ori-
gine clades tulit innumeras. Quid vō est aliō bre-
uis hec uita q; mors longior: quid aliud terrena
habitatio q; grauis seruitij fedus carcer: et iugis
mestitie ceca domus: Scio. Sed aliō est ab hosti-
bus aliud a uitijs obsideri: urgeri: premi: uri: uasta-
ri. Deficit aliquando hostis externus: et ipse alius
fatigando lassatur. Deniq; omnis hominum incur-
sus breuis. Nec ullum omnino bellum mortalium
immortale est. cum auctorib^o suis intercitat opor-
tet. et suis ipsuz uiribus extinguatur. Uitia spatio
temporis augentur. et exercitio roborantur. et quo
plus nocuerint incipiunt plus nocere. Nemo cru-
delior q; qui diu fuit. Nemo tam cito luxurie suc-
cumbit: q; qui sepe succubuit. Multis ex actibus
habitus sunt. et assuescēdo curuescimus: ut pnos
in terrā sternere promptus sit. Sic euo crescit au-
ritia. Sic senum pertinacior ambitio est. sic et reli-
quis pestibus processus est suus. ne ue mori unq;
morbus possit egrorū intemperies facit. Cū hijs
hostibus res est nobis: quibus modo non resisti-
mus sed fauemus. et ultro nostros in iugulos fer-
rum damus. quinetiam mirum dictu. Si lente-
scere ceperint irritamus illos. quasi minus miserū
fieri sit miseria summa. quod passim in multis mo-
do senibus usq; ad fastidium uideamus. quibus ni-
hil obscenius sol uidet. De quibusdam legimus. at
in primis de illo cui paulo ante memini: Lyberio
quē apud inferos quoq; dii sui deeq; male torque-
ant. Ita mihi stomachum torquet: bilem q; agitāt:
quotiens senē illum lego miris et infandis modis
atq; inter ceteros relatu etiam turpi: spectaculo cō-
cubitus monstruosi: ut tranquillū uerbo utar: defici-
entes libidines excitantem. Hinc ille ridicule infa-
mesq; nostrorum senum querimonie: q; solito mi-
nus uoluptatibus inardescāt q; male suada titilla-
tio et prurū iuuenilis obseferit. q; gula somniq;
et uentris illecebris: destituti sunt. Postremo q; vi-
res corporee ad cedes carnificinamq; defecerunt.
At quid peius est sanguinarium esse uelle q; esse?
q; uis qui malis esse cupit: utiq; taz malus ac pesti-
mus est. Nec q; pcor q; qui peccato studet et fla-
gitio gloriatur. Delectari equidem in malis prope
malorum omnium est natura. Unde peccandi con-
suetudo iucundissima apud Liceronez dicitur. In
medijs sane delectationibus inhonestis: molestus
aliquid pati: et uelut frenum aliquod sentire libidi-
num: malorum adhuc est. sed ad meliora tendenti-
um. et quos sepe de magnis tempestatibus libera-
tos: in portus peruasisse cognouimus. Effundi au-
tem in malis et efferrī letitia et gestire et niti et qd
est omnium pessimum gloriari: prope ultime despe-
rateq; nequitie est. Hōrum xō plena sunt omnia.
Hosq; interuiendum est nobis. et si inter hos trā-
ac non etiam ex hijs sumus: bene est. q; q; conuict^o
sceleratorū nullis sit molestio: q; hijs qui ab illo-
rum moribus insigni dissimilitudine secernuntur.
Ut cunq; est: inter hos uirimus. et quod psalmista
regius deslebat. Inueterauimus iter inimicos no-
stros. quodq; miserimum dixerim. inter hos ip-
sos moriendum est. Quo enī patet fuga: quo ibi-
mus: quo nō nos sceleratorū acies ac signa preces-
sint: ubi non pessimis moribus imperium partum
atq; firmatum sit? Trans oceanum nauigandum

erat. nisi q: credibile est vitia nostra iam ad antipodas descendisse. Ad celum potius euolādū: nisi nostris ad terrā ponderib⁹ premeremur. Illa si salui esse cupimus: deponēda sūt. quod facile factu eēt: nisi q: malorum exēplis obruimur. quoz cū ferocissima etas nostra sit: ut dixi feratior est etiā sperāda posteritas. Pugnarūt equidem maiores nostri aduersus penos: Limbros: ac theutonas ⁊ britānos. egre uel itāliam ab hannibale uel capitoliū a senonib⁹ defenderūt. omnium tandē uera ⁊ indomita uirtute uictores. Nos si capitoliū nostri arces ⁊ tanto barbaricoz vitioz circūfuso exercitu defendimus: ad tutelā nostrā celestiale excitati: si circūstrepētib⁹ vulgi errorib⁹ imote fronte resistim⁹: ⁊ mālio ⁊ mario ⁊ ipso cesare fortiores erimus. Illos enim ab hoste murus iterdum uallumq; dirimebat. sepe noctib⁹ quiescebāt. hiemis aspitate hi bernoz solatio leniebāt. Nobis nulla quies. nullū sine periculo tps: nō bruma: nō inducie: non nox. Nihil usq; tuti pacatiq; est. Assidue de salute certam⁹. semp in acie stam⁹: tēptamur: circūsidemur: impellimur. Hostes itra muros sunt. ad ipas rationis arcē scalas applicant. Quid expectas ut dicā? In ipsas mēsas nostras atq; cubilia irrūpūt. qd⁹ proximum exitio est. vulgus omne pro hostib⁹ partes facit. In hoc tā ancipiti duroq; certamine: nō nisi de celo sperāda victoria est. Inde eā amice poscam⁹. Interea tñ ubi sis uideo. nō moueri nequeo interduq; tam grauius: ut mee sortis ipatiens: meis pene vincar angoribus. Aberrasse forte apposito uideo. tulit impetus: sed redeo. Hui⁹ ergo hodie curis implicitus quas mihi circūstrepētū rez fragoz satietasq; pepererāt. dū thalamo egredior: eplam tuam in limine obuam habui. breuem quidē e lōga ueluti peregrinatione succinctā. Multa tñ qui properatib⁹ mos est: paucis illa vobis expedit. ⁊ qualiter affect⁹ singula putas audieri. atq; in primis lelij mei nomē. cū quo cupide oro vlsare. totaq; illū mēte cōplectere. Digni estis alterutro. Sane quod sequit: nre gētis aduētū: pisanū populū graui suspitione turbatū: mirari nō debes. Nā neq; gēs ulla suspitiosior. Et vipera nostra terribilis rubētē dentib⁹ virū stringēs: securos quoq; sollicitat. In quo cesaris puidētiam laudo: que ⁊ paupori ciuium succurrit: ⁊ pudori multum occurrit. Qd⁹ vō de patria mea scribis: lete admodū legi. ⁊ romano pncipi obediētiam nō negari. ⁊ si qua iā toto orbe neglecte libertatis cura est: eaz in pīa mea esse. Ultimū nihil miro: qd⁹ de auri prāte facetissimi me cauillat⁹ es. Scio enī eē vīssimū illud Flacci. Aurū per medios ire satellites ⁊ prorūpere amat saxa potētius igne fulmineo. qd⁹ ipm in libris methamo: phoseos ponit Apuleius. Certus iquit fragilitatis humane fidei. ⁊ q; pecunie cuncte sūt difficultatis perue. auroq; soleāt adamātine etiā perfringi fores. q; late patēs ⁊ q; nota snia est que nō mō pbo s; philosophātū tribuit asello. Legisti credo apud Pōpeium melā Cosmographie libro 3^o. eē gentē ethiopum auri ditissimā eris indigaz. cui raritate ⁊ frequentia precia rerū alternātib⁹: ⁊ ornāmēta enea ⁊ vincla sūt aurea. Nobis amice oīa iam ex auro sūt. ⁊ haste ⁊ clipei ⁊ cōpedes ⁊ corone. hoc ⁊ conimur ⁊ ligamur. hoc diuites sumus: hoc inopes: hoc felices: hoc miseri. Aurus solutos vincit: vinctos soluit. Aurum fontes liberat: dānat

innorios. Aurum disertos ex mutis: ex disertissimis mutos reddit. Auro cōcionat⁹ est Metellus i cesarē. Auro Demosthenes orator obmutuit. Aurū ⁊ de seruis pncipes ⁊ de pncipib⁹ seruos facit. ⁊ audacib⁹ metus: pauidis pbet audaciā: ⁊ curas iertibus sollicitisq; segnitie. Hoc ⁊ iermes armat: ⁊ nudat armatos. indomitos duces domat. magnos populos premit. ualidos fundit exercit⁹. bella longissima paucis horis cōficit. pacē pstat ⁊ eripit. siccāt flumina. terras lustrat. maria pcutit. mōtes equat. pādīt adit⁹ claustrorū. urbes aggreditur expugnat arces. oppida demolit. ⁊ qd⁹ apud Licronē legim⁹. Nullus fortis est locus in quē onust⁹ auro asellus nō possit ascendere. Aurū claras parat amicitias: magnas clientelas: ⁊ honesta cōiugia. quippe qd⁹ generosos ⁊ fortes ⁊ doctos ⁊ formosos: ⁊ qd⁹ miraberis sanctos efficiat possessores suos. Itaq; qui diuites sūt: boni viri in ciuitatib⁹ apellant: eisq; tātum credit. Nulla fides est paupi. q; pecunie nihil est. uerūq; est illud satyricū. Quātum qsq; sua nūmoz seruat in archa. tantū habet ⁊ fidei. Postremo inuit⁹ dicā: sed ueritas cogit. non mō potens sed omnipotēs est aurū. ⁊ oīa que sub celo sunt auro cedūt: auro seruiūt: ⁊ pietas ⁊ pudicitia ⁊ fides. omnis deniq; uirtus ⁊ gloria aurum supra se uideat. inq; ipsos aios celit⁹ nobis datos: pudor: foci terret ⁊ rutilātū imperium est metallo. Hoc reges ligat atq; pōtiffices. hoc homines. ⁊ ut aiunt etiam ipsos deos placat. Nec quicq; in expugnabile inaccessumq; auro est. Qd⁹ sciēs inppiter: ut custodite mulieris pudicitiam rapturus ferreas portas effringeret: in imbrē aureus sese uertit. Tali deo dignū opus. De⁹ aut noster pudicitiam amat: aurum spernit: auaritiā detestat. Opto tibi ualitudinem inconcussam mentis ⁊ corporis.

Alia epistola eiusdem domini Francisci ad eundē Aeriū. XVII.

Quidam superiori epistole signum impresserant. dū ecce alia supueniens coegit: ut posito anulo: depositum calamum rursus arriperem. Et q̄uis tua hec superior sit longior respōso tamen breuiore contenta erit. Nā nec cui nostri querelam iterare est necesse: quā ⁊ tacitus loquor ⁊ ipsa res clamat. Nec quicq; prohibet quod in illa dixerā ad hāc trāsserri. Neq; enī aut minor est hodie dolor meus: q̄ heri ⁊ nudius tertius fuit. neq; minus efficac. Epistole tue hodiernae solatinz q̄ hesterne. Accedit q; neq; d̄ hijs que nouissime scripsisti ausim aperte p̄nūciare quod sentio. neq; tū ideo minus quid sentiam quid ue p̄nūciem intelligis. Sepe silentiū ad exp̄mēdū animi cōceptas: quouis sermone potētius fuit. Nec minus silentio Aiobe: q̄ latratu hecuba dolorē animo insitus designabat. Itaq; cum illa in sarum hec in canes uersa fingatur: non minus mutum illius simulacbrus q̄ hec querula rabies suam miseriaz loquebatur. Illud non siluerim: agnoscere me cesarum fatum: quod ⁊ in occasu solis ⁊ sub austro: deniq; ubilibet felici⁹ fuerit q̄ sub arcto. ita ibi gelida oīa: nullus ardo: nobilitas: nullus vitalis calor: iperij. Redde nobis fortuna: si Romuleos cesares parce uentant: at saltē ab hispania theodosios: Seueros ab africa. heu qd⁹ diceret nūc architectoz ille magnus monarchie: successorē suoz cū sacerdote humili de humilitate certare. dum meminisset sup̄bissimū

olim galliarū regē: dū supplex ut ait Flor⁹ histori-
cus: in castra uenisset: phaleras ⁊ sua arma aū Le-
saris genua p̄ieciſſe: ac dixiſſe. Habe hec. virū for-
tē vir fortissime uicisti. Multa se offerūt id ḡntis.
Nā ⁊ locuplex mā ⁊ multiloq̄r indignatio est. sed
frenabo ipetū: ut qui hec ipsa nō mihi ira cogente
ac ditāte p̄fuderim. Sane de Cesaris legatibz cō-
gressu: qd̄ p̄uidētissime uaticinarius amplector: ac
p̄bo. ⁊ pene rem ipsam video: vidē. nō q̄ oia ista
me moueāt p̄tra que multa sepe disserui: sed ex p̄-
teritis uētura conijcio. Itaqz nō tā tāgor q̄ legati
sonipes in cesareꝝ calcitrarūt: q̄ q̄ calcitrare aios
noui. Et scio q̄ ois ptās est p̄sortis impatiēs. hec
bactenus. Leliū meū imo tuū: imo nr̄z: familiaris-
simū ⁊ Cesari factū gaudeo nō miro. Nihil eniz
est utute rapaci⁹: nihilqz tenaci⁹ rapit vincitqz ani-
mos hoium: uinctosqz semel in p̄petuū uinctos te-
net. Nulla mihi dubitatio vnqz fuit: qn̄ nō solū ab
illo humanissimo p̄ncipum: sed ab alio quolibet lz
asp̄ioris igenij: cum tñ ut⁹ in p̄cio sit: posset ille vir
amorem p̄mereri: nō mō notitiā p̄meruisse. Quis
enim tā agrestis est ut Leliū nō amet: ⁊ sapie lau-
de p̄spiciū: ⁊ in amicitijs faustū nomē? Qd̄ si so-
la uirtus fama efficit: ut quē nunqz uidim⁹ senē il-
lū Leliū amem⁹: qd̄ hui⁹ nr̄i ut⁹ ac p̄ntia posse de-
bēt? Itaqz minus miro: q̄ de legato sedis aplice
idem scribis: cū quo familiaritas Lelij uetus est.
Illud poti⁹ miro: qd̄ p̄orib⁹ lr̄is p̄termiſſum hui⁹
iſerui. qd̄ ita illū ad coronādū Cesare diu ante di-
gressum iste p̄uenit: nisi qz ut arbitror ⁊ ut solet:
illū fortuna segnē: hūc sollicitū ut⁹ facit. Unum nō
mirari cū eodē nequeo. ambo p̄gerēt: rhodanoqz
dimisso tyberim peterēt. Un̄ reuerētior: adhuc ro-
man⁹ p̄nceps: diadema sup̄mūz poscit: qd̄ Petri
successor cesaris successorē securior: nō curat: q̄ fie-
ri potuit: ut cardinalis rutilo ut̄ice ⁊ purpureo ful-
gidus amictu: tātoqz spectabilis comitatu: nr̄i hu-
sus lincea lumina fugerit. aut cum hic P̄isas: ille
vir dū Januā p̄uenisset: ita ut illi obuiā iste redie-
rit. Auguro: sane alterū terra: mari alterū uenisse.
De hoc egdē ac reliquo statu ur̄o tuis ac suis lr̄is
certior fieri uelim. Ad singula nr̄idisse video. Nā
ad epl̄e tue finē de familiarib⁹ curis stilo alio ⁊ se-
orsum loquar ut soleo. N̄as aut̄ tibi: q̄ q̄s ipse iaz
obliuioni tradiderā: adeo ut ne locutū tibi de hui⁹
aliquid me putarē: tā memoriter tenes: ut facile pa-
teat rerū te mearū curiosiorē eē q̄ meipsum. Mi-
rū ⁊ pene incredibile: nr̄i charitatis tue miraculo i
curiositas mea lōge lateqz nota detraberet. Vale
feliciter nostri memor.

Alia epl̄a eiusdē dñi Fr̄a. ad etiūdē Aeriū. XIX.

Fr̄ari cogor: in tātis occupationib⁹ tuis: in
m hui⁹ fluctib⁹ rerū maximarū: quos ab aglo-
ne ueniēs nouus cesar inexit italie: ⁊ quo-
rū te ualde p̄ticipē tua fors facit. hāc tātā meis in-
reb⁹ diligētia tuā: ut uideri possis nihil aliō q̄ me
vnū cogitare. Ita dico uideri possis ignaris indu-
strie igenijqz tui. Nā qui te nouerūt nō mirantur
posse aium tuū ad multa ⁊ multū diuersa sufficē.
p̄sertim ubi illū suis stimulis urget amor: quē ois
difficultatis victorē ⁊ regē nouim⁹ aior. Nec cur
p̄fat⁹ sum iterroges. qz dū te lr̄is p̄orib⁹ fessuz reor:
ecce due sil̄ alie: a te mihi uir optime reddunt oēs
ip̄gerrimis digitis tuis scripte. Ita mirū plus ti-
bi uacat in negocio q̄ in ocio. Mihi mirū inqz ni-

si celeritas: que ut Cicero nr̄ ait igenij laus est: mi-
rū eē discuteret. Sed uenio ad rē. ⁊ illud transeo:
q̄ in p̄mis q̄st magni criminis te mihi purgas ifa-
miā. ⁊ p̄pe sacrilegij istar ductis in tuis me lr̄is sin-
gulariter cōpellasse. Itaqz stili mutas: q̄st uel ego
blāditiarū egeā: q̄s p̄mū Julij cesaris fortuna mū-
do itulit. aut te uilio: stilius robustiorqz nō deceat
cui⁹ ⁊ ueteres oēs q̄ctiqz calamū attigē. quē arti-
culū qm̄ alibi lati⁹ digessi: nūc suspēso pede p̄terue-
bo: ⁊ siqd̄ auctis apud te nō qdē merui sed iueni
me quoqz nouissimū oium hēs auctorē. qui hoc sti-
lo nō tm̄ ad amicos quos ex equo alloquor: s̄ ad
reges atqz p̄otifices: cesarēqz ip̄m uti soleo. quos
reuerētī⁹ affari ius equiqz est. Uerū ego reuerētī
am uerā in mēdacijs nō repono. Mētiri aut̄ dñis
hui⁹ uocib⁹ qb⁹ nūc vulgo utimur. etate ipsi⁹ cesa-
ris iuctū: Lucan⁹ asseruit. Sc̄tio aut̄ qd̄ te mouit:
neqz tu dissimulas motū te litterulis meis: in qb⁹
stili hūc int̄ misisse video: cui⁹ rei ne de cetero mo-
ueare reddēda rō est. Ego qdē amice stilo huic cō-
frāter ibereo quotiēs grādusculū aliqd̄ adorioz.
N̄adia enim nec hui⁹ angustissimi fugacissimiqz
tp̄is: nec igenij mei sunt: nec hui⁹ calami quē agre-
stem recti⁹ cū liceret: celestē urbanū⁹ dicē maluisti.
At quotiēs ad plebeias atqz humiles curas quas
nec stilo dignas putē: aliq̄ rez necessitas me attra-
xerit: plebeū quoqz caracterē non recuso. ne forte
plus ope v̄bis ip̄edā: q̄ sentētijz debeat. Idqz mi-
hi nō aliud cāe in illis litterulis fuisse noueris. Et
hec qdē bacten⁹. ex nūc aut̄ qd̄ agā ⁊ stilo quo-
libet: illud saltē nō admittam: ut plurali nūo utar
amico ⁊ vni loquēs. Idqz tū per meip̄m suz factu-
rus: ne amicis mētiar: tū uel maxime ne exēplo ti-
bi noceā. cui⁹ apud te nō leue p̄odus eē video. Tu
iḡi si me amas ad p̄p̄itū stili redi: ⁊ id agam⁹ nō
ut aurib⁹ vulgi: sed ut decori nr̄o satisfecisse videa-
mur. Uenio nūc ad acerrimū dolorē meū: quo in-
sc̄da pte lr̄arū tuarū q̄st uenenata cuspide aures
meas atqz aius pupugisti. O factū pessime de ami-
co optimo. o ifaustū negociū. o rē tristē calamitosā
⁊ miserā. o nouū ⁊ iauditū seculis ifortunij gen⁹.
Aisuefecerā oculos tristib⁹ spectaculis. aures ama-
ris rumorib⁹. pect⁹ cūctis fortune uulnerib⁹. ⁊ co-
gitabā assidue qd̄ vnqz mali qd̄ aspi qd̄ acerbi ac-
cidisset hoī. ut qdē mihi ⁊ meis qm̄ hoies sum⁹ ⁊
nō dii: ul' eucturū eē ul' euenire posse certe scirē. ut
qz aduersus oia iacula duratū atqz armatū aium
hērē. Leliū hoc qz nunqz tale aliqd̄ uiderā: nil filē
p̄sus audierā aut legerā: cogitare ⁊ p̄uide nō po-
tui. ⁊ id̄ ibermē ip̄rouidūqz trāſſit. Mei mihi qd̄
q̄rar: vn̄ or̄diar: qd̄ dicā? Accusabo fortunā? Sur-
da ē. Accusabo mollitiē amici qui sibi mortē: mihi
mortifex dolorē attulit? Sera ē accusatio erroris.
Irreuocabile dānū ē quo aucture poti⁹ iutiles sint
querele. Et tñ o dulcedo effera iuuat iſſſē. ⁊ fādo
alimēta miserie p̄stare. Quid enī apti⁹ possit aius
tristis q̄ in tristi mā v̄sari. hēt ⁊ meror uoluptates
suā: durā qdē sed sibi accōmodatā. In arte poeti-
ca scriptū est. Tristia mestū uultū v̄ba decet. utar
cōsilio qd̄ me decet. S̄z quo p̄go ut illi nihil p̄sum
mihi noceā. forte aures atqz oculos tuos ledā? O
ceca mēs hoīz. ⁊ nō futuri mō sed sepe p̄ntis eti-
am fati sui nescia. Ad Pauluz hānibalēsem vnum
ex romanis p̄ncipib⁹ cui me familiarissimū uirtus
⁊ humanitas fecerāt: qbus illū mirabilī nā dota-

uerat. madata dederat tibi ignarus illū iam rebus humanis exēptū. taliter quidē ut nō mortem que natis oibus eq̄ est: sed genus mortis vnice miserū cogeret usq̄ ad meā ipse mortē lamētari. O cogitationes hoīum uanas. o ianē spē. o lubricū statū. o instabilē fortunā. o ancipites vite vias. o p̄cipites exitus. o p̄speritates ambiguas. o ieuitabiles erūnas. Amisit filium Paulus. tritum et intolerabile mali genus. Quis enī non aliqui filiiū pdidit: nisi qui nullum habuit? Rari sunt quib⁹ fortuna prole dederit: nec donū suū deliberauerit: rapinam dicitur primitiē sunt. Amisit Paulus noster filiiū: rē non insolitā narrao: et alius Paulus filios amisit Hannibalēsis vnum pdidit. Macedonicus duos Alij plēs. quidā omnes. vnū iste pdidit. Priamus vnus ex tanta natoꝝ acie superfuit. Sed hic suum ferro amisit. Quid refert an ferro: an incendio: an naufragio: an febrib⁹: an ueneno? Mors autē vna est. sed hec iuuenē amisit. Scio. Nam adhuc iuuenis pater erat. Que nam vō hinc tanti doloris cā fuit? An ignorabat doct⁹ hō et prudēs plures multo iuuenes mori solere q̄ senes. et ut vulgo dicitur plēs edos perire q̄ capras? Ilumani generis incremētū terra nō caperet: si oēs senescerent qui nascūtur? Quid igif ploras? Dicat aliq̄. Nihil adhuc noui audio. Adolescentem in plio pugnantes in prelio cecidisse. Eueniunt ista quotidie: et fortū patrum innumerabilis multitudo est. Nā qd scribis: corpus exangue hostib⁹ fuisse ludibrio: hostili seuitie aliquid: sed superstitis existētiq̄ miserie nil p̄sus adiccerit. Stultū enim cum mortē spreueris: cadaueris iniuriā formidare. Patres obitum filioꝝ forti tulere aio. laceros quideꝝ artus siccis oculis collegere. Multi autē suos cū lachrymis ad sepulchꝝ. ad inferos quidam uersis in se gladijs profecuti sunt fletu immodico. Qd memineri autē Paulum nostrum nemo. Hic est nouus et rarus et inconsolabilis dolor meus. homo nobilissimus et mea quōdā opinione fortissim⁹: sic fortune tergus p̄buit: sic laxauit frena mestitiē: ut illa euz p̄cipitaret in mortem. O lachrymas meas. o inexhaustos fletu oculos. o liuentia lumina. Da ueniam paule. fons ille aruit qui cunctis amicoꝝ miserijs ubertim lachrymas dabat. Siccare illū uel vna romana domus debuit. Dum colūnensium familiā fleo flere alios posse desij. Omnes lachrymarum mearum scatebras illa p̄sumpsit. Pumice siccior fact⁹ sum. Tutamē vir optime sine lachrymis meis nō eris: q̄s de p̄fundissimis atq̄ abditis aie recessib⁹ fando eruam: et q̄bus mestū funus absens profecuar: imo vō iter tristia funera fletu madidus p̄isq̄ uersabor. Quid heu mihi fecisti? Vir in rebus alijs acer ac strenuus quid fecisti? Nō sat magna pietas est visa paternis lachrymis filij funus ornare: qd ipm virtute ai melius et spe ac solatio p̄misse resurrectionis ornasses. sed parū pie uise sunt lachryme: nisi mortē morte accumulā charissimo et insonti filio paterne mortis inuidiam post fata reliqueres: et reū atq̄ odiosum posteris faceres quē amabas. Nōne p̄itabat q̄uis p̄postere filio superesse: et uel sibi fratres feliciores tibi natos querere? Uirentissima etas erat: uel qd christiane pietatis p̄prium fuit: pro illius salute aie: cuius corporis p̄cep̄s et festinata mors fuerat: preces atq̄ suffragia ad celū mittere: uel si qua ea dulcedo est re

colligere animū atq̄ firmare: et in extrema solatia patri uiroq̄ forti debite ultionis intendere? Postremo qd vis facere potius q̄ qd potissimum elegisti? Que enī ista demētia est: super bis hostibus qui filij tui frigida mēbra calcauerant: q̄busq̄ suus luctus et crudelitatis et insolētie supplicia debeantur. de te quoq̄ duplex gaudii et geminā ultro victoriam p̄cessisse? O mortalia pectora in extremis semp̄ ceca casibus. Audita p̄mum morte filij p̄spectoq̄ caduere: qd humanitatis imemor hostilis ira discerpat: cum et ferro posses ulcisci: et ai viribus graue ferre fortunā: et fato succūbere maluisti: et te exitalibus atq̄ mortiferis ultus es lachrymis. cūq̄ uiroꝝ exemplis illustrium: que probe noueras reuocaueris ad vitā et ad spem: desperta in mortem nescio qua ferali dulcedine rapt⁹ es. Nōne autem queso luctus incōsolabiles paranti tibi occurrat Anaxagoras: qui mortē filij nunciāti Nihil inquit inopinū narres. Cū enim ipse mortalis sim: sciebam ex me genitū esse mortale. Nōne Xenophon in aiū uenit: cui cū sacrificanti p̄mo geniti mors filij nunciata eēt: neq̄ ceptū sacrificiū intermisit: neq̄ succubuit fortune: sed corpore atq̄ animo mansit immobilis: corona dūtatur quā capiti gestabat deposita ne tantū vuln⁹ non sensisse uideret. morq̄ euz gaudio reposita ubi accepit: fortiter dūnicatē filiiū occubuisse: deos testes faciens plus se virtute filij delectari: q̄ in morte torqueri. Nōne vnici filij dolorem immodicū castigare uisus est pericles: qui duob⁹ simul rarissime indolis amissis filijs: neq̄ coronas deposuit: neq̄ concionib⁹ abstinuit: neq̄ ullū penitus aut in v̄bis aut in vultu mutati animi signū dedit. Et si lōginqua respicere mens lachrymosa non poterat: nōne sub oculis erant romane v̄tutis exēpla clarissima? Nōne aderat. M. cato senex ille famosissim⁹. cui⁹ cum innumere laudes sint: tū illa apud Liceroneꝝ precipua est q̄ fortiter ac modeste optimi filij mortē tulit? Nōne Latonis collega. Q. Marci⁹ qui cum p̄sul eo ipso die quo senatus f̄m legē puocandus erat: vniciū spectande indolis filius amisset: et sepulture filij pius pater interfuit: et mox senatus consul egregius puocauit. vnū diē inter diuersissima puati meroris et publice maiestatis partit⁹ officia? Nōne Paulus emilius cuius sup̄ meminēra Paulo nostro par nomine: sed qd nollē v̄tute superior: qui duob⁹ primū filijs in adoptiones datis: et mox duob⁹ quos sibi fuauerat: qui q̄les eēt inde conijcies q̄ inter datos africanus iunior: intra septimū diē morte subtrahis orbitatē suam tā iūcto animo p̄tulit: ut post triūphū macedonicū quē sibi virtus et fortuna de opulentissimo rege pepereant: et quē alterius filioꝝ mors p̄cesserat: alterius insegura erat. pplm romanū alloquens quasi publici p̄solationis officio fungeret: et id sibi optato accidisse diceret: q̄ in tanto splendore successuum publicoꝝ: metuens ne qua forsā gaudio ut sit meticia se nubes effunderet deos anxie p̄ecat⁹ eēt: ut siqd tacitū minaretur totū a ppli ceruicibus in suā domū fortuna p̄uerteret. Nōne Marc⁹ boriū puluillus: cui cum capitolū dedicanti ab emilio mors filij nunciata esset: ab opere gl̄ioso q̄uis equidem ut falso mesto tamē rum ore p̄ulsus absteret: nihil aut vultu aut animo motus est: ceptūq̄ non ampl⁹ intermisit: q̄ ut cadauer iuberet of-

ferri: templi continuo postem tenens? Quod si false
 tamen ille religioni diisque mendacibus tribuit: quantum
 vere religioni deoque deo tribuendum erat? quantum
 studio prouidendum: ne tuo fletu paule tu perires.
 Christus offenderet? quod quod exempla virilia col-
 ligo cum romane mulieres pudorem tuum premere et
 lachrymas siccare debuerint vir romane? Nam
 ubi tunc queso: ubi tunc Cornelij africanus filia grae-
 corum mater: cui praeter matris pietatis affectum
 quam cari filii essent illud indicat: quod capane olis hospite
 apud se muliebriter iactabunde: et sua sibi ornamen-
 ta monstranti: filios e ludio strarum reuertentes ostendit.
 Et hec inquit mea ornamenta sunt. Illis illi fili-
 os: et hec ornamenta simul omnia seua mors rapu-
 it: tantum tamen animi semineo fuit in pectore: ut ex mor-
 te illam conplorantibus et miseram uocitantibus rident: me-
 stam utique sed miseram se non esse que tales filios ge-
 nuisset. Non femineum sed virilem et uere paterna
 gloria dignam uocem. Ubi erat liuia augusta: cui cum
 duobus filiis mors ut ferme mos suus est: et pessimum
 reliquit: et optimum impioque dignissimum abstulisset:
 ita casum suum fleuit: ut ultro et modum et finem lachry-
 mis imponeret: mediamque se inter patrem matrem et prin-
 cipem feminam exhiberet: ne uel nature debitum
 negaret: uel tanti coniugis oculos spectaculo tristio-
 re confunderet. Quanto autem exactius cauendum erat
 ne gemitu nimio lederet Christus spectator ac iu-
 dex actuum nostrorum: cui mortalibus querelis iudicia
 eterna conuelli: haud dubie neque immerito pro-
 lestrum est. Sed romanas trahere: quibus ut muliebri-
 bus est pudor: sic virilibus auctoritas et constantia: quasque
 nunc etiam fama vulgaris: et si multa uiris detrahat:
 iure tamen omnium gentium mulieribus asponit: cum
 in hoc genere laudis sese offerat grata muliercu-
 la: ut plebe impar sic par auctoritas: que audita morte filii
 qui in acie ceciderat. In hoc inquit illum genui: ut
 esset qui mori pro patria non timet. Digna uel hoc rati-
 onis: cui natus incolumis redderet: quem tam fortiter
 amisisset. Uerum quo progrediar? quid ago? Conster-
 natos et absque resurgendi spe deiectos aios fortia
 exempla non decet. Itaque quoniam nihil mestum: nihil hoc
 tempore dulcius possum: libet nunc incepto herere:
 et omnibus seculis flebiliora perquirere: ut ostendas
 paulo meo: nihil toto orbe miserabilius: nihil ulla
 etate flebilis: qui ut patrem idueret virum exiit
 persecutusque est: ut miserimus pater potius quam mode-
 stus et sapiens uideret. Excitantur poete: euellan-
 tur historici: pertrahantur in medium insignes ge-
 mitus: ut appareat quantum in hoc genere mali altior cum
 ctis est paulus: quantumque supereminet: et toto uertice
 super est: ut Maro ait. Fleuit suum pallanta miserabi-
 lis euandrus: sed post fletum uixit: et uindictam pre-
 stolari maluit: quam filium sequi. Lausum quoque me-
 tium fleuit: nec immerito. Nam si quid credimus Vir-
 gilio. pietas patris filio causa mortis attulerat. Non
 multum hic filio superuixit: temptauitque uindictam:
 que cum parum succederet: non tam flendo mori uoluit
 quam pugnando. Et erant ambo senes. Et ut diutius
 uiuere: et animosius pugnare potuerit paulus me-
 us. Legimus phocay cum argi patrem: qui nauali pro-
 filio quod marsilie gestum est: cum traiectum iaculo et expi-
 rantem filium uideret: uolentius quidem indoluit: non
 tamen eatenus ut fletu solo: sed ut gladio proprio
 profusus: saltu etiam preceps in medios fluctus ge-
 mina uelut morte procumberet: quod genus mortis

opaulo utinam esse imitatus. Sic enim nisi fal-
 lor et parcius et profecto uiriliter doluisses. Nullus
 enim maior dolor quam qui non eget auxilio: nec cir-
 cumspectis in ista: sed ad inferendum mortem solus suffi-
 cit. Ad hec et honestius viro est uulneribus quam lachry-
 mis mori: hunc dolorem et has lachrymas presum-
 ptices apud Lucanum ut rursum ad luctum femineos
 reuertamur: Pompeiana uxor optabat ubi ait. Tur-
 pe mori post te solo non posse dolore. Ipsa tamen
 hec dicens uixit: sicut Medecuba uixit et andromache
 post coniugum et natoque mortes. Multum filios multe fle-
 uerunt matres: sed plus omnibus Marcellam mater
 Octauia augusti soror: que talis tantumque spei filio
 amisso: qualem nullum Rome puerum fuisse Virgilius
 eterne memorie mandare non timuit: o solatio reie-
 cto in tenebris perpetuisque gemitibus eum egit: per-
 tinaciter infelix: ois illi letior: hinc: ois minus triste uerbum irri-
 tametum doloris: ois illi solator hostis fuit. Postre-
 mo ita semper uixit ut ait Seneca: talis per omnem
 vitam qualis in funere. Multum fleuit apud Vir-
 giliam mater Euriali. Multum apud Statium nutrit
 fleuit achemori. Ille tamen filius uirere supstitis: hec
 alium sic fletum legimus Anthiogenes et Argie mor-
 tem nunc legimus mirum supfuisse iuuenulas dolori:
 cui uir fortis superesse nequieuit. Fleuit Euadnes
 capaneum: fleuit Brutum suum portia: sed illa se in arde-
 tem uiri rogam intulit: hec candentes hauriens carbo-
 nes procluso spiritu: quod prodem aio destinarat: uirum ad in-
 feros prosecuta est. Et ut amores illicitos attiga-
 mus: qui ut turpiores sic nonnunquam iustis amoribus
 fortiores sunt. Fleuit Nero Candrum. Phedra
 Hippolytum. Neutra tamen gemitus: sed illa precipitio pro-
 hec laqueo. Apud Catulum lesbia meretricio amo-
 re laucia passerem suum fleuit extinctum: ita tamen ut
 oculorum aciem perderet: non ut animam exalaret.
 Uerum hoc dicit aliquis. viros aut fratres aut ami-
 cos flebant: non hic filium: sed quid superioribus dice-
 mus que fleuerunt natos uel omnes uel plurimos
 uel unicos? Quid dicemus illis matribus que ro-
 mana narrat historia: post insignem cladem que ad
 transimentum: ut Liuius tradit: cui potius fides do-
 et quem Valerius sequitur: uel canis ut Plinio pla-
 cet est accepta nunciatis filiorum moribus attonitas
 fleuisse? Utraque autem post aliquantum temporis
 alteram scilicet mestam domi sedentem: propter spes
 conspecto filio: dum in occursum eius assurgit exa-
 nimem corruisse. Alteram percunctandi studio an-
 xiam: extraque muros urbis egressam porta flami-
 nea: qua fuses redibant legiones: obuio repente filio
 dum irruit in amplexus exspirasse. Has nempe non
 meror: sed quod multis accidit gaudium interfecit.
 Fuisse ille utinam o Paule falsus etiam rumor tuus:
 ut te quoque non luctus sed gaudium peremisset. Nunc
 quocumque me uerto dolore simili ac pudore confudo.
 Legi ego permultos amantissimorum patrum. Legi
 matrum gemitum ac sororum et coniugum utriusque sexus.
 Siquidem duos plaucios mirum dictum: ut eiusdem
 nominis: sic paris amentie in patientia doloris in
 uxoribus moribus sese gladio transuerberasse comp-
 tum est: quod apud Valerium maximum non excusari
 tamen sed laudari: si de proprio loqui datur: non excu-
 so nec laudo. Legi morem indoque apud quos cum
 mortuis uiris uiue cremantur uxores. Legi singu-
 lorum hominum: legi propeque atque exercitus luctum
 tam uehementem: ut quidam arma reliquumque or-

natum: quidam etiam semetipfos ardentium ducunt
 rogis iniecerint. Legi quorundam fidem supuacu-
 am amicorum: nulli utilem et damnosam sibi: qui pro
 di gladiis iuxta dilecta cadavera uoluerunt: quibus dum
 liceret euadere. Ad summam multos inuenio: quibus
 eam mortis dolor attulit. cui uero mortem intulerit nul-
 lum. nisi forte pro uero recipimus quod de Homero
 poeta quidam scripsere. remque tam stultam de tam do-
 cto viro: de tamque diuino ingenio suspicari libet. Quod
 ipsum tamen et si inter uera numerare uoluerimus: nec
 de morte altera dolor fuit nec repentina vis dolo-
 ris: sed egritudo forte animi et egritudinis forte inedia
 ac spiritus in dies tristior: qui proculdubio vitam imi-
 nuit: et sicut scriptum est exicat ossa: et quem mul-
 tos paulatim seu presumpturum esse seu presumisse
 non negem: in quibus nomen habet macedonie rex
 Philippus: morbo animi crudelitatis prope et infu-
 se tristi seraque penitentia perseique filii dolis et impie-
 tate perit. Nam Paulus rutilius quem nunciata
 fratri repulsa in consulatu petitione ilico expirasse. scri-
 bit Plinius. vii. naturalis historie: ut uerum sit: huic sen-
 tentie preiudicij nihil affert. quod iam ante morbo im-
 peditus describitur. Itaque facile parua doloris ac-
 cessio inclinatum animum strauit: atque integrum
 quemque subitus dolor de alterius morte susceptus
 meroris impetu et lachrymarum diluuium oppresserit
 atque necauerit. hoc est quod apud auctores idoneos
 uel non legi uel me legisse non memini: eoque insola-
 bilior dolor est meus: quo iustratio amici miseria
 que sic mori uoluit ac potuit ut sine exemplo sit mors
 ipsa mortalibus. Ceterum ego quoque fortassis im-
 petu animi euectus sum longius quam debui. Da ueniam
 queso. Amara mihi dulcedo et dulcis fuit amaritu-
 do cum amico iam sepulto quasi responsuro ac prete com-
 tendere. Itaque tandem deteris utriusque oculis ad te re-
 redeo: atque ita censeo idem omnibus agendum esse for-
 tune sub imperio degentibus quod solent qui seua pre-
 muntur tyrannide: tergum patientia durandum. Sic
 instruendos oculos ac aures: sic formandos animos:
 ut quod vident non videant: quod audiunt non audiant: quod
 sciunt nesciant. multa dissimulanda: omnia tole-
 randa: et ut Flaccus ait. amara lento risu tempan-
 da. Horribile cogitatu est: quod nihil est mali quod non
 impendeat hanc vitam agentibus. cui nisi fallo op-
 randus finis esset: quem tantopere formidamus.
 Itaque sapiens omnia cogitat: omnia prouidet: omnia
 scit: multo ante quam fiant examinandis non tamen que ue-
 tura sunt sed que possunt euenire: tanquam que eueni-
 re possunt prosum non euenire non possint. et aduer-
 sus possibilis quelibet ceu necessaria atque inuita-
 bilis sese armat. prouidemque in excubijs
 animum tenens: et hec quidem sapiens. Ego autem
 qui tam procul inde absum ut sapientem si occurrat
 ne nosce quidem uenerarique digne queam: meis ha-
 ctenus amicorumque fortunis non possibilis fate-
 or et uisibilia et inuisitata prouidi. Videbam ergo nunc
 gladios: videbam morbos et uenena: et incursus
 ferarum: et naufragia: et incendia: et laqueos: et rui-
 nas. luctum repentinum mortiferum non videbam. Unum
 facie rerum insolita uehementer exterritus atque de-
 lectus sum. Sensis animum attollere et sparsa arma
 colligere incipio. Discam cogitare et expectare omnia
 et si possum nihil ualde metuere. Impatus et iermem
 nostra fortuna repperit: lorica defuerat ubi furtiua
 cuspis irrepit. Quosobrem vulnus hoc sentio et pau-

lum meum nunquam sine suspirio recordabor. Tu uis
 le. Nam de reliquis et presertim ad summam repu-
 blice quid ominer et quod spem: ne dici quidem oportet est.

Mediolani. XII. kaleni. Martias.

Epistola domini. S. Petrarce. Ad Guidone septem
 Archidiaconum ianuenem. XX.

Amores italicos quotidie nisi fallo ad
 r fatietatem audis: qui uel utinam rariores
 essent uel minus immites. Nunc crebri ue-
 hementesque sunt et sonori adeo ut non tamen in gallijs
 vicina regione: sed apud indos atque arabes audiri
 queant. Magni sunt rerum motus. magni bello-
 rum strepitus. magna imperiorum iugisque collisio. magna
 denique fame uox: queque non modo alpes patrias:
 sed maria transilit. et cum magna sint semper mali
 presentia: futurorum apparatus continuo maior est. Ita
 nobis quod in omni aduersitate durissimum est: extre-
 mum malorum solatiu spes aufert. Semper ne igitur
 sic inuicem conteremur? Semper nostrorum laborum
 sonitu: cunctarumque gentium aures atque ora comple-
 bimus? Semp mundo quod audiat fame dabimus
 quid loquatur? Ita ne uero etati tamen sue: sed omnibus
 seculis. nec poetico magis quam prophetico ore locu-
 ti sunt Virgilius et Flaccus: quorum alter. Graui-
 dam impijs bellisque frementes italiam dixit. Al-
 ter. Auditum medis hesperie sonitum ruine. Agat mo-
 do fortuna: perficiat quod incepit: quando si Virgilius
 ipsi credimus: omnipotens et ieluctabilis dea est.
 De qua re: ne quid precipitante iudicio diffiniam
 nihil in presentis pronuncio. tu tamen sententiam meam
 nostri: si quid serui loqui soleo: ab hac opinione re-
 motissimus sum. Nunc loquor: ut uulgus a quo ma-
 xime dissentio. Ceterum siue illa nihil siue aliquid
 est. nam dea proculdubio non est. et rursus siue suis
 uiribus: siue nostra ignauia potens est: qui quibus
 solis obstari illi poterit arma rationis obieciimus.
 Agat inquam. seuiat. tonet ac fulminet in hoc precipue
 mundi latus ubi in utraque partes plurimum se sem-
 per exercuit. pergat. instet. premat. urgeat. et quan-
 do ita superis et inferis placet: ut dictum est cepta
 perficiat. Vereor sane ne presens prefatiuncula que-
 si magne mestitie index amorem et amore pauidum
 atque sollicitum animum tuum forte turbauerit. Pone
 metum: prouatim nihil aduersi est: certe sicut publi-
 ce nihil est prosperi. Quid enim prosperum uiris? i-
 mo uero quid nunc non triste prosum et miserum li-
 bertate mortua et sepulta: pro qua multi sepe uitas
 cum uoluptate et gloria perfudere: presertim cum
 non libertas sola perierit: sed cum illa simul fides
 pietas pudicitia. pessimusque iam morbus late re-
 gnantibus: nullus usque iustitie ac modestie locus
 est? Que quoniam sine consensu generis humani
 contigisse non poterat: ideo stomachosus et indignus
 animus non magis suam quam publicas sortem luget.
 Hinc sepe numero dolor meus: hijs que nulli ho-
 minum profunt: mihi etiam noceat frivolis queri-
 monijs euaporat. Et hoc genere principium istud
 esse noueris. Nunc ne te amplius expectatione tor-
 queam: quod destinaueras expedio. et ommissis rumo-
 ribus qui assidue aures tuas fama uociferante cir-
 cufonant: quos nullis annalibus comprehendere pos-
 se crediderim: qui pisis et qui senis populorum mor-
 quod in latus reuoluta Bononia: quis nas presentie mee
 status utinam et florentis semper sic aliquando fru-
 ctifere. quid fleat Roma. quid parthenope metu-

at: ut rebus ipsis cognomen suus terra laboris eq̄
 uerit: quibus estibus odioꝝ ferueat sulphurea tri
 nacia: quid agat ianua: quid paret liguria: qd̄ emi
 lia cogitet aut piceni: q̄ insomnis ⁊ laboriosa sit
 Mantua: q̄ meticolosa Ferraria: q̄ Verona mi
 serabilis atbeonis in morem suis ipsa canibus la
 ceretur: ut barbaricis semper incurſibus pateant.
 Aquilegia ⁊ tridentum. Postremo pudorum ma
 ximus: qui p̄donum cetus per italiā peruagā
 tur: utq̄ de p̄ouinciarum domina seruorum sit fa
 cta p̄ouincia. Ad uenetoꝝ ut Liuij uerbo utar an
 gulum ⁊ ad ea que vix dum potes audisse festino.
 Qui bello cum ianuentibus suscepto: dicam ante
 detecto: latens enim bellū defuisse nunq̄ puto: in
 tra breue tempus p̄mum victi: mox victores: rur
 sum maiore p̄lio victi sunt. In quo illis quidez ut
 hominibꝰ utq̄ italis compatioꝝ. Mibi autē gratu
 loꝝ q̄ hec eis mala omnia uentura p̄uidi: p̄dixi
 q̄ nō astrorū iudicio aut ullo uaticinij genere: qd̄
 totū despicio reicioq̄: sed p̄esagio quodā mentis
 ⁊ argentibus coniecturis: quibus in eam sententiā
 traheretur: ut videre mihi tunc viderer qd̄ nunc vi
 deo. Atq̄ utinā dux Andreas qui rerum summe
 tunc p̄cerat: hodie uiueret. Exagitarem eum lris
 ⁊ omnes aculeos icuterē: ac tota uteretur libertate.
 Bonum enim virum atq̄ integrum sueq̄ reipub.
 amatissimum sciebam: doctum p̄terea ⁊ faciūdu ⁊
 circūspectum ⁊ affabile ⁊ mitem: vno tñ offende
 bar: q̄ belli studio ardentior erat q̄ nature ac suis
 moribus conueniret. Uiuenti equidem non pep
 ci: ⁊ p̄sens uerbo ⁊ absens lris laceſcere ausus tan
 tum virum: que ille de animo meo certus patiēter
 ferebat: sed recentī victoria clarus p̄silium respue
 bat. Consuluit illi mors: ut ⁊ acerbissimum patrie
 sue luctum ⁊ mordaciores meas lras nō videret.
 Uti enim fortune testimonio solebat nec dubita
 re: quin sicut illa p̄spicioꝝ videretur: sic iustioꝝ cā
 sua eēt. Itaq̄ sepe mecum illud Scipionis africa
 ni dictum usurpabat: qui loquēs cum Hannibale.
 Dij inquit testes sint: qui ⁊ illius belli exitū: sꝰ ius
 p̄basq̄ dederūt: ⁊ huius dāt ⁊ dabunt. Illudq̄ ce
 sareum: hec facto que teste p̄bet: quis iustiꝰ arma
 induit: hec acies victū factura nocentem. Et q̄stu
 lum illi uiuendum erat ut in eundem ista reflecte
 rem: nocentem teste fato conuincens: qui teste fa
 to innocentiam astruebat. Paucis ante obitū die
 bus lras meas acceperat: aculeosas fateoꝝ. Ple
 nas tamē affectuum optimoꝝ quibus ita se torſit:
 ita responsionis studio efermuit: sicut postea retu
 lerūt qui p̄ntes erant: quasi summo pudori duce
 ret non equasse stilum: qd̄ vnū facillimum illi erat
 lraso in p̄mis disertioꝝ hoi. Id enim puto qd̄ erat
 difficillimū non curabat: retundere scilicet ⁊ frāge
 re snias. v̄bis equidem atq̄ dicēdi exercitio orna
 tus: v̄borum certamina non timebat. Sed quid re
 bus ipsis facias: atq̄ apertissime ueritati qd̄ r̄nde
 as: nisi ut taceas aut p̄firmes? Verba enī cōpares
 aut par aut superior esse potes: rebus inferior sis
 oportet. Sepe phaleratā eloquētiā nuda vitas
 vincit. Itaq̄ cum se multū torſisset: septimo demū
 die nūcium meum sine lris dimisit: r̄nsūm propi
 umq̄ nūcium pollicitus: quem non misit nec dein
 de r̄ndit: seu morbo corporis seu animi p̄uentus
 q̄ per eos dies p̄tra suam atq̄ omnium spem aio
 sissime ad littus uenetum ipsa eadē quam penitus

victam atq̄ exterritam extimabat ianuenē. classis
 accessit: cui tumultui dux ipse p̄ter morem armatꝰ
 interfuit. Nec post eū diem scire aliquid gessit: quasi
 festinans impendentibꝰ caput malis matura mor
 te subducere. Et si quidaz ferant r̄ndisse eū nescio
 quid: qd̄ nequaq̄ ad me morte forſan interuenien
 te peruenit. Post que statim apud Achaie insulā
 cui sapientie nomen est: Ueneti ab eadē illa uaga
 classe ianuenē. Deprehensi ingentiq̄ p̄elio fusi sunt
 eum honorem duci optimo differente fortuna: ut
 sicut dixi dilatam patrie sue clades in carne positꝰ
 non videret. Lerte ut ubi potissimum vinceres: di
 uinitus euenisse crediderim: quo scilicet uocabulo
 loci: saltem reliqui duces admonerent: ut sapiētiā
 q̄ fortunā sequi mallēt: ⁊ a rōne abeuntibus rerū
 elicerent argumenta. Sed nonne fideiſragꝰ sum:
 qui noua pollicitus antiqua persoluo? Expecta au
 tem. In fundo est vnde p̄missi mihi fides constet.
 Hactenus audieras: qd̄ sequitur nouum audis.
 Huic equidem tali duci iuueni senior successerat:
 ⁊ ad patrie gubernaculum sero licet: ante tamē q̄
 uel sibi uel patrie opus esset accesserat. vir ab olim
 mihi familiariter notus sed in quo fallebat opinio
 animi q̄ p̄silij maioris. Marinus phalerius viro
 nomē. Explere animum in summa dignitate non
 potuit sinistro pede palatius ingressus. Nāq̄ hūc
 ueneti ducem suum sacrosanctum omnibus seclis
 magistratum: quē in illa urbe semp ut numē aliq̄
 antiquitas coluit. nudius tertio in ipsius palatij ue
 stibulo decolarunt. Lausas rerum ut poete solent
 in p̄mordijs suoꝝ operum explicare: si compta lo
 qui uelim: nequeo tam ambigue ⁊ tam uarie refe
 runtur. Nemo illum excusat. Omnes autē uoluūt
 se eū in statu reipu. a maioribus tradito nescio qd̄
 mutare: atq̄ ita cuncta conueniunt: ut qd̄ ait Flac
 cus. Primo ne medium: medio ne discrepet imū.
 Nam qd̄ nulli vnq̄ arbitro euenisse: duꝝ ad ripā
 rhodani pro negotio pacis per me primū: ⁊ mox
 per eum frustra temptato: apud Romanum p̄ti
 ficem legationis officio fungitur: ducatus honoz
 non petenti: immo qd̄ ignaro sibi obtigit. Reuer
 sus in patriā cogitauit qd̄ ut puto nemo vnq̄ co
 gitarat: passus est qd̄ nemo vnq̄ in loco celeberrimo
 omniumq̄ clarissimo atq̄ pulcherrimo eorū
 que ego viderim. ubi maiores sui sepe letissimos
 honores pompis triumphalibus deduxerunt. Il
 lic ipse seruilem in modū concursu ppli tractus ⁊
 capite truncus occubuit: templiq̄ fores ⁊ palatij
 aditū scalasq̄ marmoreas sepe uel festis insigni
 bus uel hostium spolijs honestatas: sanguine fe
 dauit proprio. Locū signaui: tempus signo. Annꝰ
 est ab horu Christi. 1355. dies fuit ut ferunt. xiiij.
 kalend. maij. rumor est tantus: ut si quis urbis illi
 us disciplinā moresq̄ perspexerit: quantam ue re
 rū mutationem vnus hominis mors minet: q̄ q̄
 alij plures ut perhibent complicū ex nueronidem
 supplicium uel pertulerint uel expectent: vix ma
 ior in italia temporibus nostris emerſerit. Idie for
 te meum iudicium expectes. P̄plm si fame credi
 tur absoluo: q̄ uis ⁊ lenius seuire: ⁊ dolorem sauz
 mitius vindicare potuerint: sed non facile iusta si
 mul atq̄ ingens ira comprimatur: magno p̄eserti
 in populo: ubi iracundie stimulos rapidis incōsul
 tisq̄ clamoribus p̄ceps atq̄ multiuolum vulgꝰ
 exacuit. Infelici hoi ⁊ cōpatioꝝ ⁊ indigno: qui bo

norem auctus insolito: quid sibi sub extremum vite tempus uellet ignoro. cuius illud quoque calamitatem pregrauat: quod prescripto publici more iudicij non modo miser fuisse: sed insanus amensque uidebitur: et tot iam per annos sapie falsam famam uanis artibus usurpasse. Ducibus qui per tempora fuerint edico: positum sibi pre oculis sciant: ubi se videant duces esse non dominos: immo uero nec duces sed honoratos reipublice seruos esse. Tu uale. et quoniam publica fluctuat: demus operam ut puertas nostras res que modestissime gubernemur. De diolani. ix. Kalen. Maias.

Epistola domini Francisci ad Modium parmensi. XXI.

Lipsit adolescens noster tibi nescio quid: immo uero nescio quibus uobis aut qualiter.

Quid autem scio. Scripsit autem non ut precibus te grauaret: sed ut animum exploraret tuum: que prouisus esset ad puictum nostrum. Leterus que ex illo audisti: quo dubij nihil etas infirmior et ad optata consequendum precepta pariat: ex me forsitan cupis audire. Accipe igitur: et ex paucis multa comprehendens hoc uelut socialium pactorum cyrographum habeto. Cupio equidem te: non ignarus magnorum tibi ac prepotentium hominum aulas patere. Sed ita mihi persuasi melius tibi futurum nostra cum paupertate: que cum illorum diuitijs si bene animum tuum noui. Dulcius est enim honesta paupertas cum amico: que sub domino diuitie ingentes: preserti libertatis quietis et frugalitatis auido. qualem te si natura non fecisset: ut auguro: studium fecit. Ne ue paupertatis nomen suspectum sit: scito ut nihil hic sordidi: nullum meste indigentie locum esse. sic sollicitas et graues huic abesse diuitias. Comparatio sola est que uulgo diuitias et pauperie facit: quelibet ex hijs querulis qui perpetuis sorte suas inutilibusque puictijs ac lamentis exagitant. Amice illi cesareo comparatum diuitem extimabis quelibet ex hijs beatis: qui non suis bonis auro purpurisque superbiunt. Si Marco crasso illi diuiti aut lidori regi creso admoueas: pauper erit. Sane uerum diuitem non uulgaris opimo sed solus animus facit. Nunc tu quales afferas ipse uideris. Nunc tibi rerum optima preesto sunt: mediocritas et libertas. Non ego te ad furtum sed ad amicitias uoco: aut nunquam pariter ac nusquam aut nunc mecum: si uocanti obsequeris liber eris. Si queris igitur ad quid te uocem: iam respondet ad amicitiam: ad puictus. Ac ne ad torporis uocari metuas: agere aliquid te uolo. ita tamen ut actionis modus ex arbitrio tuo pendeat: an incipere: quorsum ue progredi libeat. Ne mo te calcaribus aut clamoribus urgebit. Nemo tibi frena substringet: ipse uite tue cursus regemque moderabere. hunc ipsius adolescentem si se dignum exhibuerit meliorem et doctiorem facies. Aut enim ex te discet aut ex nemine. Te ab infantia mirari didicit: teque ante alios amare. Multum uero doctrine preferunt familiaritas amor: admiratio. Ad hec et nugarum aliquid mearum non nisi quantum libuerit: et si libuerit scribes. Tuum erit iudicium an digne sint: que tuum rebus proprijs non ociosum calamum fatigent. In studij mei partes ueni. mea mihi magis prebunt: si tuo scripta sint digito. Spargo siquid mihi uel obliuione uel incuria sit elapsum: subterfugere manus tuas ingeniumque non posse. Pro hijs tibi non montes auri: non purpureas togas:

non marmorea atque ebore et hebano crustata palatia: sed que tibi gratiora coniecto: uictum non iope sed modestum: et philosophico non audeo parere dicere sed proximum. Ocium preterea solitudinem libertatemque polliceor. mirum quam prestare mihi ipse non possum. hanc tibi spondeo. Sed sepe pallens medicus: salutem alteri tribuit quam non habet. Ego quidem impotente et inutilis et moleste fame compedibus sonitumque nois ac fulgore superuacuo. uerumque ut ingenue fatear indigno: nec liber esse possum nec latere. Tibi in terra aliena donec saltem nosci ceperis: et ocium et libertas et latebre iucundissime me non deerunt. Nec sunt que in presens sese offerunt aduentus tui premia. Uelle addere posse aliquam te forte dulcedinem in scribendo ex nostrorum studioque participatione sumpturum. Sed et de hoc uideris. Unum tibi preterea quod non in ultimis licet in ultima parte epistole posuerim: erit uicinus Ambrosius. Uale.

Franciscus.

Epistola domini Francisci Petrarce ad D. Nicolaum Syoceros magnum interpretem imperatoris constantinopolitani. XXII.

Lari animi clarum munus ut decuit: fuit.

Operationes enim hominum animum imitantur. Et qualis quisque sit: ex actuum qualitate conspicitur. Singulare aliquid te decebat. Nepe singularis es uir: et ab acie uulgaris tota intentione remotissimus. Si esses unus e populo: fecisses ut reliqui. Nunc autem implesti magnifice quod tuum erat. Unoque actu et amicitia et ingenium aptissime declarasti. Misisti enim ad me de europa ultimis donum quo nullum uel te dignum uel mihi gratum: uel re ipsa nobilius mittere potuisses. Magnus ille rex Syrie Antiochus: ut quidam putant: siue ut Liceroni placet rex pagameorum Attali. Seno. P. Scipioni: magnificentissima dona usque ad numerum misit ex asia que ille uir clarissimus non abscondit: sed ut ait idem inspectante suscepit exercitum: cuius auus africanus ille superior: insignia munera Masinisse regi legit donasse ut utis ob meritum: qua romanum exercitum enire admodum in bello iuuerat. Fecit idem sepe alij. Neque enim modo sepe publicas puatasque munificentias enumeror: sed attingo aliquas: quorum relatu facile quod sim dictum intelligas. Donant aurum quidam uel argentum percipibilem forte: sed certe periculosissimam terre fecerunt. Donant spolia rubri maris et alge ditioris eruias: lapillos gemmasque cometarum in more sepe lugubre presus ac sanguineum rutilantes. Donant monilia et baltheos fuliginosorum decus artificum. Donant squallentium opus architectorum arces et meua. Tu uero uir optime nihil horum que et opulentiam largientis consideret et accipientis auaritia irritarent. Quid igitur? Rari munus et iucundum: meque utinam te profecto dignissimum ut dicit. Quid enim ingeniosissimus atque eloquentissimus: nisi ipsum ingenij et eloquentie fontem daret? Donasti Homerum: quem bene diuine ois inuentionis fontem et originem uocat Ambrosius Macrobius: et si oes tacerent: res ipsa testatur: sed fatentur oes. Ego autem ex oibus sciens unum tibi testem protuli: quem ex oibus latinis tibi familiarissimum esse prepedi. Illis enim facile credimus quos amamus. Sed redeo ad Homerum. Nunc tu mihi uir amicissime donasti: cum non in alienum fimonem uolento aluo deriuatum: sed ex ipso greci elogi scatebris purum

z incorruptum: z qualis primum diuino illi pflu
xit ingenio. Summum utiq; z si uerum rei pcius
exquiratur inertimabile mun^o habeo: cuiq; nil pos
sit accedere: si cū Homero tui quoq; pntiam largi
reris: qua duce peregrine lingue ingressus angu
stias letus z uoti compos dono tuo fruerer: attoni
tusq; pspicerē lucem illā z speciosa miracula: de q
bus in arte poetica Flaccus ait. Antiphatem scila
q; z cū ciclope caribdim. Sed nunc quid agā? Tu
mibi nimium pcul abes. Felix utriusq; lingue no
ticia singlarī. Barlaam nostrum mibi mors abstu
lit: z ut uerū fatear illū ego mibi pū abstruleram:
iacturam meam dum honori eius consuleres non
asperī. Itaq; dū ad episcopitū scādētē subleuo: ma
grm perdidī: sub quo militare cepam magna cum
spe. Longe impar fateor tui z illius rō. Tu mibi
multa: ego tibi qd pferre possim non intelligo. Il
le autem cum multa mibi quotidiano magisterio
cepisset impendere: non pauciora quidē: sepe etiaz
lucrum ingens ex puictu nostro sese percipere fa
tebatur. Urbane nescio an uere: sed erat ille uir ut
locupletissimus grece: sic romane faciēdie paupri
mus: z qui ingenio agilis: enūciandis tamē affecti
bus laboraret. Itaq; vicissim z ego fines suos illo
duce trepide subibaz. z ille post me sepe nostris in
finibus oberrabat: q; q; stabiliore uestigio. Itaq; z
hic quoq; rō diuersa. Illi enī plus mlto latini: q;
mibi greci erat eloquij. Ego tum p̄m̄z inchoabā.
Aliq; tulum ille pcesserat: ut qui italice natus eēt
in grecia: z qui licet etate prouectior: latinoz puer
sationem: magisteriumq; sortitus: ad nām ppriaz
facilius remearet. Illum mors ut paulo ante que
stus suz te mibi mortī non absimilis rapit abntia.
Et si enim ubiq; sis: de tanto gaudeam amico:
uiua tamē illa tua uox que discendi fitim qua me
uri non dissimulo: posset uel accendere uel linire:
minime aures meas ferit: sine qua homerus tuus
apud me mutus: immo vō ego apud illum surdus
sum. Gaudeo tñ ul' aspectu solo: z sepe illū ample
xus ac suspirans dico. O magne uir q; cupide te
audirē: sed aurium mearum aliaz mors obstruxit
aliā longinqtas inuisa terrarū. Tibi quidē pro exi
mia tua liberalitate gr̄as ago. Erat mibi domi di
ctu mirum: ab occasu ueniens olim Plato p̄horuz
pnceps ut nosti. Neq; enim uereor: ne tu tant^o uir
q; scholastici quidam solēt: huic preconio obstre
pis: cui non Licero ipse: non Seneca: non Apule
ius: nō Plotin^o magnus ille platonius: postremo
non Ambrosius: non Augustinus noster obstrepe
ret. Nunc tandem tuo munere uir insignis: p̄horuz
pncipi poetarum pnceps accessit. Quis tātis non
gaudeat z glietur hospitibus? Habeo quidem ex
utroq; q̄tū latinitas habet in fmōe patrio: s; gre
cos spectare: z si nihil aliud: certe iuuat. Neq; p̄te
rea mibi spes eripitur etate hac p̄fectus in lris
ur̄is: in quibus etate ultima p̄fecisse adeo cernim^o
Latonem. Tu sigd forsan ex me cupis redde mibi
fiducie tante vicē: z in me iure tuo utere. Ego enī
ut uides iure meo uto: in re: z qm̄ petitiōis succes
sus petēdi nutrit audaciā: mitte si uacat Hesiodū.
mitte p̄cor: Euripidem. Uale uir egregie. nomēq;
meum q; sine ullis meritis: nescio qua indulgētia
uel hominum uel fortune: satis in occidēte cogno
scitur: in orientali aula si uidetur: z inter ur̄os be
roas notum facito: ut q; romanus Cesar ample

ctitur Constantinopolitanus nō fastidiat impera
tor.
C Mediolani. iiii. idus Januarij.
C Ep̄la dñi Francisci Petrarche ad Joannem de
Aretio.

XXIII.

Ogas immo vō debiti mei admones: ut
hui^o iunioris Jacobi de Larraria uiri op
timi: optimeq; de nobis meriti: qui nuper
pataui dñs dictus est: re autem ipsa nihil min^o do
minus: magis q; v̄issim^o patrie pater fuit. laudes
atq; fortunaz stilo amplexus: hinc aliqd ad te scri
bam: amoris scilicet merorisq; participez. Parua
quidem res: si superficietenus metiare. Sin alti^o
foderis: operosior forte q; putas: quoniam z pane
giricti uiri virtus: z mors erigit tragediam: p̄cla
rissima duo poetici laboris opera. Latam igif at
q; uberem dicendi mām affers: sed in qua distus
fieri rerum potius q; ingenij laus sit. Quid enī il
li defuit qd claro p̄conio dignum eēt: quid dolori
aut desiderio nostro deest? Et natura faciendus est
dolor: z desideriu; vi mutue relationis accendit.
Prout opus z de illo ad te scribere: z e duabus
vitandis stili metis: alterā nō timere: ne qd nimis
quin etiam plaudente italia p̄cordi testimonio bo
norum: ne obstrepētibus qdē malis: apud amicas
aures laudare quē diligas. Accedit indigne atq;
insolite genus mortis: z in qua fides apertissima
vulgato illi puerbio quereretur. Aliene dominuz
fieri quēlibet vite proprie contemptorem. Laz re
pente enim medijs licet in penetralibus augustis
sime domus sue: ingenti procerum ac nobiliū ami
coz custodumq; sui corporis circūuallatus agmī
ne: luce media: die festo: securus z incautus in ob
sceni ac desp̄ati canis: z ne qd imanitatis abforet:
ei^o canis quē ad mensam suaz illo die pauerat: assi
dueq; pascebat. rabiē cruētusq; ritus icidit: ut nul
lo vnq; indigniori spectaculo oculos hoīum polu
tos rear. Cū enim ipsi qui scelus audiuius sic af
fecti sumus: q; miseri sunt qbus videre cōtigit: mi
tissimum atq; alio sine dignissimum illum uirum:
beluāq; infamē ac pestiferaz: vno momēto tempo
ris: vnoq; uelut turbine corruētes? Lam p̄ceptis
enim inopinūq; maluz fuit: tāq; incredibilis astan
tuz stupor: ut fidissima pectora pro dilecti capitis
salute: mortem equo aīo subitura nihil illi pereun
ti tempestiue opis afferre potuerint: nisi ut pars
expirantem attolleret: pars infandum carnificem:
excarnificatum mille vulneribus conficeret. Heu
impar sceleri vindicta. heu nimium par exitus im
parium spūm z in diuersa pergentium. Que cuz
ita sint: precibus tamen hacten^o oblucto: tuis: nō
laborum fuga: non occupationum mole: q; uis illa
sede adsit: hec autem nunq; desit. Demum nō ali
am ob causam: nisi nec semel absumpto doloris i
petu: frigescat fortasse anim^o: qui tāti amici memo
ria z indeficienti lachrymarum materia delectat:
exhaurire oculos metuit: quotidieq; sibi aliqd re
seruat. O flebilem p̄simoniam. quid de illo loqua
tur? quid meminerit? qd deploret? Postremo cui
ppositum est illius uiri faciem ac mores: illi^o v̄tu
tem ac fortunam: semp ante oculos habere: z cum
cuncta suspiciat: nihil p̄ter exituz lamētari. q; q;
hoc ipsuz humani potius affectus q; p̄fici p̄fect^o
esse non negem. Quotiens enim rōnis passib^o ad
altissimam illam arcem etheree mentis ascendor
vnde non minus q; e summis olimpi iugis: nubes

sub pedibus cernuntur. Uideo qua hic rerum caligine: qua errorum nube circumdati: quæstis in tenebris ambulemus. Uideo nihil esse quo passim gaudeamus aut dolemus. in hac vita nihil quod tantopere uel cupimus uel horremus. Augas meras quibus angimur: laruas quas pueri senes expauescimus: auramque leuissimam qua deijcitur aut leuamur: prorsus aridissima leuitate. Uideo eam ipsam que mortalium felicitas dicitur: propter virtutem solidi nihil esse eam solas beatos facere quos amplectitur: miserosque quos deserit: et pedibus ut aiunt in hanc stoicorum sententiam totus eo. Ita quidem ut diffinitionem illam omnium philosophorum diffinitionibus anteponat. que uirtutem esse ait recte sentire de deo: et recte inter homines agere. Profecto autem cui talis animus contingerit: nulli unquam lamentabilis poterit esse fortuna: sed optanda potius et iuidiosa felicitas. Sane nos imbecile caducumque genus: homines imis in uallibus habitantes: graui premente sarcina: ratione quidem ad excelsa ascendimus: ideoque uulgo quæ uero præmiora sentimus ac loquimur. Hinc mee multorumque querimonie: de rebus interdum friuolis: interdum nullis: nonnunquam uero felicibus: tanta uotoꝝ puerfitas: tanta est cecitas animorum. Sed ecce iam sensus aberrauimus ab incepto. Ad præmordium reuertamur. Nondum itaque de oblata mihi materia texere continuum aliquid ausus sum. et cæcum audisti. Leuiter enim omnis dies humanis etiam nunc moribus obnoxio: nouum aliquid de ipsius morte suspirium parit. ut si cuncta scribis mandare uelim: nil fere aliud acturus sim. ideoque uentis mandare profectus sit. Interdum tamem et scribis. Quale est illud. quod cum nudius tertius digressurus patano ad memoriam reuocassem rogatum me: ut quod sine precibus debeo: illi caro et amato cineri: aliquid epigramma subscriberem: sed diem de die trabentem neglexisse: dolui mecum et erubui: quod omnino tam pio et tam debito obsequio prelatum. Licet iam frequentes afforent qui me prosequerentur: et in præmissis premissa reposcerent: que nec negari pudor: sineret: nec tempus impleri. Quid facerem? Lepi impetum: si quo modo possem addere calcar ingenio. profectusque cum paucis ad sepulchri locum quasi licentiam quam a uiuente conueueras ab exanimi percepturus. intempestiua hora diei erat obsecratisque templi foribus et meridianis edituis uix admissus: iussis expectare comitibus accessi solus ad tumulum: sedique iuxta. et non risuris ossibus uerba dedi. Illic ergo pro tempore breuissimam moram trabens: non sine lachrymis: sexdecim elegos dictaui: ardore magis animi quam studio aut ratione artis adiutus. tradidique expectantibus amicis: uix ad exitum productos atque abij. hortatus ut si nihil aut illis aut mihi interius melius occurrisset: ex his siquid placeret eligerent arbitrato suo: incidendum marmorei: ad quod poliendum insignis nunc artificum defudat industria. Vale.

Epistola dñi Francisci Petrarce ad Joannem de certaldo.

XXIII.

Easti me munere magnifico et insigni. Ita3
b dauidicum pelagus securio: nauigabo. Uita3
babo scopulos: neque uobꝝ fluctibus: neque
fractarum sententiarum collisione terrebo. Solebam
bami ipsi3 meis uiribus in altum uiti. et nunc altius bra-

chia iactando: nunc posse fortuito subnixus: per obstantes fluctus fessum ingenium laborare. Ita quidem ut sepe cum petro mergi incipiens exclamaret. Dñe saluum me fac. et sepe secum Christo manum supplicibus porrigente resurgeret. Nos inter estus: puppis tu mihi preualidam et nauclerium industriam destinasti diuini ingenij Augustinum: cuius opus immensum: quod uulgo tres in partes: apud quosdam preuicariam diuisus: multis et magnis uoluminibus continetur. totum uno uolumine comprehensum: et a te mihi transmissus: letus stupensque suscepi. Et dixi mecum Non est inertie locus. Siquid oculi superit iste discutiet. Magnus adest hospes: et magno curandus impendio. Dormire totis noctibus non sinet. Frustra paletis aut conuinctis oculis. uigilandus est. lugubrandum est. frustra quidem meditamini. laborandum est. Uerum dicam. Nemo ex amicis illis sine admiratione resperit. cunctis una uoce testantibus nunquam se librum tanti corporis uidisse. quod de me ipse profiteor: rerum tantum haud ultimis ingitor: nec mole litterarum quam sensuum ubertate: maius opus. Modestum est cogitare: quæstus ille uir ingenio: quæstus studio fuit. uel ille feruor impetusque scribendi: sancto uiro illa rerum diuinarum notitia: terrenis diu premissis illecebris capto. illa demum laborum patientia seni. illud oculum episcopo. illa romani eloquij facultas afro homini: de quo proprie dictum putes quod ipse de Marco Uarrone dixit terentianum secutus. Uir inquit doctissimus uidebatur Uarro: qui tam multa legit: ut aliquid ei scribere uacauisse miremur. et tam multa scripsit: quæ multa uix quæquam legere posse credam. Sed ut alia omittam: eiusdem ingenij monumenta: seu que multa sunt mihi: seu quibus adhuc careo: et rursus seu que retractationum suarum libris: ipse idem commemorat: seu que ibi uel oblita forte uel ueglecta uel nondum scripta preterijt. ad que omnia relegendum uita humana uix sufficit: quis eum si nil aliud egisset: unum hoc scribere potuisse non stupeat? Nullum unum et unius opus hominis latinis editum scribis: huic magnitudini conferendum scio. nisi forte sit alter eiusdem liber in epistolas Pauli: quod nisi fallit estimatio frustraturque memoria: prope ad eandem litterarum operam uidetur accedere. uel Terentij romanarum rerum liber ingens: quem in partes quas decades uocant: non ipse qui scripsit: sed fastidiosa legentium scidit ignauia. huic tali amicitie tue dono: preter eam quam loquor: magnitudinem: et libri decore et uetustioris littere maiestas: et omnis sobrius accedit ornat: ut cum oculos tibi figere ceperim: siticulose byrundinis in morem: neque nisi plenos auellere. Ita mihi sepe dies impræsumus preterlabitur: nox insomnis. In quo quidem delectationi mee: quas iam fere unicam nec nisi ex litterarum lectione percipio: quæstum hac tua liberalitate sit additus: non facile uulgus existimet: cui ex corporeos sensus nulla uoluptas est. Tu uero profacile neque mirabere. libri huius aduentum me scieter atque anxie expectasse. Scis ut cupiditati longa breuitas festinatio tarda est. Quod si apud Nasonem amantis insani verbum est. Septima nox agitur: spatium mihi longius anno. quid mihi visum putas: cui inter expectandum: ut ex persona alterius: ut idem. Luna quater latuit toto quater orbe reuertit. Solet honesta cupientium flamma: serenior esse non segnior. Consulto tamen actum rear. Non quidem abste-

qui in mittendo multam sollicitudinem habuisti: sed ad formam potius: ut ipsa dilatio desiderio meo calcari: muneribus tuo gratiam cumularer. Pro quo tibi grates meritas agendum: ne forte putes: quod huius epistolae protextus aut dies vnus modum statuat: non alium scito quam legendi viuendique finem fore. Vale nostri memor.

Mediolani. v. idus Maij.

Epistola domini Francisci Petrarce fratri. B. de columna romano episcopo Theatino. XXV.

¶ On aliter tuas legi: quam frontes oculosque tuos spectare consueueram. Quid tibi vis dicam pater? Conscientiam meam testor. Semp̄ ego tecum sum: et cupide tecum visor: quam situm finor: interiecto tanto maris ac terrarum spatio. Leterum illo die multisque sequentibus dum alternis epistolam tuam pono: et positam resumo: dumque illam nunc lego nunc cogito: diu toto animo tecum fui. Tibi sane in presentibus occupatio: etiam fragilior: quam soleo: quod et loci mutatio curas auxit: et vires corporas morbus imminuit. hoc vnum pro resurrectione reddiderim. Gaudeo mediisfridus te ad propria sedes incolumem peruenisse: atque feliciter tyrenum littus adriatico permutasse. Gaudeo atque utinam propediem locum hunc felicior aliquo ad extremum visum permutatione felicissima terram celestibus permutemus. Quid autem uetat augurari? Lito te tyreni maris ora reuisurum: ac prope theanum tuum antiquum uel parthonopeo littori: uel cassilinis collibus pre futurum romuleis malem: idque magis uel origini tuo debitum uel uirtuti. Sed tam alta spectare prohibet durior: nunc italica fortuna: haud equidem pro sus immerito. Neque enim iniustus est: ut eo diu careant: quo se ultro per insolentiam atque impatientiam spoliarunt: quamquam quod nos meriti: quos nodum ad uite finem fors uolenta proiecerat. Sed neque id nouum est: paterne culpe supplicium in fontem ferre progeniem. Lomederunt acerbas uinas patres nostri: et ecce filiorum dentes obstupescunt. Et iterum. Patres nostri peccauerunt et non sunt. et nos iniquitates eorum portauimus. Itaque tyberinos honores cuncta rodens rhodanus uorax: et que spectacula bone Iesu? Sed ne congratulatoriam epistolam querelis impleam ad te reuerto. Gratulor quidem tibi. et spero dignitatis tue gradum hunc esse non terminum. Leterum quocumque pedem moueris: animo prosequer. et ubicumque fueris tecum ero. Quod si imaginarie presentie forsitan uera successerit: te pater optime barbatumque meum eximie gauisuros: tacetibus licet uobis certe scio. Non opus erat huic rei asserende: multum tempus impendere: animos uos noui. Uerum id hac tempestate uerum fatear. occupationes meas circumspectans non tam spero quam cupio: o si quotiens uellem possem ut animum: sic corpus hoc in logica transmittere: quam sepe me hospitem haberetis. Sed enim id non autem futurum credimus: quam corruptibile hoc in corruptionem: et mortale istud naturam induerit immortalē. Vale. iiii. non. octobris.

Epistola domini Francisci Petrarce ad episcopum Lanalicensem. XXVI.

¶ Cumque alijs quorum uel liberalitate uel opafretus eram: quod dicerem inueni. Ad te scribere cogitanti: mirum ut et sepe uerba defuerunt. Quid enim dicerem? Ita mihi persuasum profundeque insitum est: tuum te negocium agere dum

meum agis: idque non emolumentum consideratione vulgaris: sed alia quadam generosa et ingenua expectatione paucorum: et in primis tua. Sunt enim qui nihil nisi pecuniario proicio extimare didicerunt. Tempus amicitijs impendunt quo nihil est carius: tamen nihil sibi videntur impendisse: nisi forsitan quod tum lucri id ipsum tempus intentis ad alia: collaturus fuisse uidebitur. Dant pro silium. dant auxilium. dant animam. dant se ipsos. nihil se dedisse putant. forte etiam nec falluntur. At si quid pecunie impensum est: id extimatione tacita: id impotentijs uerbis exaggerant. Haud immerito: quam eis pecunia proicio? nihil est. non tempus. non fama. non sanguis. non uita. non anima. tamen imperij iter miseros mortales auro argenteoque dedit insana cupiditas. Tibi uero meo alia diuersi mores: iudiciumque dissimile: non te superficialis rerum fallit. solerter introspicis et suum precium rebus ponis. Non tu ex me aurum sparis: non ambitiosa suffragia: sed animum meum et obsides animi effectus tenes potius quam speras. De futuro etenim spes est. Itaque quod habet sperat nemo. Tu quidem pleno iure animum meum habes. ubicumque sum: ille tecum est: quem tibi pulchra negociatione mercatus es. Pietas. fides. humanitas. sapientia. eloquentia. litterarum amor. charitas mei. uersa ratio suavis: et fluata dignitate familiaritas iaudita. Nec sunt precia quibus me hominem liberum commo parasti. Posses non inficior proctum communi iure rescindere: ultra dimidiam iusti proicio deceptus. Non tamen id uereor. Nam et proscripta res est. et multa pro terea licet exigua: in se adeo possessoribus cara sunt: ut ea uix ullis proicio commutasse uelint. Innumerae sunt affectuum humanorum cause: et inextimabiles extimantium uoluntates: inuestigabilesque respectus. Quidam uasti animi sunt: et appetitum non nisi ad immensa transmittunt. In his orbis ipse terrarum carcer uidetur et angustia. quod de Alexandro macedone: ac de Julio cesare lectum est. Contra alij minimis delectantur: magna fastidiunt. huiusmodi tugurium regia est. ampla domus ergastulum. tales puto fuisse Dyogenem et amicum illum cesarem: procius quam uector sibi permaximus obtigisset. multos quoque alios: procipue ex nostris qui pauperem ducem nacti omni studio fecerunt sibi familiarissimam paupertatem: in scissuris lapidum atque in desertis specuum habitantes. Sic et in reliquis inuenies. Quidam purpuras mirantur: et quicquid super humane mensura modum attollitur: atroniti et bian-tes aspiciunt. In his regnare felicitas prima est. Id si fortuna negauerit: at saltem amicitijs regum student: et proximum regno putant esse sub regibus. Alij omnem potestatem perosi ferre nequeunt regis occursum. Quibusdam melle dulcior: ut dixi: alijs amario: felle pecunia est. Itaque nimios alij non quasi fallax et fragile mortalis uite prosidium: sed quasi fratres aut filios amant. Sepe plus etiam quam se ipsos: quam ut numis parcant: fame percunt. Horum alij proctum ceu contagiosum aliquid euitant: et quasi non sufficiat auaritia declinasse nisi in proctum relabatur: bellum indixere diuinis: quas ut ualde optare imbecillis: sic non posse pati eneruati ai. Hic est apud Flaccum extrema illa ridicula procul a uirtute distantia: Staberij et Aristipij: quorum primus multiplici pena hereditibus apposita ni paruissent omnem ingentis patrimonij sui modum sepuchri

saxo iussit insculpi. quo scilicet posteritati nota felicitas sua ceteris: quae in diuitijs reponerat. Alter in libris suos: aurum suum quo granati tardius icedebant: quasi cenam iussit abijcere. Cum ille posset res caducam prius uenerari: et hic in meliores usus largiendo quam proijciendo peruertere. Sunt quibus in rebus omnibus mediocritas placet. Horum ex numero esse uelim. nec uerebor: pusillanimitatis infamias. meque illo Senecae testimonio tuebor. Magni inquit animi est magna pretemere: et mediocria malle quam nimia. Sed ommissa uotorum uarietate mortalium ad nos et rem nostram redeo. Tu quidem quam industriae amicitias regum colas: insigni nuper exprimito et preclara usque ad exitum fide monstrasti. adeo ut te et amicum rex dum uir: et nunc etiam regnum ipsius Siciliae patrem nocet. Nec ideo quod in motu stare peruenias: ualle odios. doctus et suspicere: et eque prospicere: nec tamen ima despiciere. Omnia enim agere uirtus docet: et diuersissima licet uno rationis imperio administrat. Non sum rex. Quid refert: si apud eum cuius sum questuluscumque sim: in precioso sum? Multi deformes coniuges ardentius amant. Sepe quo minor: filiorum indoles: eo paratum amor fuit intensior. Scipio africanus summus hominum filium usque adeo dissimilem patri ut hostis non filius uideretur: plusquam paternae dilexisset tradidit. Mirum: sed aliquid latet quod amorem excitet amantemque sollicitet. Sine causa enim nullus amat. quamquam alius non tam prius ad amandum eadem causa tanto impar fortis sita sit amori. Certe ego dum me metior: quod de me ipso sentiam in dubio sum. Fateor enim. ipse mihi non placeo. Nec mirari sufficio quod est hoc quod clarissimis uiris. neque enim uereor: ne uanitati detur: si hanc mihi uere licet immerite glorie partem summo: clarissime inquam omnium qui nostra aetate uixerint: carum fecit. Dum eadem ipse res meas funditus excutio nihil inuenio quod in me bonis amabile suspicer. propter unum hoc: quod ipse etiam quicquid sim bonos semper amari et colui. semperque ab his amari et uolui et optaui. nec ulla mihi in uita maiores opes posse contingere ratus sum: quam beniuolentiam bonorum atque illustrium uirorum: quorum quo minor est copia: maior est gratia optabilisque praeiudicium. Sed dum cogito tot claros uiros haud facile in uno simul omnes errore versari. nescio quomodo de me mihi spes oboritur. Ita ut dixi dubius sum: nec scio quid mihi: quod alijs credam. Uos uideritis quicquid me uobis amandus nullis causis apparentibus delegistis. Uerum ut non alios fileam: de te loquor: quae a principio crebrioribus et clarioribus indicibus patrem sensi. Ueni Mediolanum: inquit Augustinus ad Ambrosium episcopum: in optimis notum orbi terre. Et post pauca. Suscepit me inquit paternae ille homo dei: et peregrinationem meam episcopalis dilexit. Quid tibi: quod mihi uenientibus dici potest? Ueni ego non Mediolanum: unde tibi mihi haec scribo. quo praedem a te corpore digressus cum alio pergerem: fortuna sic res hominum uolente praenit. sed in uicinis tui secreta. non te quidem quem adhuc nisi facie non noram: sed solitudinem ab infantia dilectam ac locorum silentium querens. Ueni: ubi a te quam paternae susceptus sum: quam erga me familiariter simul episcopalis te gesseris: tu forte uel nihil ex times: uel quod ualde beneficiis inesse solet oblitus sis. Ego non si letbei gurgitis flucta transferis obliuiscar. Ut me semper una fronte unoque animo uide

ris: ut ad te inde uenientem exceperis: morantem excitaueris: segne increperis: et adhortationum stimulis sepe segnitiam excusseris. Sepe nec stimulis parentem urbe relicta tua: quoque me dignatus sis consolatusque praesentia. neque hospitium amor attraxerit quo locorum tuorum charitas non traheret. Ne ne ut ceteras praetermittam illi locis immemorem arbitraris. dum coactis sarcinulis Italiam repetens sero ad te pro benedictione ac licentia uenisses: ante solis occasum ruentiam transiturus. ut te grauer egrotantem: quod dolori meo parcens me celaueras: me stus et admirans repperi. Ut subito factus alacrior totos penates leto quod est sibi modesto clamore complecti: te sanitati redditum aduentu meo praedicatio. ut in egregium fratrem tuum uersus: nihil iam te de salute dubium dixisti. quem querebas inuenisses. ut mor dum ego dolens quidem et inuitus sibi urgente hora que ad transitum rapidissimi fluminis iam tardior uidebatur: propositi mei summas et ad quod uenissem quo ue iter intenderem indicassem tibi: repente tristior: et pene inter mortuos orasti: ut illam tibi noctem darem. Affuturum enim deum: et aliquid remedii monstraturum. Quod cum pietate tua uictus annuisses meruisti: ut precibus credo tuis: quod Scolastica quodammodo ego scissima pro benedicto fratre promeruit. Ingens et inopinus iber affuit: cum tota non pluisset estate. Ceterum quae seu laborum usus seu natura est satis iam praeter uentos et fulgura et estus et pluias induruisse: uideo: unum forte cessurus impedimento. Quod et sibilorum quae mecum ferendos assumpseram amore tangebatur: ac uehementissime retraherem: post me tamen illos dimittere non uetabar: et tergum indomitum imbribus dare. Obstaculo interim ualidior detineor. Siquidem nocte illa priusquam a colloquio tuo in cubiculum transissem: rumor ad nos incredibilis praenit: te gaudente: me propter miraculum factas a te fabulam opinante. Iter quod destinaueras bello fractum: quod nec nostra unquam nec auorum nostrorum aetas audierat. qui cum mane percrebuisse auctus: substiti. atque his causis in unum coeuntibus effectus est: ut sint olimpia soror: noctis spatium fraternali more: sic tu prius pater more mee prope integrum anni tempus adiungeres. cui totum ut quicquid id est uite reliquum adiungere potuisses: ut non a te magis corpore quam mente diuelleret. Sed quod tunc nequiuisti nunc implere satagis. Idque non uobis: cui tamen fidei plurimus inesset: sed his que mentiri nesciunt rebus probas. Laces tu quidem: sed pietas tua loquitur. clamant acrus. Pro quo gratias agens clamat animus meus. lingua tamen silet: cui paria meritis tuis uerba non suppetunt. Id enim agis: non ut uulgare aliquid: sed ut suprema uite gaudia: libertatem: solitudinem: otium: silentium. Id agis ut laborum ferias: ut tranquille mentis status: ut te postremo: ut me mihi restituas. In quo te adeo peruigilem probes: quasi rerum immemor: maximarum: huic uni omne studium curamque deuoueris. quod mihi stupens Socrates meus scribit: et stilo efficit: ut pene rebus ipsis interfuerim. Perfecisti iam tandem ut spero quod sepe temptaueras: obluantemque fortunam pro nisu et indefessa diligentia fatigasti. Uicta iam nobis cedit et patitur: ut quod semper optaueram prope te uiuam: prope te moriar: quod si ita est ut audio fecisti re fa-

teor: quæ nescio an ulla mihi gratior fieri posset. Ceterum ut principio finem iungam. conscientias tuam interroga: illa tuum te quoque negotium fecisse fatebitur. Supple igitur inscientiam meam: et tu tibi gratias age: quod licet a nemine fieri: ipsi ego patri nostro Molderi. scripserim: sic habeto efficacissimam uberrimamque omnium in terris esse gratiam: quæ bene conscius animus in silentio refert sibi. Uive et uale. Mediolani. vij. Kal. Maias.

C Epistola Domini Francisci Petrarche Barbato Sulmonensi. XXVII.

Iuidisse fortunam nostre amicitie crediderim. ita nos distraxit ac dissiuit: ut vir hoc ipsum commercium litterarum extremum solamen absentie sit relictum. Ubi enim ut sit oculi: ubi inque nuncij: Ubi fides: piget occupatos ac defessos hos digitos: tantum quotidie litterarum perdere. Tu mihi nam meminisse nescio quem dudum traieciendis animi conceptibus struxisse videbare et monstrasse iter quo: siquid omnino familiarium nugarum ad te haberem facile mitterem. Nampe pons ille ilico: quo nam terremoto seu quibus ibibus incertum: ita corruit: ut ne uestigium extaret. Itaque iam despare ceperam posse curas meas illuc: nisi data opera missis ad te nuncijs peruenire eo nunc libentius et religiosum hunc virum: et quam suauiter extulit epistolam tuam vidi. restituit enim spem vetusti moris renouandi: quo scilicet absentie dispendia lenirem. Quid autem queso felicius: quod dulcius: quam cum amicis totum si des tempus agere vite. atque qui tecum ero: dum me leges: mecum eris dum te legam. Semper mihi fateor presens es. Uto: enim privilegio amanti: et absentem absens audio et video. Potest apenninus co:pora nostra dirimere: animos loca non dirimunt. Alpes ipsas interfere: et Caucasum et Athlanta et olimpum nubibus altiore: ipsum denique oceanum interpone. Congrediemur tandem: et fabulabimur colloquemur: una erimus: simul deambulabimus: simul cenabimus: simul pnoctabimus: nec epulis ventis allata quales Liberianus nobis emisit perij huiusmodi ac colis: ab antipedibus missam fingit: sed presentibus ac notis affectibus importunam vincemus absentiam: et licet obstantibus elementis conuenienter cum quo vis vultu assidue mecum sis: nec aliquando discesseris ex quo primum meus esse uolueris: tamen in lris recentior atque ueratio: facies tua est: ut interlegendum multis post diebus propter solitum quasi uinas uoces audierim: frontemque quodammodo et ipsos amici oculos aspexerim. Ita mihi in paucis uerbis eminebas totus: ut dicerem. O femineum ingenium. o bona carmentis que hoc inter absentes remedium meditata es. Fecerat idem apud caldeos Abrahama: apud hebreos Moyses: apud grecos Lathina: egyptijs et latinis mulieres argutissime puidistis. Ysa egyptijs: tu nobis. Hoc igitur mihi solatiu restitutum gaudeo: teque longo uelut postliminio redeunte letum amplector. Nunc ad epistole tue sensum uenio. ubi si breuior sum quam uelis: ueniam dabis. Nam et hospes mea tertiana: et septembris familiaris hostis meo sic in me nuper coniuuati exarserunt: ut si Paulo uel illa acrior uel ille longior fuisset: oppressuri fuerint haud dubie. A primo enim ad extremum die in grabatulo meo uinctum ac semianime prope tenuere.

Tempus affuit: et aer blandior et mensis amicio. Sensum redeo: unde raptim excidi. tanquam nullarum adhuc virium sum: ut uix ad scribendum digitos explodam: uix papirum explicem: uix calamum uersem. ipsum iacet ingenium proprii carceris concussione deiectum. Sed affurget indies: et si cum noui fiet intermissione uegetius. Interea tamen has notulas: quales excudere potuerunt egra mens: frons pallida: manus imbecillis et tremula: equo animo ut perlegas: et pro eadem amicitie uis compellet: que te adeo sollicitum ardentemque coaceruandis opusculis meis fecit: que ut memoras ab innumeris et mirum in modum patria moribus ac professione distantibus mendicasti. Stupui audiens: sit licet: beniuolentie antique nouus stupor: uerum hic mos tibi mihi propter perseverantiam admiratio quotidie reces est. quod ita nihil affectui tuo detrahebat cuncta consumens etas. Quibus autem armis amor aut quibus uiribus uinceretur: quem seu vincere seu uincere omnia: secretorum nature conscius poeta confirmat. Quintusdecimus nisi fallo: annus agitur: ex quo immortalem amicitiam: et uite nostre finibus non contentam: saluberrimam ad uiram pastorie gregis: silueque domino tunc argo dextras iungente contraximus. Ecce idem hodie mirator es rerum mearum qui tunc fueras. Mirum et prosum impossibile si aut me minus aut te solito plus amares. Minus enim seipsum amantibus et sua cuncta mirantibus alienum omne sordebit: tibi animus idem atque uniformis est semper. Itaque tua leges dixi. Magna est barbati mei humilitas magnus amor. adamantinas opiniones et radicata in silice sensus habet. En ut anxie quam magnas opes: non etiam ineptias meas querit. Unde hoc? Mirum non ingenij mei sed illius indulgentie laus est. Has illi curas amor: hoc studium: hos labores: quiesceret nisi amaret. haud noua quidem res. Inops iudicij omnis amans. lippus amicus oculos laudabit: obliquum nasum: nodosus digitos: mestam frontem: genas aridas: squallidam comam. Quid enim inter adulantem et amantem interest: nisi quod ille fallit hic fallitur? Ille persuadere uult alijs: hic iam persuasit sibi. Uidi ego barbato uirum optime: et quem strumose humerus: quem claudicantis incessus: et quem blase cofabulatio delectaret. Nouissimum hoc et tibi accidit. Quid enim flagitas? quid queris? facessat ad horam amor. non ames partius sed incorruptius iudices. Uidebis quoque balbutientis amici sermiculos tanto studio optare: quamto nisi amor esset abijceres. Sit tamen ita. Errori enim tuo gratulor. Nam et ex amore oritur radice pulcherrima: et plusculum forte quam suspiceris nomini tuo confert. dum integre iudicantes hesitare quis scit: an et interdum de rebus meis mutare sententiam: cogit testimonium talis uiri: ut inquam ita sit: profecto litterularum mearum que tibi amice sine ullo discrimine placent omnes: partem exiguam: tanta sollicitudine congregasti. cum tibi interim uoti tui conscius: multa parauerim. Tibi equidem quodcumque mihi est epistole carmen scripsi: quod ne prode accepis non mea sed scriptorum culpa est: quoniam si infidijs ac fraudibus parui homo incautus et alijs studio meorum factura non ultima. Ita sepe numero meque measque res reculas dicere debebas negatis pactis auxilijs retardari. et ad proprios

cuncta digitulos rededere: que mihi uel non attin-
gendorum uel deserendorum plurimum causa fuit.
Nactenus hec. Nam operosioris vigilie labore:
nec promississe tibi uelim: nec negasse. Primum ideo
quod sentio fidem meam hac in parte suspectam. eo quod
dudum promissa distulerim. Scdm quod nec viri boni
nec amici: arbitror aliter quam in animo habeas loqui:
vnum hoc dissimulasse noluerim: quoniam de stu-
pendis amoris effectibus sermo susceptus est no-
bis: mirari me quod hic iterum rei est: quod mihi tam fa-
cile poetarum regis titulum: de inexhausto charita-
tis et indulgentie tue fonte largiris: cuius rei san-
ctum hunc atque deuorum hominem testem dicias:
qui id mihi cognomen huius in locis esse narrauerit
Idque quam cupide ac scienter arripueris: epistole tue su-
pascriptio et finis indicant: quasi uero non cuilibet idem
narrati pari facilitate crediturus fueris. Eniuero
primum tibi amice quem passionibus expeditum
in omni uero iudicio: nulli scdm factio: meis in rebus
quam fidem sit: si ad te ipsum redis intelliges. Deinde
hunc testem de re sibi incognita locum scire debue-
ras: et scires nisi persuasor potensissimus amor obstre-
peret. Non equidem tantum primum: sed princeps ad de-
lectationem est humana credulitas: cum ad primum pigra
fit. Lernis ut amari fugitans: quocumque tam dulcis
aliquis rumor uocat: uento uelocius fertur. Sed
oro te: nonne huius testimonium audienti primum
illud occurrit: ut piscatorem de agis interrogandum
de nemoribus uenatorem: pastorem de gregibus
de uentis nautam: de bubus agricolam: sic et de armis
militem: et de bellis duces: sic religiosus denique de
sacris: poetam de musis: oratorem de causis: de
naturalis rerum et uite ratione philosophum. Extra suos hunc
terminos eduxisti: dum coegisti ut de poetica sen-
tentiam ferret. Sed dices. Nihil iste de proprio:
vulgi iudicium referebat. Sentis ut pedetentim
ad corruptissimi iudicis tribunal accessimus. Jam
malem de proprio loqueretur. Logita barbata acri-
 Redilecte frater. Lasus fuit. ut cum satis multa per alterius man; ad te uctura scripsissem. iterum mihi in manus calamum necessitas honesta reponeret. Siquidem latoz presentium presbyter. S. plebanus & c. & domini capitanei capellan; euz p̄fato dño suo: ad dñm nostrum uenit. Est autē uir ut mihi dicitur bonus: & in suo genere singularis. pp q̄d inter tam multos ad tātū officiu p̄clectus est. quibusdam quoq; mib; uenerabilib; ac dilectis carus admodū & accept;. q̄bus cum notū esset: q̄d hic paucis donis est ingnitiū. quanta. s. inter nos sit idētitas aioz optarūt ut ad te cōmēdatorias litteras meas ferret. Ad quas nō difficilis fui. q; & amicis talib; nil negare didici. & ap̄d bonū pro bonis: intercessionē fauorabilem reoz. Faue illi queso qua potes. rem mihi feceris gratissimā. Vale.

CEplā eiusdē ad eundē. de eadem materia. LVI.
 Jsi ualde fortib; humeris sis. tot mearum intercessionū sarcinas ferre nō ualeas. Scripsi sepe & repeto. notam adeo hijs in locis amicitie nostre famā. ut si passim oibus annuā: litteras ad te meas optatib; sat negocij unū hoc tibi allaturū sit. Parco autē labori tuo: parco & meo & ad multa faciliū: hac in te difficile imo iexorabilem me pleno. nisi hijs solis quos mihi uel uirt; uel singularis amicitia cōciliat. Utroq; vō latores presentiu affluētē noueris. d. S. pleban;. & c. viz scientificū atq; honestū: & mihi has ob cas atq; insignē mox suauitatē qua delector: acceptissimum. h̄nc tibi dudum cōmendasse memor sum. & ipse tue benignitatis ac uirtutis p̄co ingens: mihi se ne dicas tibi tuum ob meritū perpetuo obligatū fert. Nūc forte alijs ex causis: sed ut reoz licet hoc taceat: q;

vnus est ex illoꝝ acie quoz virtus malis ac moris diuersitas odiosum facit: studuit aliquãtis per egrinari a patria: & tẽtare si qua sibi fors alibi prosperio: foret. Recõmendo euz tibi iterũ: eo artius quo sola olim fama: nũc experiẽtia notus insup & dilectus: nũc amicus amicoꝝ: nũc v̄o amicissimus mihi est. qđ nõ esset nisi talem scire qualẽ dico. Si sibi ergo uel ope uel cõsilio prodesse potes: te hinc viro bono imo optimo pfuturũ. hinc mihi cui semper places eximie placiturum scito. De me siquid nosse uolueris ipse dicet. De alijs enim pridẽ lati⁹ scripsi: & responsum tuum expecto. Vale. Padue 26. nouembꝛis. mane.

Chec epistola in uarijs codicib⁹ scriptoz incitiam imperfecta habet. Sic p̄mi qui has epistolas Venetijs: & in germania impresserũt maloz scriptoz secuti copiam imperfecta posuerũt. Nos in istis ip̄mẽdijs inuento meliore codice: quo perfecta habebat: reliquũ hic apponim⁹ q̄q̄ p̄ncipiũ epistole superi⁹ annotatũ siticũ illo in p̄ncipio uteremur extẽplari. Epistola incipit Mi frater mi frater & c̄.

Co si p̄us exp̄gisci liceat. Sed de hoc al̄s. Nũc in exbauitã seriem gemitũ meoz p̄sequor. Nõdus satisfeceraz fortune: nisi acutiore me cuspide impeteret. & ad irã dei malignoz furor accederet. Mei mihi. iam deficẽ. iã tremẽ incipio. & illoꝝ more q̄s p̄mus torpor gelide febꝛis inuadit: iam toto corpe cohorresco. & libenter ualde ab his curis & ab hoc sermone diuerterẽ. sed ipellit ac p̄cipitat alium dolor: quẽ frenare nõ ualeo. Duos nobis amicos fortuna reliquerat. & licet alios reliq̄set: ij tamẽ erãt t̄ps vite nostre quod restat ea nõ p̄hibẽte posse traducere videbamur. Quid enĩ ex oĩbus obstabat? Nõ paupertas: nõ diuitie: nõ disparitas uoluntatus. Alius in q̄tuor vnus erat. Itaq̄ gl̄iabar antiq̄tatẽ praris & in diuersis seculi vno ul' altero: etates v̄o nrã eẽ & domũ vnã breui fore duob⁹ simul amicoꝝ parib⁹ adornatã. Min⁹ proprie paria noiaui. Unũ erat: imo v̄o nullũ par: s̄ vnã oĩuz mēs ut dixi. Quid heu mihi Luca nr̄o benignius? Quid Maynardo suauit⁹: i quoz iudicio nos errare diuturnior experiẽtia nõ sinebat. Prim⁹ quidẽ sic aĩo cõposit⁹: ut p̄ter dulcissimũ iocũdissimũq̄ puictũ: etiam nr̄orum studioꝝ particeps & comes eẽt. Alter aut̄ & si huiusmodi reꝝ exp̄s: abunde t̄i ornatuꝝ hĩs per que studijs talib⁹ puenĩt. humanitate s̄. fide: liberalitate: p̄stãtia. Quid ml̄ta? Liberaliũ disciplinaz nescius: sed vir bon⁹ & amic⁹ eẽ didicerat: & in cetũ nostro talis vnus aptior erat q̄s si oēs studio deditos ceteraz rerũ oĩum icuriositas hũĩtset. Itaq̄ ad oportunitatẽ: uarias cõmode admodũ & pene diuinit⁹ ille nobis quart⁹ accesserat. Amis felices visi sum⁹. Inuidit crudelissima fortuna & indignata est: qđ nos nõdũ totos tantoꝝ comitũ pditiõẽ p̄strasset. Mouerãt ambo siml̄: & te frater ap̄d auinionẽ ut cert⁹ sũ nõ sine suspirijs dimisso: me alterã animi sui p̄tem cupidissime petebãt. Mestã nimis & miserã historiã aggressus suz. S̄ est quedã & lugẽdi dulcedo: qua sepe nimĩũ pascoz infelix. Veniebat pariter optimo aĩo: fato pessimo miserabili euẽtu. Ille romã petiturus ille florẽtiã. Quo ergo diuertitis amici? Ite rectius: ite securius. nõ hoc uestrũ iter. Quid uobis cũ alpi⁹ niuib⁹q̄? Oĩa vincit amor: & uos cessistis amori. Veniebat me visuri. hic erat inimic⁹: hac catbena tra-

hebamini nõ ibatis: sed traheremini ab illo cui celum ipsum obsequi: cui discordãtia inuicẽ obediunt elemẽta. Amor oĩpotens uos traherat. Ignosco insidias fortune. Hoc egit ut incõsolabili⁹ dolore. qđ & illõ ipie mollita est: ut qui iãz recuso anni spatio pedẽ parma nõ mouerã: nũc abessez: sub obtẽtu magni nescio cuius boni: quo. s̄. & nos aspectu mutuo p̄uaret: & uos aĩo cõsternatos raptimq̄ ac p̄pere fugicẽtes: facili⁹ in laqueũ preparate mortis ipelleret. Heu dolo: isatiabilis. heu vuln⁹ eternũ. Festinabatis obliti laboz & piculoꝝ oĩuz. Leteras enim curas & spes ac desiderũ oppresserat. Naturale est ut minorẽ passionẽ maior absoꝛbeat. Ardebat aĩus me corã cernere. & mecũ de vite totius ordinatione differẽ. Inde susceptũ iter agere: & rebus in patria dispositis huc reuerti. Hoc eis nepe p̄positũ erat mi frater: ac meoz doloꝝ comes vnĩce: ut te illuc accersito siml̄ usq̄ ad exitũ uiuerem⁹. Quod si me parme repissent: poterat mora lōgioꝝ fortune duritiã fortassis inflectere. Mutassent forte cõsiliũ. & per nũcios actis que acturi erãt in patria: ipsi amoris dulcedine cõpediti: mecũ inseparabiliter resedissent. Et nũc qđ prohiberet: quo mi nus simul oēs essem⁹ in quiete illa animi diuti⁹ exoptata. Sed adamãtinis fatoruz vinculis tenebamur: & ut abessem feror fortuna p̄uiderat. Itaq̄ cum parmas uenissent: percũctando per obuios: re cõperta tristes ad domũ nrã deiectis aĩs ac vultibus descẽderũt. Quid singula p̄sequar? Omnẽ domus atq̄ orti angulam: oēs herbosos cespites. Lepat enim iam ad arietis aduẽtũ: vna mitescẽ dulci accubitu cõpresserũt: iplẽtes cũcta suspirijs. Deinde cum possent alibi: ambo per noctẽ in lectulo meo iacuerũt. credo ut quez ad quietem necessariã humana fragilitas meditata est ad labores mihi p̄petuũ cõsecrarẽt. Postero aut̄ circa horã diei sextã abierũt: litteris domi relictis: quib⁹ mihi & eorũ tristitia: redeũdi p̄positũ: multaq̄ p̄ter hec alia nota sunt. q̄s ego l̄tas dũ viuã inter delicias habebodoloz stimulos ac lachrymarũ materiã imortales. Mẽsis ab hinc iteger lapsus erat. cũ ego ignarus hoz oĩum domi redij: litteras reperi: famulosq̄ meos cũ eaz tenore concordẽs audiui: tristis & admirãns. Sed quid agerẽ? Illi tãto ante discesserant: ut iam demõs expectarẽ reditũ & negligẽtiã accusarez. Que postq̄ mihi debito lōgioꝝ visa est vnũ ex famulis florẽtiã misi: Maynardũ litteris excitã ad obseruãtiã p̄missoz. atq̄ illõ adijcẽs: ut eundẽ nũciũ Luce nr̄o mitteret: seu ille romemoras ageret seu theani. cui ingentẽ quoq̄ eplãm scripsi: exhortatoriã ad notoꝝ modestiã: & ad hui⁹ uel alteri⁹ loci electionẽ: quicũq̄ reb⁹ nostris apperet opportunior. nec nõ ad morẽ studiose solitarieq̄ vite: que qm̄ oēs equalit̄ tangebãt: ut per euz ad te etiã mitterẽt inserui. Preclare quidẽ ut multa illud a virgilio dictũ est. Nescia mēs hominum fati fortisq̄ future. Litteraz portitor abscesserat. & ego qui romã secũdam multa mihi dulcia fingebam: hec qđem ab ortu aduẽtũ: illa aut̄ ab occasu. Quis me felicior congressu taliũ amicoꝝ? quoz usq̄ trãquiliora studia: quoz vita getioꝝ: has intercuras que insaũti rumoris amaritudinẽ geminarũt: nũcius me⁹ die octauo postq̄ hinc discesserat: per itẽfissimũ imbꝛem non expectat⁹ affuit. & pluuia & lachrymis madẽs: & fronte vulnus animi visibiliter

preferente dirigui. et excusso manu calamo scribere enim forte copererat. Quid noui affers dic oculis: exclamo. At ille gemitu uerba fragente: infelix inquit nuncius adeno. Amici tui sup apennini uertice in suas latronum manus inciderunt. Dei mihi quid mali est? Prosequitur ille singultiens: Maynardus qui casu quodam nil tale metuens substiterat in insidias lapsam et repente compressum: inter carnificum gladios percubuisse. Lucam clamore per motum adacto calcaribus equo aduolasse uiriter: solumque inter decem aut amplius facios stricto mucrone perstitisse. multisque vulneribus datis et acceptis uir tandem uiuum euasisse. predones sublata occisi preda impio gressu abiisse. ita tamen ut labore simul et conscientia defessis: facile capi potuerit: excitationis agrestibus ad tumultum. nisi quidam falso et indigno nobilitatis nomine superbi: quos noiare non est necesse accurretes et motibus: et cohibuissent iustum impetum insequenti: et cruentam predonum cateruam suis menibus excepissent. Lucam adhuc gladium in manibus habentem. percul inde visus inter rupes ac nemora: nil de eo deinceps aliud auditum. O frater. quod mihi tunc animi fuisse arbitraris? duobus una mortiferis ictibus in corde transitor. hinc scilicet desperato et irreparabili dolore: inde sollicito ancipitiq; metu. Auertat deus omne malum. quodammodo equanimiter audiuissem ambos extinctos. Scire nepe quid agerem. Claudere fores. consolatores excluderem. solus essem: et dolori meo totus incuberem. Ita uel exonerare merore animi: uel opprimerem. uel lenire fletu desiderium uel implerem: et amicos duris uulneribus ablatos lacrymando conquererem. Nunc uero non una sed tribus simul acerrimis passionibus indefinenter afficio: dolore: metu: spe. Et miserabile in modum fluctuantibus atque inter sese certantibus curis lacero: atque discerpo. que mihi uita nihil morte securior est. et sine eius supplicibus atque assiduis uotis expecto. Aliquod tamen lorgio est quod uelle. Adhuc quidem iuuenes uidebamur. Ecce biennio plusquam oportuit uiximus. Nisi nuncios ac litteras per diuersa terrarum. in primis Placentiam Florentiam ac Romanam. Ex his enim precipue ciuitatibus de eo qui supstes dicit aliquid expectabam. Ita iam interitus atque inhiatio: et oem iter circumspectio: et ad oem strepitum contremiscens: quintidecimum die ago: quod tempus: si cum multorum annorum calamitatibus trutine tur facile preponderet. Fuit mihi impetum interdum ire. nec subsistere: donec per nos luce nostri statum quicquid eest agnosceres. Et maynardi. o ieuitabilis foris hominum: alpinum et rude cernerem sepulchrum. Fuit enim ut fama est: ingenti non modo circumstantium castrorum: sed ciuitatis et concursu: summaque omnium misericordia tumulatur. indignationibus et exclamantibus multa ruricolis: grauiusque ferentibus: non modo defuncti casum sed propriam quoque fortunam. quod animo perflagitent id quod ilico consecutum est. Interrupto. scilicet itinere per hospitibus ac lucris: danosa sibi bella succedere. Iste profecto iam perdidit: in eadem forte manus simul fato impelente uenturus: nisi me et anni tempus aduersum et ualido corporis imbecillior tenuisset. et tamen an sibi an alio contrarius suggereretur potius obtinerem: hactenus frater incertus sum. Transibat hac: sextus hodie ut reor aut septimus dies est. nobilis quidam uir florentinus ciuis: e curia ueniens: cui cum forte in uia publica equos suos curreret: occurrisset unus ex pueris meis secretorum mihi conscius dolorum. et ex sermo

ne hols ut sit et patriam cognouisset: ultro uerbis et aggressus inquirere cepit: an de hoc amicorum nostrorum casu noscet aliquid. Et cum nosce oia uideret. hortatur est ut mecum loqui: et infestum dubietatis mee nodum uellet absoluere. At ille audito nomine meo. Alioquin licet mihi incognitus: benigne admodum multis committatibus ad me uenit. quem de omnibus diligentissime percuratatus: in summa didici Lucam nostrum uiuere: sic et apud nos litteras Florentia transmissas: sic publicas famam loqui. Ita ego quod mirari et indignari soleo: in media positum Italia rumores italicos ignoro: donec ex Gallia nuncient. Illius ergo digressum sic remansi quasi inter densas animi mei nubes: quidam insperati gaudij radii penetraisset. Veri autem cum iam aduersperasceret: sacerdos quidam senex familiaris meus ad me lacrymabundus accessit: narrans nuncium quendam de Tuscia uenientem dicentem: maynardum non solum sed cum alijs perisse. quod audienti mihi de pectore statim alterius iuncta sagitta: serenitas ois ablata est. Sed uix dum sacerdos uerba compleuerat: et ecce mercator quidam mediolanensis. notus mihi: locum in quo mestus eram ingredis: salute data et reddita. Cum inquit hac transitum facerem: audiens quod hic esses: licere mihi non credidi sine conspectu et colloquio tuo progredi. Urbane inquit: sed unde nunc te reuebis? Quartus inquit dies est: ex quo Florentia discessi. Et heus bone inquit: queso quibus itineribus transiisti? Rectum inquit iter sequi non potui. Audisti enim ut arbitror: illius boni uiri mortem. pro cuius ultione populus florentinus ad arma surgens multa iam in illis montibus castra conturbavit. Itaque de uio quodam et siluestri calle profectus sum. Dic age inquit: uiri an uirorum mortem memoras? Illic enim. et sacerdotem illum digito signavi. plures narrat occisos. Minime uero inquit: unus profecto solus occubuit. reliqui euaserunt: Et cum intantum me atque anxius uideret: adiecit. De hac re propter uoces populi: nihil habeo. Illic enim in oiam ciuium conuentu non nisi de uini nece audientur indignationes hominum et querelae. Credibile est autem quod si plures eent: de pluribus loqueretur. Placuit coniectura. sed quod nihil certi afferebat: serenare animi frontem non potuit. et quale inuenerat dimisit. Nec singula frater: tam scrupulose exequor. ut particulariter intelligas: quod in summa scire te non dubito: pessime mihi eest: alternantibus his curarum fluctibus: et fragilem spei cimbam hac illac estu reciprocante iactantibus. Accedit ad erumnarum cumulum: quod dum numero re dies incipio: quod curiose faciunt amatores. miror et stupeo: quid est quod ad litteras meas triuixit: inde patenti: mor uerone datas: tanto lapsu temporis nil oino rescripseris. presertim cum per fidos nuncios misse: et de rebus non paruis scripte essent. Nescio quid nunc mihi noue suspicionis oboritur. Audio enim pestem illam anni alterius: que abcessisse uidebat ex itegro: rursus inuasisse rhodani ripas: a quibus utinam abesses. Sed quid ago infelix? An non satis mihi uera et presentia mala sufficiant: nisi et ficto et futuro insuper miser fiam? Uertat hec deus in melius: ut qui falsa spe totiens deceptus sum: semel saltem decipiar falso metu. Quod si acciderit: ut te cum pauculis qui supersunt: adhuc semel aspiciam antequam moriar: uixisse me satis arbitrabor. Ceterum epistola texti cepit: in libelli modum euasit. cuius me illud precipue delectat in malis meis: quod scribentis animo nubilo et inquieto: non solus stilus ipse: sed forma etiam litterarum: et papyrus: et

stramenta conueniūt. que nisi profecero et vim do-
lori fecero: nullus erit modus. Alia enim ex alijs
erūpūt. S3 forte nec adhuc nobis sol dierū oīum
occubuit. et aliquid in crastinū referuandus est. Ite
exemplum quā florentinis misi sup hac tanta eoz
ignominia: q2 te iuuat lecturam auguroz: pñtibz
innerui. Vale frater. et temetipm reb^o letiorib^o pre-
seruare studeas. ut nos si tñ ex alto pmissum est: in
terris iterū videamus. Parme. Junij. xx. recōmē-
do me dño meo dño theaneñ. pncipi dolorz meoz
Ite dño Archidiacon. leoden. filij dño meo dño
Lauallien. et dño senescallo si ppe sunt. dñz Bui
donē septem. et Romanellum et leonē saluto. Mei
mibi. Waynardus amplius more solito nō saluto
sed saluto eū sicut possum: et pro eo tantus pecca-
to: indefinēter oro. quatenus cuius corp^o mei vidē-
di desiderio: in pñtiem et in mortem incidit: aia sal-
tem euadat de manibus ipiorum: liberāte et saluā-
te liberatore et saluatore nro dño iesu christo. qui
ppter peccata mea multa et grauia: me nūc in ami-
ci corpe vulnerari tam grauiter passus est. Bñdi-
ctū sit tñ in secula nomē ei^o. Vale iterū et semp mei
memor. et rescribe queso si uiuis et si ualeas: hec fra-
ter ut facile perpēdi pōt scripsi inter molestias et tu
multus animi uarios. et cū multa festinātia: lz nun-
cius aliquis nō adesset. sed aderit forte dū nō spabi-
tur uel me absente qui perferat. Ego enī quotidie
per rura nostra discuro: nō tā rei familiaris cura
que mihi nulla est: q3 amore solitudinis: ut si quo
mō fieri possit: meipz obliuiscar et langores meos.

C Tuus Franciscus.

C Epistola infra scripta miro artificio dictata est. que
tanq3 vni hōi mittat. si legat directe. ut scripta est.
et punctata. cōmēdat illum cui mittit de oib^o vir-
tutib^o et morib^o. et sibi oia bona imprecat. Si vō le-
gat retrograde. videlicet ab ultimo vbo ueniendo
usq3 ad primū ordine reuoluto: et punctata prout
apparet infra in alia eplā. stātibus iisdem uerbis.
habet totū contrarium sensum. videlicet q2 expro-
brat eum cui mittitur. de omnibus vitijs et mori-
bus prauis. sibiq3 omnia mala imprecat et optat.
P. episcopi equilin.

LVII.

Acunda ipsa felicitate. letisq3 iisdē succes-
sib^o te pspere potiturū. nunq3 quelibet te
passuz aduersa. pbate re uera: fide et operi
bus amice non fite vir. intimis affectib^o gestio. ac
iugiter deū oro. Prolōgenē dies tui. nec tibi sit vi-
ta breuis. Diuitijs affluas. neq3 careas ergo cun-
ctis optatis. debita quepiā hec tue v̄tuti nō vitijs.
v̄sus ad cōmēdationes tui: pmere uolui stilo sonā
te disposit^o fidelitatis in tue laudeo non iurgia cri-
minadum: sigd fuerit tegēs de tui rubore. pādēs
tua tñ egregia: nō infima opa p̄dicanda. Cognōni
te morib^o p̄fectū in cūctis. quadruplici virtutū car-
dinaliū radio. absq3 vitioz maculis aspuz sic iugi-
ter extitisse. Virtutū ipsaz ordinē fuandū nō iam
p̄posterādū ideo duxi. singula ordinata in te facē:
qm̄ semp noui. Probas te puidū in futuris. caues
semp picula. neq3 prosa fortune nitu ai cōplecte-
ris. Disposita in te p̄ntia. solerti non segni studio.
certa in actib^o tuis osidīs. cōpositū hic aiuz: nō q3
rudē: effectib^o mōstras. Amplectēda sunt utiq3: nō
aspernenda opoz tuoz gesta. pbāda re ipsa. exem-
ploz ueterū illustriū memorē: nō exco: dē: nāq3 te
fuisse p̄sus et ec̄ boies. p̄clamāt. p̄opta nō disgre-

gata memoria. Trib^o itaq3 t̄pib^o tu^o aiuz manet dis-
pēsāt^o in singulis. prudētia oī ac p̄ntia rez absq3 cor-
dis igrātia q̄rucūq3 nāliter ista tibi. Dilectā te in-
stitiā in iudicādo foues. p̄mia bona non upplicia
iustis. inigs penaz discrimina nō coronas. dudū
tribuere didicisti. Veritati filis: abdicatis tibi fla-
gitijs. reddis hoib^o oib^o sua: nō piger aut iniquissi-
mus cēsoz. seruās dubio p̄cul misicordiā in seue-
rio. et pietatē in rigorib^o semp tuis. cedens ex aio
clemētī in adiectionibusq3 penaz. Donatoz libera-
lis. nemini parc^o. largitoz munific^o nō auarus. Ere-
craris vitia nō virtutes. mores honestissimos inse-
ctaris. Nonestuz nil q3 penit^o est iniquū q3 oparis
Iustos et bonos sequeris per oē t̄ps. pius in p̄silijs
iust^o in oib^o opib^o tuis. Lōstātē in aio te certe noti-
ferūt. felici statu humiliari: nō exaltari. aduersis
euētib^o fortē: nō dep̄sus te reddē. Fortitudines ac
v̄tutē oib^o t̄pib^o inuincibilem sic fuās agnosceris.
Declamaris aio. p̄bo re uera: fama q3 publica lōga
nimis nō trepidus. seruidus nō remissus. strenu^o
non uecors. diceris appere. Sācta modestia: pul-
sa castrimargia fungeris. Castimonia: reiecta la-
sciua: delectaris. Temperatum in uerbis et acti-
bus. cibis et potibus. te die ac nocte. morum tuoz
ac vite. experti manifestius attestantur. Deo atq3
hominibus grata in omnib^o opera tua patent. Me-
ditaris nam iugiter quodq3 fas. ne pereas anima
mala nece. Felicē in gradibus singulis: dicere ma-
lim te: probandum te consona: ueritate perspicua
cunctis nota. regno dignissimus: in dignissimus ru-
re. Lunctis notoria.

C In quinternionibus signatis 14 15 16 17
sunt aliquę epistole domini Francisci petrarce: ali-
que vō aliorum: ut patet.

1640



Visible note de
alabay V. Imperat.

Incipit Africa dñi Frãncisci Petrarche.

Liber primus.

Tibi p̄spiciū meritis: belloq; tremēdū
 Musa vix referes: ita' cui fracta s̄b armis
 Nobilis eternū p̄us attulit africa nomē.
 Nunc precor exhausto liceat mihi suggere fōtem
 Ex elicone sacrum: dulces mea cura sorores.
 Si nobis miranda cano: iam turis amici
 Prata quidem ⁊ fontes. uacuisq; silētia campis
 Fluminaq; ⁊ colles ⁊ apricis oēia siluis
 Restituit fortuna mihi. uos carmina uati
 Reddite: uos animos. [Lug; o certissima mūdi
 Spes: superumq; decus: quē secula nostra deorū
 Victorē: atq; herēbi/ memorant: quē gna uidem⁹
 Larga per innocuum reagentem vulnere corp⁹:
 Auxilium fer summe parens: tibi multa reuertēs
 Uertice pernāsi referam pia carmina: si te
 Carmina delectant. uel si minus illa placebunt
 Forte etiam lachrymas: quas sic mens fallit olim
 Fundendas: longo demens tibi tempore seruo.
 Tu quoq; trinacrii moderator maxime regni
 Hesperieq; decus: atq; eū gloria nostri.
 Indice quo merui: uatumq; in sede sedere
 Optatasq; diu lauros: titulumq; poete.
 Te precor: oblatum tranquillo pectore munus
 Hospitio dignare tuo: nam cuncta legenti
 Forsitan accurret: uacuas quod mulceat aures:
 Peniteatq; minus suscepti in fine laboris.
 Præterea in cunctos pronum sibi feceris annos
 Posteritatis iter. quis enim damnare sit ausus
 Quod uideat placuisse tibi: fidentius ista
 Arguit expertus: nutu quem simplice dignum
 Effecisse potes: quod non erat: aspice templis
 Dona sacris affixa pauens ut vulgus adoret:
 Exime: despiciet: quantum tua clara fauori
 Fama meo conferre potest: modo mitis in umbra
 Nominis ista tui dirum spectura uenenum
 Inuidie latuisse uelis: ubi nulla uetustas
 Interea: ⁊ nulli rodent mea nomina uermes.
 Suscipe iamq; precor regum inclite: suscipe tādē
 Atq; pias extende manus: ⁊ lumina flecte:
 Ipse tuos actus meritis ad sidera tollam
 Laudibus: atq; alio fortassis carmine quōdam.
 Mors modo me paulus expectet. nō lōga petunt.
 Nomen ⁊ alta canam siculi miracula regio
 Non audita procul: sed que modo uidimus oēs
 Omnia. namq; solent similis quos cura fatigat:
 Longius isse retro: tenet hos millesimus annus
 Sollicitos: pudet hac alios consistere meta.
 Nullus ad etatem propriam respexit: ut erret
 Musa: parum notos nullo prohibēte per annos
 Liberior: troiamq; ideo canit ille ruentem.
 Ille refert thebas. iuuenemq; occultat achillem:
 Ille autem ematbiam romanis ossibus implet.
 Ipse ego non nostri referam modo tēporis acta.
 Marte sed ausonio sceleratos funditus affros
 Eruere est animus: nimiasq; retundere vires.
 At semper te corde gerens properansq; reuerti
 Rex iter hoc ingressus agam. tua maxima facta
 Non ausus tetigisse prius. magis illa trabebant
 Sed tremui me teq; uident atq; omnia lib:ās.
 Ingenium temptare libet. si forte secundis
 Lesserit auspicijs. solidos tunc viribus alta
 Ingrediar. nāq; ipse aderis: meq; ampla uidebit

Inclita partbenope: redeuntes ad menia rursus
 Et romana iterum referentem ferta poetam
 Nunc teneras frondes humili de stipite uulsi
 Scipia de egregio primos comitante paratus.
 Tunc ualidos carpam ramos. tu nempe iuuabis
 Materia generose tua: calamumq; labantem
 Firmabis: meritumq; decus continget amanti
 Altera temporibus pulcherrima laurea nostris.
 Ue tātis sit causa malis: que cladis origo
 Queris. unde animi: q; tot tolerare coegit
 Dura: perrato ualidas furoz equore gētes.
 Europamq; dedit libe: libiamq; rebellem
 Europe: alterno uastandas turbine terras.
 At mihi causa quidem studij non indiga longi
 Occurrit. radix cunctorum infecta malorum
 Inuidia. unde oriēs extrema ab origine mors est.
 Atq; aliena uidentis tristi dolo: omnia uultu
 Prospera: non potuit florentem cernere romam
 Emula carthago: surgenti inuiderat urbi.
 Sed grauius tulit inde parem. mox uirib⁹ auctas
 Uidit: ⁊ imperio domine parere potentis:
 Ac leges audire nouas: ⁊ ferre tributum
 Edidicit: tacitis intus. sed plena querelis
 Plena minis: frenum funesta superbia tandem
 Compulit excutere: ⁊ clades geminare receptas.
 Angebat dolo: atq; pudor seruilia passos
 Multa viros: animisq; incefferat addita duris
 Tristis auaritia: ⁊ nunq; satiabile uotum.
 Permixte spes amborum. optatumq; duobus
 Imperium populis: dignus sibi quisq; uideri
 Omnia cui subsint: totius cui pareat orbis.
 Præterea damnumq; recens: iniuriarq; atrox
 Insula sardinie amissa: ⁊ trinacria rapta
 Atq; hispania nimis populo confinis utriq;
 Omnibus exposita insidijs. aptissima prede
 Terra: tot infandos longum passura labores.
 Naud aliter q; cum medio deprensa luporum
 Pinguis ouis: nunc huc rapidis nūc dentib⁹ illuc
 Uoluitur: inq; tremens partes discerpit omnes
 Bellantum proprioq; madens resupina cruore.
 Accessit situs ipse loci: natura locauit
 Se procul aduerso spectantes littore gentes
 Aduersosq; animos: aduersas moribus urbes
 Aduersosq; deos: odiosaq; numina utriq;
 Pacatq; nihil: uentos elementaq; proflus
 Obuia. ⁊ infesto luctantes equore fluctus.
 Ter grauib⁹ certatum odijs: ⁊ sanguine multo
 At ceptum primo profligatumq; secundo
 Est bellum: si uera notes: nam tertia nudus
 Prælia finis habet. modico confecta labore.
 Maxima nos rerū hic segmur: mediosq; tumult⁹
 Eximiosq; duces: ⁊ inenarrabile bellum.
 Ultima sidereum iuuenem lassata procellis
 Hesperia: ex cussamq; graui ceruice catenam:
 Ausoniumq; iugum: romanaq; senserat arma.
 Jam fuga precipites longe trans equora penos
 Egerat: horruerant animos. dextramq; tonantis
 Fulmineam: moresq; ducis: famamq; genusq;
 Armorumq; nouas artes: atq; orsa cruentis
 Nobilitata malis: vix tandem littore mauro
 Perfidus argentem respectans hasdrubal hostē:
 Latus erat [Sic uenantum perterritus acrem
 Respicit atq; canum ceruus post terga tumultum
 Montis anheia procul de uertice colla reflectēs.
 Constitit oceano domitor telluris hybere

Hic po-
eta pōit
cās bel-
loꝝ pu-
nicorū

Inuidia

Liber primus

Qua labor ambigens natum: pelagicus columnas
 Uerberat herculeas: ubi fessus mergitur alto
 Phebus: et estivo detergit puluere curram.
 Hi ubi non vis ulla manu: mortalis: at ipsa
 Omnipotens aduersa aditum natura negabat
 Constitit. atque auidis preceptum faucibus hostes
 Indoluit. vicisse parum: iam blandior egrum
 Non mulcet fortuna animum: cartagine recta
 Gloria bestiarum sordebat fulgida rerum
 Nempe videbat adhuc profugum longinqua tenentes
 Lentasque semineci vibrantem spicula dextra.
 Turbida quin etiam rumoribus oia miscens
 Fama procul nostro ueniens crescebat ab orbe:
 Arcibus instantem ausonij: uolitare sub armis
 Hannibalem: patrieque faces sub menia ferri.
 Illustres cecidisse duces: ardere nephandis
 Ignibus hesperiam: atque uindicta cedib' arua.
 Urgebat uindicta patris. pietasque monebat
 Ut ceptum sequeretur opus: nam sanguine seuo
 Lessorum: cineresque sacros umbrasque parentum
 Placari: atque itala detergi fronte pudorem.
 Hic amor assiduum pulsabat pectora clari
 Scipiade: in frontem eliciens oculosque iuuenta
 Fulgentes calido generosas corde fauillas.
 Anxia nos: operosa dies: uir ulla quietis
 Hora duci. tanta indomito sub pectore uirtus.
 Has inter curas. ubi sensim amplexibus atris
 Nox uadam laxabat humum. titoma quis
 Uro: adhuc gelidumque senem complexa foueret.
 Nec dum purpureo nitidas a cardine ualuas
 Uellere: seu roseas aulse referare fenestras
 Excirent dominam famule que secula uoluunt.
 Fessus et ipse caput posuit: cum lumina dulcis
 Uicta sopor: clausit: celoque emissa silenti
 Umbra ingens faciesque patris per nubila rapti
 Astitit ostendens caro precordia nato.
 Et latus et multa transfixum cuspide pectus.
 Dirigit totus iuuenis fortissimus actus.
 Arrectus horrore comitunc ille pauentem
 Corripit: et noto permulcens incipit ore.
 O decus eternum: generisque amplissima nostri
 Gloria: et o patrie tandem spes una labanti
 Siste metus. memoriisque animo mea dicta recode.
 Optimus ecce breuem: sed que nisi despicias: hora
 Multa ferat placitura dedit moderato: olimpi.
 Ille meis victus precibus: stellantia celi
 Limina: perrarum munus patefecit. et ambos
 Uiuentem penetrare polos permisit: ut astra
 Me duce et obliquos calles: patrieque labores
 Atque tuos: et adhuc terris ignota sororum
 Stamina: tum rigido contortum pollice fatum
 Aspicias: huc flecte aium. uiden illa sub auro
 Menia: et infami periura palacia monte
 Femineis fundata dolis: uiden ampla: furentum
 Concilia: et tepido stillantem sanguine turbam?
 Heu nimium nostris urbs insignita ruinis
 Heu miribus trux terra italis: iterum arma retetas
 Fracta semel: uacuisque itez struis agmina bustis?
 Sic tiberim idomitum segnissime bagrada tepnis?
 Sic modo balsa ferox capitolia despicias alta:
 Experire iterum: et dominam per uerba nosces
 Io tibi nate labor superest: ea gloria iusto
 Marte parem: factura deis: hec uulnera iuro
 Sacra mihi merito patrie quibus omne refudi
 Quod dederat: quibus ad superos manoria ut

Fecit iter. non ulla meos fodientibus artus
 Hostibus: atque abeunte aia mihi multa dolenti
 Occurrisse prius tanti solanima casus:
 Quaeque magnanimum post funera nostra uidebam
 Ultorem superesse domi. spes ista lenabat
 Inde metus alios: hinc sensum mortis amare
 Talia narrantem percurrit: et impia mestis
 Uulnera luminibus: totumque a uertice corpus
 Lustrat ad usque pedes: at mens pia pminet extra.
 Uberrimque fluunt lachryme. nec plura parantem
 Sustinuit: medijque erumpens uocibus orsus.
 Heu heu quid uideo? quae haec mihi pectora duro
 Confixit mucrone parens: que dextra uerendam
 Sentibus immerito uolauit sanguine frontem?
 Dic genitor. nil ante queas committere nostris
 Auribus: hec dicens alto radiantia fletu
 Sidera uisus erat: sedesque implese quietas
 Infima si liceat summis equare: marina
 Piscis aqua profugus fluuiosque repostus ameno
 Non aliter stupeat: si iam dulcedine captum
 Uis salis insoliti et subitus circuset amator.
 Quae sacer ille chorus stupuit. naque hactenus ire
 Et dolor: et gemitus: et mens incerta futuri
 Atque metus mortis: mundi que miseria nostri
 Milia curarum: rapide quibus optima uite
 Tempora: et in tenebris meliores ducim' annos.
 Illic pura dies. quam lux eterna serenat:
 Quae nec luctus edax nec tristitia murmura turbat
 Non odia incendunt: noua res: auremque deorum
 Insuetus pulsare fragor: pietate recessus
 Lucis inaccessus: tacitumque impleuerat axem.
 At pater amplexu cupido: precibusque modestis
 Occupat: et grauib' cohibet suspiria dictis.
 Parce precor: gemitu: non hunc tepusque locusque
 Exposcant. sed uisa animum si uulnera tangunt
 Usque adeo: iuuat et primos agnoscere casus
 Accipe: nam paucis perstringam plurima uerbis.
 Serta per hesperios penitus uicticia campos
 Nostraque signa simul: romanaque uiderat estas.
 Cum mihi iam belli que moras curasque peroso
 Consilium teste euentu fortuna dedisti
 Magnificum: infelix fido ut cum fratre uirum
 Sollicitum partiter onus: geminumque moranti
 Incuterem bello calcar: sic alite leua
 Distrabimur tandem: et scissis legionibus ambo
 Insequimur late sparsis regionibus hostem.
 Non dum plena colis: iam stamina nostra sorores
 Destituunt fesse: iam mors sua signa relinquit.
 Illicet imparibus ueriti concurrere fatis.
 Fraudis opes dubio poscunt in tempore peni.
 Ars es certa uiris. et nostro incognita damno.
 Celtiberumque animos: quibus auxiliaribus arma
 Fratris ad id steterant precio corrumpere adorti.
 Persuasere fugas. nostrorum exempla per eum
 Ante oculos gestanda ducum: ne robore freti
 Externo proprio non plus in milite fidant
 Obicit ille deos: ius: fas: et inania uerba
 Raptim abeunt: tacitoque uale uis quanta metallo e:
 Dij pudor alma fides uni succumbitis auro.
 Praesidio nudata acies fraterna retrosum
 Aua constituit: notosque recurrere montes.
 Nec uisa est spes una duci: pmit hostis acerbus
 Doctus ad extremum cedenti insistere tergo.
 Ne quoque iam magno distantem punica tractu
 Agmina cingebat: que clauis nouus auxerat hostis

Libri primus

Improbis insultans. visum et mihi cedere fato
 Ne quicquam uetitum caro me iungere fratri
 Inferior numero multum tribus uidiq; castris
 Uallabar: multumq; locis urgebar iniquis.
 Ferrum aderat. spes nulla fuge. quod fata sinebat
 Tempore in angusto. durissima pectora ferro
 Pandim. et uasras herebo detrudimus umbras.
 Ira dolorq; dabant animos. ars bellica nusquam
 Consiliumq; nihil: ceu dum uelamina pasto:
 Fida gerens apibus bellum mouet improbus almis
 Nocte sub obscura trepidant: mox dulcia flentes
 Excedunt inopi substrata cubilia cera.
 Inde ruunt ceceq; fremunt: sparsoq; uolatu
 Importuno instant capiti stat callidus hostis
 Inceptiq; tenax: postquam irrita vulnera victor
 Eruit extirpatq; pie cunabula gentis.
 Sicq; sola salus miseris et summa uoluptas
 Inuisam iaculis gladioq; ultore cohortem
 Lundimus et rapidas in vulnere linquimus iras.
 Illi ex composito stabant. ceu flantibus austris
 Aerius consistit erix. atq; astriger athlas.
 Quid moror incauti armorum sub nube uirumq;
 Obruimur. fortuna suum tenet inuida morem
 Aduersata pios. gelidus mihi pectore sanguis
 Deserat. agnosco insidias: mortemq; propinquam.
 Nec mihi sed patrie metuens pro tempore raptim
 Ingredior dictis cuneos firmare labantes.
 Hac via preclari miles patet ardua leti
 In duce me: quem sepe alias maiore profecto es
 Fortuna nunquam fama meliore secutus.
 Non acies ferri: facies non obuia mortis
 Terreat: exiguo decus ingens sanguine maioris
 Obicit. et caros illustrat cede nepotes.
 Nosce genus: patriamq; libens amplectere sortem.
 Ignauum fortemq; mori: me tangere damno
 Nature lux una iubet breue tempus utriq;
 Jam licet: et terre pelagiq; pericula cessent
 Ultra aderit suspecta dies: hoc fortibus unum
 Contigit: ut leti morerentur. cetera flendo
 Turba perit. lachrymasq; metu diffundit libertes.
 Hora breuis longe testis uenit ultima vite:
 Ergo age si latio quicquam de sanguine restat
 Morde palam facito. nam dum fortuna sinebat
 Uicimus: et nostris eribant funera dextris.
 At modo corporibus: cedunt quando omnia retro
 Sic satis obstruxisse uiam: per pectora nostra
 Perq; truces oculos uultusq; in morte tremidos
 Transcendant. talem libet his opponere mortem.
 His claustris uallare aditus. sciat horrida ueros
 Barbaries cecidisse uiros. et pallida quicquam
 Haud spernenda tamen romana cadauera calcet.
 Accelera bene nata cohortis in limine mors est
 Inuidiosa bonis: romanas semper ad aras
 Lum lachrymis recolenda pijs: et ture perenni.
 Talibus accensi coeunt. et grandinis instar
 Scissa nube ruunt. in tela micantia primus
 Et circumfusos feror: irrediturus in hostes.
 Consequitur deuota neci fortissima pubes.
 Sternimus: et morimur paucis tot milia contra
 Quid reliquum? sed fata pij nunc ultima fratris
 Expectas neq; enim hesperior felicio: ora
 Ille quidem extremo fati de turbine frustra
 Surgere conatus: magne sub mole ruine
 Oppressusq; itidem. nec mors magis ulla dicebat
 Altera quam fratris. fuerat concordia uite

Mira: uel exiguis nunquam interrupta querelis.
 Una domus: victusq; idem: mens una duobus
 Et mors una fuit. locus idem corpora seruat
 Amorum et cineres. huc tempus ferme sub unum
 Uenimus. hic nobis nulla est iam cura uetusti
 Carceris. ex alto sperfos. contemnimus artus
 Odimus et laqueos et vincula nota timemus
 Libertatis onus. quod nunc sumus illud amamus.
 Ille autem illachrymans. tua me tua care pseudo
 Lorde premit pietas genitor: sed mollis inheresq;
 Ultio uerborum semper fuit optima rerum.
 Dic tamen hoc o sancte parens: an uiuere fratrem
 Legis putez: atq; alios quos pridem roma sepultos
 Defunctosq; uocat. lente pater ipse loquentem
 Risit: et o quanta miseri sub nube iacetis.
 Humanumq; genus quanta caligine ueris
 Uoluitur. hec inquit sola est certissima uita
 Uestra autem mors est: quam uitam dicitis: at tu
 Aspice germanum. uiden ut contemptor acerbe
 Mortis eat. uiden indomitus sub pectore robur.
 Et uiuum decus et flammantia lumina fronti:
 Quin etiam a tergo generosum respicis agmen?
 Nos mihi defunctos audebit dicere quisquam?
 Et tamen egregios humani sorte tributi
 Efflaure animos. ac debita corpora terre
 Liquerunt: ceruis nitido uenientia contra
 Per purum radiare diem lecta agmina uultu?
 Immo ait eximie nec quicquam dulcius unquam
 Nos uidisse oculos memini. sed nomina nosse
 Est animus. tibi ne genitor: contraria mens sit.
 Per superos ipsumq; iouem. solemq; uidentem
 Omnia: per frigios si qua est ea cura penates.
 Per siquid patrie uenit huc dulcedinis oro.
 Aut ego fallo: eni. aut quosdam hoc ex agmie noui
 Et mores habitusq; uirum gressumq; manusq;
 Insolitum licet ora micent: tamen ipse recordor.
 Uidi etenim: et patria nuper conuiximus urbe.
 Uera quidem memoras. fraus hinc modo reb' ademit
 Punica terrenis. perijt congressus iniquo
 Credulus etate heu nimium marcellus in illa.
 Ille memor finis: lateri latus admouet ultro
 Nobiscum ne libens celo spaciatur in amplo.
 Crispinus longe sequitur. quem pseudo uno
 Absumpsisse die temptauerat hostis. at illum
 Languida dilate tribuerunt uulnere morti.
 Alter ibi cecidit moriens. ubi furta latebant.
 Inde leuis recte penetrans huc spiritus: illic
 Frigida carnifici: dimisit membra cruento.
 Sed magis ardentemq; animis: pugnasq; fremetem
 Lerne per insidias indigno funere gracchum:
 Corpore seclusum ualido et pollentibus armis.
 Preterea emilio nimium fors inuida paulo
 Aspice magnanimum terebrat quot uulnera pectus
 Lanensi romana die defleta supremum
 Fata putans renuit cladi superesse. sed ultro
 Oblatum contempsit equum: multumq; rogantem
 Repulit: et nimium respondit uixius. at tu
 Macte animi uirtute puer discede tanquam
 Uicturum abde caput. teq; ad meliora referua.
 Dic patribus muniant urbem: dic menia firmant
 Condiscant extrema pati. namq; improba seuas
 Ingeminat fortuna minas: hostisq; cruentus
 Uictor adest. fabiomea uerba nouissima perfer
 Dic me iussorum memorem uixisse suorum.
 Dic memorem te teste mori. sed fata ferorq;

Libri primus

Collega ingenti turbarunt cuncta tumultu.
 Audax loco caruit virtus. tulit impetus illam
 Effuge dum morior: ne forsan plura loquendo
 Sum tibi causa necis. dicentem talia ferro
 Circūstant. uolat ille leuis. timor alleuat artus
 Et plumas adinngit equo ⁊ calcaria plantis
 Anxia ceu uolucris ubi nidum callidus anguis
 Obsidet. hinc uise sese subducere morti
 Optat. ⁊ hinc dubitat. sua dulcia viscera linquens.
 Infelix pietas tandem formidine uitia
 Ledit ⁊ incussis serum sibi consulit alio.
 Uicinaq; tremens respectat ab arbore fatum
 Aetorum: rabiensq; fere. ⁊ plangoribus omne
 Implet anhelus nensus. strepitusq; occurrit amico.
 Sic ibat iuuenis memorandus sepe retro: sum
 Lumina mesta ferens: uidet ingens surgere capis
 Naufragium. uidet immitem post publica pennas
 Funera sacra ducis fodientem pectora duris
 Ictibus. ⁊ celum gemitu pulsabat inani.
 Quid moror. innumeram licet internoscere turbam
 Cesorum hoc bello iuuenum: patrieq; cadentum
 Scilicet immenso studio: dum ledere querit
 Civibus atq; inopem spoliat dum fortibus urbes
 Compleuit celum nostris ferus hannibal umbris.
 Talia dum genitor memorat suspiria natus
 Alta trabens: licuit fateor cognoscere quicquid
 Optabam magis: ⁊ uultus spectare meorum.
 Cetera ni prohibes. nihil est sermone secundi
 Patris amabilius: quin tu modo cominus inquit
 Alloquere. atq; aures q̄: primus inuade paratas.
 His dictis tulit ante gradum. fontemq; modestas
 Demisit. patrumq; tenens sic incipi ore
 Queneranda mihi uero: nunq; q; parente
 Care minus: si nostra deus dedit ora videre
 Mortales oculos. alti si limina mundi
 Indignosq; mihi clarum reseruant olympum.
 Da precor: eriguam nostris affatibus horam.
 Na bene tepus adest moneorq; in castra reuerti
 Oceani subnixi uadis: ubi maxima calpes
 Impendent pelago celumq; cacumine pulsat.
 Illic me romana manent modo signa. ducemq;
 Expectant rapidum hoc tandem stat limite bellū.
 Suscipit amplexu iuuenem placidissimus heros
 Atq; ita. si insu superum mortalia celo
 Membra uebis. nec eni tā magni muneris auctor:
 Eximiumq; decus: quam de te concipiam spem?
 Dictu difficile est. cui tantam numina uiuo
 Concessere uiam. nam ni diuinus inesset
 Spiritus. haud quaq; hoc hoi fortuna dedisset
 Que faciles dispensat opes: archana uidere
 Celica: uenturos longe p̄noscere casus
 Et fatum p̄scire suum: spectare beatas
 Has animas: subterq; pedes radiantia solis
 Lumina: ⁊ aduersos tam uastis tractibus axes
 Nec nunq; fortuna dabit. quia cuncta potenti
 Sunt seruata deo. qui si te lumine tanto
 Illustrat. quo nam te alij dignentur honore?
 Non ergo immerito fractos passimq; iacentes
 Hesperie campis totiens desperimus hostes
 Uidimus ⁊ nostre uindictam mortis: ab illa
 Egregie pietatis habes per secula famam.
 Quidlibet hinc aude mecum nam protinus aure
 Iuuenis: atq; animum uacuum. quin ocius ergo
 Ingredimur. fandoq; breues consumimus hora.
 Dic ait is. si uita manet post busta: quid alius

Testatur genitor. siq; hec est uera perennis
 Nostra autem morti similis: quid demoror ultra
 In terris. quia huc potius quacunq; licebit
 Euolat assurgens animus tellure relicta
 Non bene sentis ait. deus hoc naturaq; sanxit
 Legibus eternis hominem statione manere
 Corporis edicto donec reuocetur aperto
 Non igitur properare decet: sed ferre modeste
 Quantulacūq; breuis superant incōmoda uite.
 Ne insum spreuisse dei uideare: q; ista
 Sunt geniti sub lege homines: ut regna teneret
 Infima: namq; illis custodia credita terre.
 Et rerum quas terra uehit: pelagusq; profundus.
 Ergo tibi cunctisq; bonis seruandus in ista est
 Larne animus: propriāq; uetandus linquere sedē
 Nobilibus curis: studioq; ⁊ amore uidenti
 Promineat ni forte foras corpusq; relinquo
 Ac longe fugiat sensus: seq; ingerat astris
 Hic decet egregios animos. hic exitus est. que
 Diuini fecere uiri: meliora sequentes.
 Sed dū mēbra uigēt. breuis est mora suscipe nrī
 Consilij quid summa uelit. tu sacra: fidemq;
 Iustitiamq; cole. pietas sit pectoris hospes:
 Sancta tui: morumq; comes. que debita uirtus
 Magni patri: patrie maior. sed maxima summo
 Ac perfecta deo. quibus exornata profecto
 Uita: uia in celum est. que nos huc tramite recto
 Lunc reuehat. cum summa dies exemerit istud
 Carnis onus. p̄neg; animam transmiserit aure.
 Hoc etiam monuisse uelim: nil gratius illi
 Qui celum terraq; tegit: dominosq; patrios
 Actibus ex nostris: q̄ iustis legibus urbes
 Conciliumq; hominum sociatum neribus equis
 Quisquis enim ingenio patriam. seu uiribus alte
 Sustulerit: sumptisq; oppressam inuenerit armis:
 Hic certum sine fine locum in regione serena:
 Expectet: uereq; petat sibi premia uite:
 Iustitia statuente dei: que nec quid inultum
 Nec precio caruisse finit. sic fatus amoris
 Admonuitq; faces auido stimulosq; nepoti
 Accensosq; duci simul hec placidissimus addit.
 En fabium celo maiestas maxima tanti:
 Nominis ac uirtus ⁊ iuppiter ipse reseruat:
 Lerne ducem quantum licet hic cūctator ab omni
 Ductus eat populo. tamen ingens gloria tardis:
 Debita consilij uiget. hunc nō flamma: nec ensis
 Eripiet latio. sed dum magis arma tonabunt
 Punica. tranquilla feret huc annosa uetustas.
 Ecce autem interea uenturum turba: nec ulli
 Nota fuit facies. habitus tamen omnibus vnus
 Sidereosq; leuis fulgebat lumine amictus.
 Angusta pauci p̄ ocul omnes fronte p̄reabant
 Jam senioq; graues ⁊ maiestate uerendi
 Nec acies regum est: quos tempora prima tulerūt.
 Urbis ait nostre. frons arguit inclita reges.
 Romulus ecce prior: famosi nominis auctor:
 Publicus ille parens: cernis dulcissime quantum
 Ardor inest animo: talem uentura petebant
 Regna uirum uenit incessu moderatio alter
 Religione noua. populum qui temperet acrem
 Hic uirtute prius patrie curibusq; sabinis
 Insignis. nostramq; ideo transfuētus in arcē est.
 Aspice sollicitum monitu ceu coniugis almas
 Instituat leges ⁊ euntem diuidat annum.
 Extulit hunc natura senem. primosq; sub euo

Hæc habuit frontem. sic tempora cana genasq.
 Tertius ille sequens qua tu nunc uteris: omnem
 Militie expressit regum fortissimus artem.
 Fulmineus visu. victus quoq; fulmine solo.
 Quartus arat muros. et tibi hostia fundat.
 Presagus quas tutus opes huc conuebat orbis
 Sectaq; primeuo connectans menia ponte.
 Frons quinti mihi nota parum. sed suspico: illuz
 Quem nobis regem longe dedit alta corinthus.
 Ille est. haud dubie video tunicasq; togasq;
 Et faces trabeasq; graues. sellasq; curules
 Atq; leues faleras: et cuncta insignia nostri
 Imperij currusq; et equos: pompasq; triumphij.
 Illum autem numero quez cernis in ordine sextu.
 Seruiliis solio regem transmisit origo.
 Et nomen seruile manet. sed regia mens est
 Decus hic generis virtute piauit et actis
 Condidit hic censum prior. ut se noscere posset
 Roma potens. altumq; nihil sibi nota timeret.
 Finierat. tunc ille iterat si lecta recordor
 Romuleo cinxisse comas diademate septem
 Audieram: totidem cognomina certa tenebam.
 Alter ubi est igitur? fili carissime dixit.
 Huc et luxus iners et dura superbia nunq;
 Ascendunt: atrox animus nomenq; superbum.
 Hunc exposcis enim qui sceptris nonissima rexit?
 Rex ferus et feritate bonus. nam tristia passe
 Hic libertatis primum urbi ingessit amores:
 Quin animas letas melioraq; regna tenentes
 Lerne cateruatim uere virtutis amicos.
 Tres simul ante alacres alternasq; brachia nexi
 Ibant. hos leto celebrabant agmina plausu
 Umbrarum. atq; omni deuotas ex ordine vulgus.
 Substitit admirans. que tanta est gratia dixit
 Ista trium? quis tantus amor connectit euntes?
 Nos idemq; parens. eademq; ait extulit alius
 Hinc amor. hisq; ipsis libertas credita quondam.
 Hinc fauor. heu iugulos et vulnera cruda duorum
 Aspice: utriq; recens nitet ut generosa cicatrix
 Pectore in aduerso. populorum pugna potentum
 Tergeminis mandata viris: ut sanguine pauco
 Scilicet innumere cessarent funera gentis.
 Diuisis exercitibus: conspecta suorum
 Aduersisq; oculis sex ultima bella gerebant.
 Libertas tunc nostra tremens similisq; cadenti
 Unius ad fatum: dubio sub Marte pependit.
 Unius est asserta manu. germanus uterq;
 Occiderat. populoq; nimis fortuna fauere
 Leperat albano: nisi tertius ille superstes
 Integer et fratrum mortes: et publica fata
 Restituisset agens victricia corpora campo
 Donec se victos spacijs: largosq; cruore
 Defectos plagisq; graues et cursibus haustos
 Impiger alterno iugulasset vulnere fratres.
 Id recolens nunc exultat. gaudentq; vicissim.
 Germani: ad superos nec inulto funere missi.
 At quibus imperium virtus ea contulit ultro
 Circũstant memores. sed quid per singula uerso?
 Milia nonne vides spaciosum impleantia celum?
 Publicolam ante alios. tanto cognomine dignus
 Preclarum pietate duces patrieq; parentem?
 Lumina visendi cupidus flectebat et ingens
 Agmen erat iuxta. stabilem qua uergit ad arthon
 Lactens: innumeris redimitus circulus astris.
 Obstupuit. queritq; viros et nomina et actus.

Lare nepos si cuncta uelim memoranda referre
 Altera nos opranda tibi est ait: aspice ut omnis
 Stella cadit pelago: celumq; reflectitur et iam
 Candidus aurore meditatis surgere vultus
 Uib:at et eoa iam somnum diluit vnda.
 Tum pater admonuit. fugientia sidera nutu
 Ostendens. uetuitq; moras. hic nosse satis sit
 Romanas has esse animas: quibus vna tuende
 Lura fuit patrie. proprio pars magna cruore
 Diffuso: has petijt sedes: meritoq; caduce
 Pertulit eternam per acerba pericula vitas.

Incipit argumentum secundi libri africe.

Alib' intetum pater arripit: melit' heros
 Scire futura cupit: recipit narrate parete
 Fallacis per cuncta uelit neu credere vbis
 Hannibal: quem clara ducis victoria flentes
 Italia patrioq; procul de littore pellet.
 Inde duces alios romane stirpis: ab illis
 Julius: et Marius: Pompeius clarus in armis
 Auxonijs. diuum hos sequitur clarissima proles
 Augustumq; genus. itali fastigia regni
 Atq; graues lapsus: pceptaq; sacra parentis.

Incipit liber secundus.

Alib' intetum pater arripit: atq; benigne
 Tempus ait celo descendere. gratia rara
 Huc uenisse fuit. patietur abire decoz e.
 Ne ppa pcor alme parcs qn digerj ingt
 Pauca mihi dubio. certiq; remitte futuri.
 Nate exigui solatia temporis insit
 Erigis: ambigue subito tibi somnia noctis
 Omniaq; implicite uanescent visa quietis.
 Siqua animo memori uestigia forte manebunt
 Somnia uana tamen: mentemq; errasse putabis.
 Sed nequeo spreuisse preces. dic nate quid angit
 Le magis et breuibus: celeri te subtrahere pbebo.
 O genitor: si nota tibi diuina uoluntas:
 Sigs tibi ante oculos uenturus est cernere tepus.
 Scire uelim quid fata parent. nam bella videmus
 Aspera terribili latium quassantia motu.
 Hannibal in foribus stat perfidus: omnia retro
 Uersa cadunt. nostro pinguescunt arua cruore.
 Tot clari cecidere duces. uos lumina tanti
 Imperij: tam magna duo cecidistis: eodem
 Tempore: tuc italis raptus regionibus est sol.
 Magnaq; sub gemina nutauit roma ruina.
 Quid superest. dnaz quis nunc manet exit' urbe?
 Corruet an stabit? q; si frustra arma mouemus
 Exime tot curas animo: tantosq; labores.
 Somnus redde oculis. et membris redde quiete.
 Na mihi si cogente deo patrieq; cadendum est
 Quid iuuat obniti contra? fatoq; prementi
 Humanas afferre manus? moriamur inermes.
 Uiuat et in toto regnat ferus hannibal orbe.
 Non tulit indignantes animo pater optimus: imo
 Immo ait armato latronem pellere luscum
 Finibus auscuiue dabitur: discedet iniquo
 Inde animo: metuetq; alienam linquere terram
 Sanguinis ac prede sitiens: at mesta suorum
 Plebs metuens: belloq; nimis turbata propinquo
 Nunc repetet retrahetq; domu: postq; afferat tãget

Littora: funesto ueritus conflagere campo
 Congressus uolet ante tuos: tu furta caueto:
 Insidiasq; viri: doceat te dira tuorum
 Funera barbarico confecta ferociter astu.
 Tamen. atq; hostis crudelem conspice vultum
 Et dictis intende aurem. cantusq; vigilq;
 Insidiosa senis uersuti percipere uerba.
 Si rennuis retrahisq; pedes: nihil crede. per orbē
 Aut timidus uideare alijs: aut forte superbus.
 Ille quidem uaria temptabit flectere mentem
 Arte: dolisq; nouis: dulcem per secula pacem
 Pacem iterans: pacisq; tegens sub noie fraude.
 Unicus euerfor pacis: firmissime presta
 Propositumq; tene. nil de patrieq; tuag;
 Maestate cadat. fremet ille: et tristia coram
 Fata uident. humiles uoces submissaq; uerba.
 Ore dabit ficto. iuuenem semperq; secundis
 Assuetum: casus uarios librare monebit
 Fortune. ac multa ancipiti sermone tremenda
 Proferet: euentusq; ducum. cum nulla uidebit
 Uerba altum mouisse animum: tum tristis et ira
 Feruidus. arma fremens belliq; in castra redibit
 Pugna erit ambiguo quam spectant fata fauore.
 Cuius ad euentum toto timeatur in orbe.
 Sanctor: his preerit castris. dux impius illis.
 Hinc uirtus obiecta malis. cultusq; modesti.
 Et pudor. et bene suada fides: pietasq; comesq;
 Iustitia. et relique vibrabunt arma sorores.
 Inde furor: dolus: et rabies: et nescia ueri
 Pectora: contemptusq; dei: feruensq; libidos:
 Lecaq; perpetuis crescens subtilibus iras:
 Et scelerum species horrende: ac nomina multa.
 Uictor: eris bello tandem: uictoria nec te
 Efferet: ast illum fortuna aduersa repente
 Prosterne: victus fugiet: peregrinaq; tanget
 Littora. qua grais asiam regionibus estus
 Hellepontiaci dirimit maris: omnia tandem
 Temptabit: regumq; pedes. indignaq; supplet
 Contiget genua. atq; aliena precabitur arma:
 Italicas ardens. iterum ruiturus in oras
 Si fortune sinat. nobis sed amicio: illa
 Jam longis satiata malis: funesta retrosum
 Consilia euertet: quid multa? uagabitur exul
 Pessimus: et terras uirus dispergit in omnes
 Romanos in morte petens. ceu saxea seuum
 Lum forte in triujs tempestas obruit anguem
 Ille furit moriensq; minas uomit: atq; uenenum
 Wille ligans caudas: squamosaq; corpora nodis
 Horrificus solo aspectu: postrema cruentus
 Sibila languenteq; oculos attollit: et ipsum
 Seuit in auctorem frustra. sic turbidus iste
 Wille uias moribundus aget. quo tempore forte
 Publica dum perages mandata uidebis inermē
 Securus: faciemq; trucem. que terruit urbem.
 Lolloquio festina dies uideatur amico
 Lantorum felix ephesus sermone uirorum.
 Fama quidem mendax falsa cu; lance nephādos
 Equat iniqua bonis. facinus dū grande tremēdū
 Horrendum dictu inuenit: canit orba per orbem
 Nec dirimit causas: patriam iuuat ille cadentem
 Laudatur: multaq; alius cum strage cruentus
 Captat opes: regumq; sibi uicturus in auro.
 Hic quoq; laudatur. laudabitur hannibal: atq;
 Scipio. posteritas mirabitur omnis utrunq;
 Ne u par dissimile. et diuerso sidere terris

Illatum. ac uulgus discernere quanta sit in ter
 Magnificum ac tetrum facinus distantia nescit.
 Qu; subito miris animum uolet ille loquendo
 Flectere blanditijs. seu sunt hec punica semper
 Pectora. seu laudem uirtus uel ab hoste meretur.
 Precipue tam rara quidem. uerum illa iocosum
 Qualiacunq; tibi risum fortasse mouebunt.
 Nil aliud. sic ille graues in morte reflexus
 Lum dederit. falsaq; animum spe pauerit amens.
 Tandem bitinica ruet imperterritus aula:
 Dux atrox urbiq; metum depellet et orbi.
 Hostis fata uides. tanto quem tempore tellus
 Sustinet ausonie. q; si romana requiris
 Pauca sed e medio fatorum intentus aceruo
 Accipe: procliuem faciet uictoria presens
 Ad reliquas. facilemq; uiam. nullumq; pudebit
 Quis teneat carthago potens apprehendere portū.
 Illa iugum populos. et ferre tributa docebit
 Illicet etholus consurget. uanus ad arma
 Proruet antiochus: fratris iunioris et illum
 Vincitis auspicijs. teq; orbis noscet eous
 Ur cephirus pridem ac pluuiialis nouerat auster
 Inde alia ex alijs nascentur bella. sed omnes
 Vincet roma minas: et totum proteret orbem.
 Uicta iugum regna excipient. sub legibus ibunt
 Mor galate macedumq; furor. nil regia possunt
 Nomina: nil patrum egregij prodesse labores.
 Magnus alexander totiens reuocatus ab urna
 Si redeat: mea sit que nam sententia nosti.
 Grecia tota breui procumbet tempore uicta.
 Et male cesorum penas dependet auorum.
 Hic placet: et glabrio et spectata modestia mēni
 Flaminiq; animus. claris qui crescere factis
 Incipit: et tecum temptat certamina fame.
 Res instant uarie. series quoq; longa laboris.
 Florida iamq; uiris uenit armipotētib; etas.
 Nec mihi iam scauros: du: usos: crebrisq; metellos
 Insignes titulis. et nomina clara nerones
 Protulit. hoc olim ueniet de stipite ramus
 Pestifer: ac populis umbra nociturus iniqua.
 Jam sensim assurgunt rigida uirtute catones.
 Quotiuam domus illa minus foret inuida nostre.
 Surgunt emilij. quorum de gente nepotem
 Elige. qui nomen gestis mereatur auitum.
 Reliquiasq; tuas ferro consumat et igni.
 Durio: id meritis odioq; accensus honesto.
 Longius incedam. iamq; hinc sillamq; ferocem
 Pompeiosq; graues animosaq; pectora bruti
 Ante oculos habeo. stuporq; ubi condere ferrum
 Audeat. hinc rerum summa ad fastigia uentū est.
 Cesareumq; genus: toti dominariet orbi
 Prouideo: quid cuncta sequar? non ditior vnq;
 Urbs animis erit egregijs: ducibusq; supremis.
 Crederet hoc aliquis. campano raptus aratro:
 Unus erit bello eximius. qui nostra sub austrum
 Signa ferat: libiamq; iterum premat: inclita regū
 Colla triumphali uictor: fracturus ab arcu.
 Bisq; sub extrema latium formidine soluat
 Obsidione graui. calidaq; reuersus ab ora.
 Atq; alpes subito iussus transire niuofas.
 Preter aquas sextas. dicunt sic nomine uallem.
 Theutonicum insigni compescat strage furorem.
 Post simili ardentē posternat uulnere cimbrof.
 Orbis in extremi latebras. ubi castra locasti
 Nunc iuuenis memorāde nouis per secula factis

Magnus item iuuenis ueniet: nec dignior alter
 Nomen habet magni. hic tagū: betimq; z hiberū
 Loget ferre iugus. dominumq; agnoscere tibi.
 Nunc idem nimia ciuem feritate rebellem
 Contundet. tibi nulla animum contingat honestū
 Inuidia. atq; alios patrias ad alta uolare.
 Nullus erit. nullusq; fuit. cui gloria tota
 Cesserit. illa nouis semper parat integra partem
 Uita breuis: rerumq; uenit longissimus ordo.
 Quid fiet nisi queq; suos produxerit etas
 Uenturus qui sponte uelint occurrere fati?
 Sufficeret cunctis spaciosi temporis vnus:
 Publica res poterat duce te contenta fuisse.
 Tu siquidem letus mecum dum bella gerentur
 Nunc eris: z iuuenem egregium laudabis ab alto.
 Pauca sed innumeris memoro. maiora supersunt
 Besta viri. plectroq; alij maiorē canenda.
 Namq; hic precipiti sit fas dixisse uolatu
 Victor ab occasu descendens victor ad ortus
 Preueniet. nomenq; italum super astra leuabit
 Omnia succumbent. multis fortuna triumphis
 Larga uolet ditare ducem. moderatior autem
 Implendusq; animus paucis. q; laurea triplex
 Stringet honesta comas: q; ter sua roma uerēdo
 Extantem curru videat: contentus abibit.
 Nunc z pirratas pelago depellet ab omni
 Vincetur iudea tenax: armenia duplex:
 Capadoce: arabesq; z lato corpore ganges
 Persis: z arfacides. rubroq; a littore tandem
 Omnia vincentes rigidas ueniemus ad archon.
 Et glaciale solum: tanaym: z meotida duram:
 Ripheosq; procul tangemus in ethere montes.
 Attriti longo fugient certamine regeō.
 Et vitam simul z regnum bellumq; perosi
 Caspia calcabunt victores claustra. sabeiā
 Turicremasq; domos. intacti limina templi
 Intrabunt. cernentq; aditi penetralia sacri.
 Purpura non illos nō gemme: aurūq; mouebunt
 Liberauros inter medios mucrone trementi:
 Paupertas romana uenit nec tangitur illis.
 Insula non toto restabit libera ponto
 Non tellus: seu pressa uagis: seu stantibus astris.
 Aula sub imperium ueniet ditissima cipri.
 Creta superstitionū ingens domus: atq; magistra.
 Euboicūq; latus phebo rhodus inclita: z yndis.
 Tum salis egei celo uelut astra sereno
 Cyclades effuse medio clipeusq; potētis
 Trinacrie: z crasso diues sardania celo.
 Pauperiorq; solo sed apicis corfica faris.
 Et quicquid tusco iacet equore: quicquid hiberō
 Quicquid z adriaco: Sed quis cum classe fremētē
 Ibit in oceanum: fortissimus ille nepotum
 Unus erit: magno semper cantandus in orbe.
 Gallica qui uario complebit rura pauore.
 Et flumios atri violabit sanguinis unda:
 Inde procul celo z terra pelagoq; repostos
 Auricomās rapido calcabit marte britannos
 Stringet: z indomito luctantem gurgite renū
 Pontibus. hostilesq; tenens cum milite fines.
 Lristia ceruleis germanis bella mouebit.
 O felix si forte modum sciat addere ferro
 Nesciet beu noletq; miser: sed turbine mentis
 Uictrices per cuncta manus in publica uertet
 Uiscera: civili sedans externa cruore
 Prelia. z emeritos indigno marte triumphos.

Me tamen infami tam multa decora furore
 Lommaculare pudet. q; turpiter omnia calcat
 Ambitus: ut totum imperium sibi uendicet vnus
 Primus: z exemplum reliquis. spolietaq; supbus
 Tarpeiam. miserosq; nouo legat ordine patres.
 Nec z pharsalicas mortes: ephyreaq; arma
 Tharsonq; z mundā: z capitolia sanguine tincta
 Omnia pretereo. Succedet maximus illi
 Inde nepos. clara ueniens a stirpe sororis
 Nunc mihi longinquos mittet sub legibus indos.
 Egyptumq; feror: z barbara sinistra mouentem
 Uxorem latij capiet ducis. inde per omnem
 Fulminet ense diem. reges pede supprimat altos.
 Nunc parere ferum romanis fascibus bystrum
 Perdoceat: gemineq; solum quod subiacet urse.
 Nunc urbem tribus inuectus de more triumphis.
 Edicet toti precepta incognita mundo.
 Et summo celsus solio submissa videbit
 Sceptra sibi: clarosq; duces: atq; agmina vulgi.
 Munera ferre omnes: studioq; ardere placendi.
 Jam senior rigidos bello contundet hyberos.
 Ultimus ille babos. exhinc tranquilla sequantur
 Secula. tum gemini claudentur tristia iani
 Limina: z erati iungentur cardine postes
 Inde grauem tumulo mittet neneranda senectus
 Digressum amplexu. z dilecte coniugis ulnis.
 Nuncius post cineres video romana reuerri
 Fata retro: z pulchros prolabi ad turpia mores.
 Mei mihi quid moreris tecum moritura propago
 Nominis est nostri. sed tu tibi debita nactus
 Alta petes conuexa poli: quid turba superstes
 Ludibrium mundo. generisq; infamia primi
 Tartara conspiciet meritis. stigiosq; recessus.
 Ac nimium propero. video par nobile natum
 Atq; patrem. z gemino capitolia leta triumpho
 Laurea bina vires. duplex quoq; purpura: curru
 Non video: spectare duos: contenta sed vno
 It pietas. noua res equidem: z dignissima fama.
 Corruet hinc ducibus hierosolyma: victaq; ferro
 Inclita religio. z gladijs prerumpere sacra
 Fas erit. z poterunt populi peccata mereri.
 Uterius transire piget. nam sceptra decusq;
 Imperij tanto nobis fundata labore
 Externi rapiant. hispane stirpis z afre
 Quis ferat has hoium sordes: nostrisq; pudēdas
 Reliquias gladij: fastigia prenderē rerum?
 Amplius urgentem quoniam frenare dolorem
 Non poterat: rupit lachrymis z uoce loquentes.
 Quid miserum pater alme refers: tantū ne licebit
 Fortune: prius instigias conuulsa paludes
 Astra cadent. prius ethereo trux arbiter orci
 Victor erit solio. celiq; tonabit ab arce
 Africa q; rome victrix sua iura: suūq;
 Nomen in eternum rapiat: non longa dolentem
 Passus ait. depone precor lachrymasq; mettiq;
 Uiuet honos latius: semperq; uocabitur vno
 Namine romanum imperium. sed rector habens
 Non semper romanus aget. quin syria mollis
 Porriget ipsa manum: mor gallia dura. loquaxq;
 Grecia. z ibicum. tandem cadet ista potestas
 In boream. sic res romanas fata rotabunt.
 Forte sub extremos annos mundi q; ruentis
 Interitum. ad propria sedes fortuna redibit.
 Alius incumbens atq; urbis cetera nostre
 Fata petens: vnū hoc de pluribus ille supernas

Abscondit sub nube deus: sed noscere quantum
 Permissum est animi augurio: non vita sub hoste
 Roma ruet: nulliq; data est ea gloria genti.
 Nulli tantus honos populo: vincetur ab annis
 Rimosoq; situ paulatim fessa senescet.
 Et per frustra cadet: nulla vnq; nulla uacabit
 Liuiq; odio 2 bellis furialibus etas.
 Tempus adhuc ueniet cum vix romanus in urbe
 Ciuis erit uerus. sed terras lecta per omnes
 Fer hominum. tamen 2 tunc se male sana cruētis
 Turba premet gladijs. 2 ni fortissimus vnus
 Vir aliquis dignus meliori tempore nasci
 Opponat sese medium: frontemq; manumq;
 Linbus ostendat: superest quodcūq; cruoris
 Pectoribus miseris per mutua vulnera fundant.
 Hoc solamen habe: nam roma potentibus olim
 Condita sideribus. q̄uis lacerata malorum
 Consilijs manibusq; diu durabit: eritq;
 Mas inter pestes nudo uel nomine mundi
 Regina: hic nunq; titulus sacer excidet illi.
 Qualiter annosum vires animusq; leonem
 Destituunt: sed prisca manet reuerentia frontis:
 Horrificusq; sonus. q̄q; sit ad omnia tardus
 Umbra sit ille licet: circum tamen omnis inermi
 Paret silua seni. sed quis uel noscere certam
 Audeat: aut rebus tantis prefigere metam?
 Uis loquar: in finem q̄uis ruinoso dierum
 Uiuet: 2 extremum ueniet tua roma sub eum:
 Lum mundo peritura suo. sic fatus ab alto
 Pectore suspirans tacuit. dextraq; sequentem
 Per nitidum conducit iter: iam prona cadentis
 Calcabant conueta poli. gradibusq; suprema
 Linquebant leuibus. qui lumine terga feriret
 Lucifer altus erat: tamen vna erat umbra duoru.
 Atlantisq; ruens de uertice plena propinqui
 Linthia conspecti splendebat imagine fratris:
 Miciterum genitor sacro ueneranda resoluit
 Ora sono: stetit eximia dulcedine mundus:
 Laptus: 2 eternos tenuerunt astra meatus.
 Hæc prioris ait solamen 2 optima vite
 Pars mihi: qui leto cumulas nūc gaudia celo.
 Quodq; ego non rebar facis: ut spectando beat⁹
 Mortales videar mihi me felicio: ipso.
 Huc aures intende pijs: 2 pectora ueri
 Plena refer. mora nostra breuis. nāq; iuida nocq;
 Umbra abiit. pelagusq; operit ias fluctibus astra.
 Omnia nata quidem pereunt. 2 adulta fatiscunt
 Hæc manet in rebus quicq; mortalibus: vnde
 Vir etenim sperare potest: populus ue: quod alma
 Roma nequit: facili labuntur secula passu
 Tempora diffugiunt. ad mortem curritis: umbra
 Umbra estis. puluisq; leuis: uel in ethere fumus
 Exiguus: quem uentus agat. quo sanguine parta
 Gloria: quo tanti mundo fugiente labores?
 Stare quidem vultis. sed enim rapidissima celi
 Uos fuga precipitat. cernis q̄; parua pudendi
 Imperij pateant circum confinia nostri?
 Hæc tamen heu quanto nobis extenta labore:
 Hunc quoq; q̄; multo uobis seruanda periclo?
 Finge quod esse potest 2 erit nisi fata benigni
 Penitet incepti: totius sola sit orbis
 Roma caput: terris dominetur sola subactis.
 Quid tamē hic magnum? tanto quid noie dignus
 Inuenis? angustis artatus finibus orbis
 Insula parua litu est: curuis q̄; flexibus ambit

Oceanus: viden ut paruus cognomine magnus?
 Hæc tamen banc tota incolis nā multa paludes
 Multa tenent silue: pars rupib⁹ hispida torpet:
 Pars riget glacie: pars squalet inusta calore.
 Serpentesq; domos calidis tegit estus arenis.
 Utq; simul totum videas: buc lumina uolue
 Uerticibus celi aduersos: atq; alta tuentes
 Lernis stare polos: subiectaq; cuncta duobus
 Perpetuo durata gelu. prohibetur ab illa
 Stirps regione procul. nil nascitur illic
 Quod victum prestare queat: qua semita solis
 Latior. obliquusq; uagis it circulis astris
 Ignibus arua rubent. mediusq; exestuat ingens
 Pontus: 2 ardorem celi male temperat humor
 Subditus buc olim prisca finxere poete
 Conuenisse deos. potuq; cibosq; refectos
 Ethiopum cum rege: grauis durisse sub umbra
 Atlantis placidam tranquillo numine noctes.
 Quod fictum est ideo: quia numina magna putabāt
 Sidera: que liquidis primum uescuntur in undis
 Ethiopum quas litus habet: mor fessa videntur
 Uergere ad occasus ubi maximus eminet atlas:
 Ultima terrarum qui possidet. ille paratus
 Excipit. ac magno uenientia contegit antro.
 Sed redeo mediam uertitum est attingere sonam
 Etheris hinc etenim. uos inclementia longe
 Submouet: ac circum flammis pmixta tepescunt
 Frigora. sic gemina mortales sede fruuntur.
 Altera sed uobis est inuia. separat illam
 Et calor: 2 pelagus statio tantū vnica restat
 Parua. sed hec uasto nimis interrupta locorum
 Desertosq; habitu. linguarum dissona multum
 Murmura. diuersi mores. hec crescere famam
 Impediunt: nulli toto cognoscier orbe
 Contigit: extrema quis erit bene notus in arbo?
 Et vili ignotum continget nomine fontem?
 Quem sua toprobauit comendet gloria 2 idem
 Littus ad biberum resonet: mortalia quorsum
 Uota ruunt: amplam cupiunt diffundere famam
 Septa sed arcta uentant. angusto carcere clausos
 Somnia magna iuuant. at cum lux ultima somnū
 Excutit: ac tenebras adimit. tum cernere uerum
 Heu miseri sero incipiunt: 2 tempora retro
 Hæc quicq; aspiciunt abeuntq; amissa gementes.
 Illa quoq; in nobis ridenda insania mentes
 Occupat: eternum cupitis producere nomen.
 Secula demulcent animos numerosa. uenitq;
 Posteritas longa ante oculos. libet ire per ora
 Doctoruz: extinctos hominū. clausosq; sepulchro
 Libiore via per mundi extrema uagari.
 Uiuere post mortem. uolentias spernere parcas.
 Dulcia sunt fateor. sed nomine uiuere nil est
 Uiuite sed melius. sed cernis: ardua celi
 Scandite felices. miserisq; relinquire terras.
 Hic uos vita manet. quam secula nulla mouebūt
 Quā nec tristis hyems: nec noxia torqueat etas:
 Anxia sollicitam quam non opulentia reddet.
 Querula non mestam paupertas: palida nō mors
 Obruat aut nocuo uerabunt sidere morbi.
 Corpore. atq; animi sine tempore uiuite. nā uos
 Et magno partum delebunt tempora nomen.
 Transibunt cito que uos mansura putatis.
 Una manere potest o casus nescia virtus.
 Illa uiam facit ad superos. hac pergite fortes
 Hæc defessa graui succumbant terga laboris

O, si falsa uagam delectat gloria mentem:
 Aspice quid cupias: transibunt tempora: corpus
 Hoc cadet: et cedent indigno membra sepulchro.
 Mox ruet et bustum: titulusque in marmore sectus
 Occidet: hinc mortem patiaris. nate secundam.
 Clara quidem libris felicibus insita uiuet
 Fama diu: tamen ipsa suas passura tenebras.
 Ipsa tuas laudes etas uentura loquetur
 Immemor ipsa eadem: seu tempora fessa tacebit
 Immemoresque dabit post secula longa nepotes.
 Magna geris. maiora geres immensaque victor
 Conspicies tu bella manu: et dignissima fama:
 Res multis laudata quidem laudandaque multis.
 Ternere iam video: genitum post secula multa
 Finibus etruscis iuuenem: qui gesta renarrat
 Nate tua: et nobis ueniat uelut ennius alter.
 Larus uterque mihi: studio memorandus uterque.
 Iste rudes latio duro modulamine musas
 Intulit. ille autem fugientes carmine sistet.
 Et nostros uario cantabit uterque labores
 Eloquio: nobisque breuem producere vitam
 Contendet: uerum multo mihi carior ille est
 Qui procul ad nostrum reflectet lumina tempus.
 In quod eum studium non uis precium ne mouebit.
 Non metus aut odium: non spes aut gratia nostri.
 Magnarum sed sola quidem admiratio rerum.
 Solus amor ueri. sed quid tamen omnia profunt?
 Jam sua mors libris aderit. mortalia namque
 Esse decet. quecumque labor mortalis inani
 Edidit ingenio. quos si tamen illa nepotum
 Progenies seruare uelit: senioque nocenti
 Uim facere. ac rapido uigilans obsistere seculo.
 Non ualeat. tam multa uerant. fatalia terro
 Diluua et populos uolentior estus adurens:
 Et pestes rerum uarie. celique marisque.
 Bellorumque furor: toto nihil orbe quietum
 Stare sinens. libris autem morientibus: ipse
 Occumbes etiam. sic mors tibi tertia restat.
 Quot modo in extremo claros oriente uel austro
 Esse uiros reris? tamen ad uos mittere nomen
 Non potuere suum: quot prima etate fuisse
 Illustres. famaque ausos sperare perennem
 Nunc tamen ignotos: annorum nate locorum et
 Estis in angusto positi. que cuncta uidentem
 Huc decet huc animos attollere. uulgus inane.
 Uiderit in terris quo te sermone loquatur.
 Despice quisquis is est: et si mea iussa merentur
 Te docilem. humanum iubeo contemne fauorem
 Ne ue ibi uel nimiam rerum spem pone tuarum.
 Illecebris trahat ipsa suis pulcherrima uirtus
 Gloria: si fuerit studiorum meta tuorum
 Perueniens equidem: sed non mansurus ad illas.
 Premia si autem celo tua nate reponis
 Quo semper: potiaris habes: sine fine beatus
 Et sine mensura. quod si dulcedine fame
 Langeris et stimulis. etiam nunc pueris istis.
 Quod preclara tuo stat gloria fixa labori
 Polliceor. ueniet precium tibi nate quod optas.
 Illa uel inuitam. fugias licet. illa sequetur
 Ut sub sole uagum comitatur corporis umbra
 Ipsa tui: quocumque gradum tu flexeris: illa
 Flectitur: et stat si steteris. sic fama uolentem
 Volentemque simul sequitur. sed nunquid ineptus
 Dixeris arenti gradientem in puluere: ut umbras
 Aspiciat post terga suam: non sanior ille est

Qui terit etatem frustra. corpusque fatigat
 Aut animum curis onerat: nihil inde reposcens
 Nil laudem: et uarios populi per compita uictos.
 Que nam igitur queres mea sit sententia? dicam
 Ille erat ut metam teneat. licet inter eundem
 Umbra sequatur iter: uirtutis amore laboret
 Hic alius: celumque sibi sit terminus: et non
 Gloria que meritos sequitur uel spreta labores
 Ergo age nate uiam tibi quam super ardua monstro
 Ingredere. aut potius ceptum ne desere callem.
 Publicares duce te uigeat uictrixque supremo
 Cardine fortune sedeat. spectabit ab astris.
 Quicquid ages placidus rex cuncta tegentis olimpi.
 Letus honore tuo. sed nullo letior actu
 Quod te patrie baculum superesse labanti
 Nomen et hoc merito scipionis habere uidebit
 Cognomenque aliud tibi quot tua facta parabant.
 Insuper id moneo. memorique hoc imprime menti
 Post studium recti. patrieque parentis amorem
 Proxima de caris tibi cura supersit amicis.
 Pronus amicitias amplectere quas tibi uirtus
 Conciliat. partesque cole. hoc da nate roganti
 Rebus in humanis nil dulcius experiere.
 Alterno conuictu et fido pectore amici.
 Est equidem ex multis tibi nunc certissimus unus
 Lelius. archani sit conscius atque minister
 Ille tui. regat affectus. pectusque profundum
 Ternat inaccessum reliquis. post tempore multo
 Lelius alter erit. domui claroque nepoti
 Larus: et eximio pariter coniunctus amore
 Hinc olim multi errabunt. parque omnibus unum
 Lelius et scipio: celebrabitur inter amicos.
 Quos tulit extrema ueniens ab origine mundus.
 Lum duo sint paria. et longo distantia tractu.
 Suscipe tu primum nec sis licet altus: amicum
 Despice plebeium. quoniam de plebe uerendi
 Surrexere uiri: quos nobilioribus equos
 Uua tulit uirtus: animusque parentibus impar.
 Dixerat ille autem tua per uestigia queque
 Ingressus. nunquam primo memor ipse decori
 Desuerim: tamen admonitus uigilantior ibo:
 Quo me sancte uocas genitor: sed multa mouentes
 Te factum tacuisse meum. pater optime miro.
 Uestior ille equidem. tua te dulcissime uirtus
 Aspera cuncta pati doceat. quid fata referuent
 Ultima preclaro malis nescire labori.
 Ingratam patriam. piget bene narrare pudetque
 Experiare licet. facili contentus abito
 Uindicta non arma tibi: non castra mouenda.
 Et si forte queas: prestat quecumque subire
 Fortunam. patriam seruata perdere noli:
 Et meritum maculare tuum. fugat illa: recede
 Non reuocat: persta. sed preclarissimus exul
 Uinenti illatum moriens ulciscere uerbo
 Dedecus et patrie cineres. atque ossa negato:
 Ingratamque uoca. memorique inscribe sepulchro.
 Hoc liceat tantum. tibi nil permisero ultra
 Jamque uetor traxisse moras: memor ergo parentis
 Nate uale: et mitis surgentem dirige fratrem.
 Iteque uiam post te tua per uestigia seruet
 Dixit: et equabit fugientia sidera cursu
 Interea lux orta super tentoria fulsit
 Irrupitque ducis durum rubicunda cubile.
 Buccina castrorum cecinit: sonitusque tremendo
 Attonitum subito somnusque paterque reliquit?

C Incipit argumentum tertij libri
 Ostē visa ducis sol ercutit optim⁹ heros
 Acciri prope lelium iubet illicet ille.
 Mittit ad reges syphacē ut federa ponat.
 Hospitis inde thoro fruit citharista iocosus
 Carmine pangebatur: quibus est firmata seueris
 Urbs carthago viris. hinc magne maxima rome
 Fundamenta canit lelius ducibusq; supremis
 Exornat: quo sit ingens satiata uorago.
 Et decios regulosq; canit. causamq; superbi
 Regis ad expulsi tandem deuenit ab urbe.

C Incipit liber tertius.

Impiger astrigerū postq; sol ptulit arē.
 Et rapidos imisit equos: cessere tremēti
 Sidera cūcta fuga p̄surgit maxim⁹ heros
 Singula tractas aio: que visa p̄ ymbas
 Intulerat nocturna quies: Lur dulcia patri
 Oscula non rapui: cur uertere terga parantem
 Non tenui: p̄ndiq; manu: cur ista ruit nox
 Tam cito: nec licuit placito sermone morari.
 Multa petiturus fueram. quibus ultima campis
 Agmina concurrant. seu qua regione profundi.
 Quantum in amicitijs fidei: q̄ barbari regum
 Pectora fida forent. qua nam tellure sepulchrum.
 Quod ue genus mortis fors imperiosa referuet
 Uel mihi uel fratri. qui sit patruelis amati
 Exitus: aut fatus. nam p̄idem est cognita virtus:
 Omnibus an soli mihi nunc iniuria care
 Impendet patrieq; nebas: at forsitan ista
 Sit melius nescire mihi: ne conscia finis
 Aduerso retrabat virtus sua carbasa uento.
 Imodo qua ceptum est. patrieq; ignosce furenti
 Nescit enim quid agat. sic secum fatus: amicum
 Accire prope lelium iubet: illicet ille
 Affuit. atq; oculos tacitus frontemq; uerendam
 Suspiciens immotus erat: carissime leli
 Magna animo uoluntur ait: que gessimus ambo
 Sufficiant fortasse alijs: at quantula res est:
 Italicas inter clades miserandaq; fata
 Hispanas fregisse acies: uacua ista periclo
 Militia. et matris questum est dedecus armis
 Ni ceptum peragatur opus: timuisse uidemur
 Horrifici ducis aspectum: et longinqua petisse
 P̄relia: non ausi patria concurrere terra.
 Meniaq; obsesse defendere dulcia rome.
 Exilium ne fugam ne hostes ciuesq; uocabunt?
 Nescio quid tibi nunc animi: quid roboris in sit.
 Sed mediocre aliquid nequeo sperare: sit ergo
 Incepisse alijs clarum et memorabile fatum
 At mihi nil satis est aliquid dum restat iniquam
 Hannibalem reuomentem animā p̄i⁹ ipse uidebo
 Tot nostros placare duces: carthago profundo
 Perfida subidet. q̄ pectoris ira quiescat
 Alta mei: moriarq; libens dum tristitia possint
 Nocte mea equari penorum vulnera nostris.
 Nunquid iusta deus pro nobis tela mouebit
 Tantorum vindex scelerum: num fulmina celo
 Descendent: num periure densissimus atblas.
 Telluris clipeus mundi tutela nebandi
 Ledet sponte loco radice reuulsus ab ima?
 Serpentumq; acies montesq; immittet harene
 Ardētis: facietq; uiam spirantibus austris?
 Num piger infames contoorto uertice muros

Bagrada discutiet gelido violentior bistro.
 Scelestesq; animas ultricibus obruet yndis.
 Uicimus. imbelles teneant licet arma lacerti
 Bella deus peraget: periuria crebra perosus.
 Jam tamē hic humeris onus hoc incumbē n̄ is
 Prouideo: tedetq; more. sed multa necesse est
 Scrutari: et longe uenientes cernere casus.
 Africa tota odijs ardet: non littora portum
 Non domus hospitium prestat: non pabula terre.
 Quocunq; intendas oculos: hostilia cernas
 Omnia. que primum teneat naualia classis:
 Nilcos agros: ubi nostra duces tentoria figent?
 Quis tutū monstrabit iter? quis rura quis urbes
 Edoceat? moresq; hominum. quis fluminis alti
 Ad uada precedat trepidantes ire cohortes?
 Singula sunt igitur studio tractanda sagaci.
 Id primum temptare uelim. si barbara corda
 Ulla fides habitat: nomen fortasse syphacis
 Audisti: cunctos illum precedere reges
 Fama refert opibus: nec a uorum sanguine quisq;
 Altior incedit: populisq; uel ubere regni.
 Is nobis temptandus erit. si fama latini
 Nominis in libicos potuit penetrare recessus.
 Flectetur forte alloquio. precibusq; benignis
 Barbara namq; etiam nonnunq; gloria mulcet
 Pectora: et agrestes animos: ea littora nobis
 Hostilem in patriam congressis: nāq; ea mēs est
 Optima reor: ceptoq; accōmoda bello.
 Nec tibi cura datur uir optime: nam tibi sermo
 Dulcis adest placideq; ingens solertia mentis.
 Perge animum placare ferus. et mollire loquēdo.
 Dixerat. is raptim religans a littore funem
 Equoreas superat fauces: qua litus hiberum
 Diuidit a libicis pelagi breuis estus barenis.
 Illa dies maura proram statione recepit.
 Hinc prope ad regem. niueis suggesta columnis
 Atria surgebant: fuluo distincta metallo:
 Regia prefulgens.
 Ordine gemmarum uario radiabat in orbem.
 Hic croceos: illic uirides fulgere lapillos
 Aspiceres: altoq; uelut sua sidera tecto.
 Signifer in medio sinuosi tramitis arcu
 Aureus obliquos sup̄mo culmine cursus
 Assidue faciebat. ibi ceu lumina septem
 Que uaga mūdus habet: septē uasfer ordie gēmas
 Lauferat ingenio: nōdum lapis optimus atblas.
 Tardior hec. gelidog; senī magis apta placere
 Illa minar longeq; rubens. ast illa benignis
 Ire uidebatur radijs. tecumq; serena
 Luce coruscabat medio carbunculus ingens
 Equabat solare iubar. largog; tenebras
 Lumine vincebat: mira uirtute putares
 Hunc pp̄rios formare dies. hunc pellere noctes
 Solis ad exēplum. post hunc duo lumina motu
 Splendebant parili. sed quod rutilantius ibat
 Spectando subitos animis spargebat amores.
 Cornua de fusco sinuans adamante: deorsum
 Impigra precipiti celerabat luna meatu
 Atra quidem. at radijs circum illustrata supernis
 Nec supra horrificis diuersa animalia passim
 Uultibus. et uarijs cernuntur sculpta figuris.
 Cornibus intortis aries stat in ordine primus
 Deuera in tergum facie. ceu mestus in yndis
 Horeat egregie fluitantia membra puella.
 Inde ferox thaurus. faciesq; imposta natanti

Stirpis ageneroe: iuuenum mor clara duorum
 Corpora: progenies lede: par nobile fratrum.
 Quarta sed equorei species uenit horrida cancri
 Quem fons prerapidi sequitur metuenda leonis:
 Post illum it vultu rosea pulcherrima virgo.
 At grauis hinc illinc extantia brachia libere.
 Instabiles paribus compensant passibus horas
 Scorpius hinc cauda perlustrat tecta minaci.
 Ingentesq; aperit chelas. hinc thesala monstra
 Semiviri in formis species: cui vultus et armi
 Sunt hominis: tonsoq; senex spectabilis arcu
 Horrifer occursum. pharetraq; incinctus et urna.
 Infima pars quadrupes: iuxtaq; assurgit in altus
 Forma leuis capree: rutilo cui cornua in auro
 Effulgent: fissosq; riget pes vngue bicornis.
 Post ingens nudi effigies: nimboq; migranti
 Fronis uelata hominis uelut ethere pron^o ab alto
 Fundat aquas: factosq; natant in gurgite pisces
 Pectoribusq; secant caudisq; trementib⁹ vndas.
 Signa poli duodena uago dum lumine raptim
 Lollustrant: operisq; inbiant: et cuncta sequuntur
 Undiq; fulgentes auro: speciesq; deorum
 Et forme heroum stabant atq; acta priorum.
 Iuppiter ante alios angusta in sede superbus.
 Sceptra manu fulmenq; tenes: leuis armiger ante
 Unguibus ideum iuuenem super astra leuabat.
 Inde autem incessu grauior: tristisq; senecta:
 Uelato capite et glauco distinctus amictu
 Rastra manu falcemq; gerens: saturnus agresti
 Rusticus aspectu: natos pater ore uorabat.
 Flammiuoinusq; draco caude postrema recurue
 Ore tenens magnos sese torquebat in orbis.
 Nec procul ingenti diffundens cornua giro
 Atq; agilem arcendis neptunius ferre tridentem
 Lernebatur aquis pelagoc; natabat in alto
 Tritonumq; greges nimpharumq; agmina cirru
 Errabant procul equoreum uenerantia regem
 Hinc quoq; iussus equus percusso mergere saxo
 Litoream pedibus rapidis pulsabat harenam.
 Proximus imberbi specie crinitus apollo.
 Hic puer: hic iuuenis: nec longo tempora tractu
 Albus erat. sacer ante pedes rapidusq; fremensq;
 Stabat equus: quatiensq; solu mandedat habenas.
 At iuxta monstrum ignotum immensumq; trifauci
 Assidet ore sibi: placitum blandumq; tuenti
 Dextra canem: sed leua lupum fert atra rapacem
 Parte leo media est. simul hoc serpente reflexo
 Junguntur capita. et fugientia tempora signant.
 Necno et cithare species angusta canore
 Icta videbatur sonitum perducere ad aures
 Et pharetra atq; arcus uolucresq; in terga sagitte
 Litreoq; ingens phiton resupinus in antro.
 Hic etiam grauis italisq; optanda poetis
 Dulcis odorifere lauri viridantis in auro
 Umbra noues placido refouebat tegmine musas.
 Illas carminibus uarioc; manentia cantu
 Sidera mulcentes alterna uoce putares.
 Frater it hunc iuxta iunio: frons ipsa fatetur
 Argutum: virgamq; gerit serpentibus atris
 Intertam caput insigni exornante galero
 Circundantq; pedes nitidis talaria plumis
 Gallus adest vigil et cornu cadit argus ab ense
 Ad leuam noua sponsa sedens facieq; superbit
 Egregia: et rare letatur imagine dotis.
 Nec prope gorgonidum stat fabula nota sororum

Anguiconumq; caput fraterna perseus arpe
 Obtruncans: fissus speculo. et cernice reflexa
 Marmoreusq; senex: atq; ortus sanguine mostri
 Alatus sonipes et musis fons sacer almis.
 Necnon funeri post hec maurotis im ago
 Curribus insistens aderat: furibunda cruentis
 Hinc lupus hinc rauce stridentes tristia dire
 Cassis erat fulgens capiti: manibusq; flagellum.
 Hinc ignominiam: compertaq; furta dolose
 Coniugis aspiciens vulcanus abire parabat.
 Sed pede tentus erat claudo: quem turba deorum
 Uidit. et obliquum riserunt astra maritum.
 Cornua tollentem celo: facieq; rubentem
 Pectora sideribus distinctum pauca uideres
 Hirsuta crura rigent pedibus terit antra caprinis
 Et pastoralis baculum fert more recuruum
 Texta sibi ex calamis sonat ingens fistula septem
 Parte alia sua sceptra gerens regina dearum
 Lara iouis soror: et coniunx: angusta sedebat
 Hinc sublime caput uelatum est nube decora.
 Discolor aspectu quam circum amplectitur iris.
 Pauonesq; pedum domine uestigia lambunt.
 Proxima terrifice species armata minerue
 Uirginis ut perhibent: dextre: cui longior: hasta
 Et christam galea alta moues: hac gorgonis ora
 Crystallinis habens clipeus tegit. inq; tenebris
 Prospectante dea uolitat nocturna uolucris
 Cecropiusq; noua frondescit campus oliua
 Nec cerebro prognata iouis uenerisq; pudendum
 Illudit genus. et primordia feda sororis.
 Audas uenus pelagoc; natans ubi prima refertur
 Turpis origo dee: quondam lasciuia gerebat
 Purpureis ornata rosis. uolucresq; columbas
 Semper habens nidisq; tribus comitata puellis.
 Quarum priua quidem nobis auersa. sed ambe
 Ad nos conuersos oculos vultusq; tenebant.
 Inuere alternis per candida brachia nodis.
 Nec puer alatus. nec acutis plena sagittis
 Post tergum pharetra deerat. nec mortifer arcus
 Ille vnam ex multis iaciens in appolline fixam
 Liquerat. hic superi rumpebant astra fragore:
 Trux puer in gremium care genitricis abibat.
 Inde choris diadi nemus omne diana replebat
 Moreades: faumq; leues saturiq; frequentes:
 Plaudabant in circuitu multumq; diane
 Dilectus viridi stertebat cespite pastor.
 Fonte miser nitido pulcherrima membra lanantē
 Uiderat attheon: rapido mor ipse repente
 Dente canum laceratus erat. sibi cerua cadebat
 Sacra dee in scythica non sit placabilis ara.
 Ultima sed mater cibile cui gratior: yda
 Nulla fuit tellus: magno grandeua sedebat
 Corpore consistens: clauis: sceptroq; uerenda.
 Uestis honos uarie frigidisq; ex turribus altam
 Bestabat capiti. sobolis secunda coronam.
 Namq; omnes peperisse deos ipsumq; tonantes
 Hanc ueteres memorant: liceat si uera fateri
 Nec eadem senes utero uariante gigantes
 Protulit: infandas mundo per secula pestes.
 Curribus hec agitur domita ceruice leonum.
 At procul inferni moderator turbidus orbis
 Sulphureo insistens solio tenebrosa regebat
 Tartara quem iuxta coniunx in amena sedebat.
 Raptam olim ut fama est siculi sub uasibus ethne.
 Hic uolo: hic gemitus animarum amissa lucanti

Et claustris distincta nouem pallentia regna.
 Lernuntur:studijq; nigre stant gurgitis vnde
 Tristior hac acheron fluctu perlabitur atro.
 Concretam limo cogens fluitare paludem
 Locutusq; gemens lachrymoso flumine suernum
 Circuit hinc oriens. et ripis antra pererrat.
 Umbrarumq; choros.necnon flegetontis adusta
 Burges aqua: tacitq; satus oblinia late
 Funduntur.christiq; animas qui trāsuebat anni
 Puppe senex fusca residet remq; gubernat.
 Nec rex cuncta videt stigijs cum coniuge torua
 Per tenebras longe aspiciens et lurida pascit
 Lumina supplicij varijs: seuosq; ministros
 Imperio exagitat:cui mor.cui tristia queq;
 Et fune et torto famulantur stamine parce.
 Sub pedibusq; triceps iacet atre sanitor urbis.
 Nec varijs insculpta modis atq; ordine miro
 A superum regnis centrum perducta sub inum
 Lelius aspiciens:puro nil vilius auro
 Agnoscit:pedibusq; premit que rara putantur.
 Inde procul magne transcursis finibus aule
 Peruenit ad regem:solio tunc ille superbo
 Surgit: et amplexum cupide petit hospitis inde
 Considant:placito mox lelius incipit ore.
 Optime rex tanto quem fors dignatur amico.
 Quantum non alium rediens sol littore ab indo
 Dum petit hesperium despectans cuncta cubile
 Aut videt aut vidit:mens aut nisi ceca videbit.
 Suscipe ne uanas abeant mea uerba per aures:
 Maximus in magno scipio notissimus orbe
 Te saluare iubet:siquid sanctumq; piusq;
 Est usq;:si pura fides:si cura decoris
 Durat apud gentes:populo sunt largiter vni
 Omnia:sed populi summam vir possidet vnus
 Roma caput rerum:scipio dux summus in illa est
 Haud equidem conficta cano:nunc ille tuam rex
 Poscit amicitiam:vidisti qualia penis
 Pectora sint:q; fluxa fides mihi crede secundos
 Bellorum euentus:siquos deus ille deorum
 Auertat fortuna daret:tibi pessima regni est
 Conditio et multis obnoxia vita periclis.
 Et modo terrore eos non spiritus ullus amoris
 Continet. at nulla romanis certior ars est
 Q; seruare fidem:nil illa est carius.ample
 Diuitie nobis dulces numerantur amici
 Testis adest paruo distans hispania tractu.
 Testis et ausonia est. At tu nunc africa nostram
 Experiare fidem: et populi promissa togati
 Ipse tibi nostra nihil opportunius usq;
 Lernis amicitia:procul absumus.vnde timeri
 Ledia rara queant si poscitur ampla paratis
 Classibus exiguo transmittimus equora uento.
 Nostra ubi tempus erit medio radiantia campo
 Improvisa tuis occurrent hostibus arma.
 Preterea nisi seua viam quam sternimus ultro
 Obstruit ac medios fortuna intercipit actus:
 Fixa manet populo sententia tollere turbas
 Reges atq; indignis sceptrū extorquere tyrānis.
 Omnia ut ad paucos redeant.nam rege sub vno
 Optimus est patrie status: et male viuunt inter
 Regnantum sine lege greges.tunc africa tandem
 Omnis ad vnus redeat moderamina regis.
 Cetera pretereo.nam quis te dignior alter
 Littus atblanteum rubra:q; intricaret vndas?
 Munera quin etiam ne despice fortis amici

Is tibi nanq; apulis rapidum sub finibus ortum
 Mittit equum:bellis habilem.qui cursib' austos
 Equat: et infesto uenientia tela tonante.
 Jungit equo phaleras:niveo monilia collo
 Aurea samnitico quondam precepta tyranno
 Addit et arma viros rigidis fortissima uenis
 Quas aperit uario prefertilis ilua metallo.
 Aspice nigramentem galeam.gladiumq; nitentem:
 Aspice q; tutuz tegit ingens lamina pectus:
 Ut fatiles ocree uarijs ut purpura bullis
 Intertexta micat:ferrumq; obnubit opacum.
 Ferreus ut fuluo stimulus splendet in auro.
 Ut procul hasta ferit:clipeusq; ut vulnera curuo
 Excudit obiectu calibum:romana deinceps
 In bellum fer signa precor:felicibus ista
 Sūperis auspicijs:magni scipionis amicus.
 Hoc petit ille uolens hoc te tua roma precatur
 Junge fidem:fedusq; feri:sit faustus utrisq;
 Iste dies:gemina semper celebrandus in ora.
 Europe libieq; bonus.sic ille locutus
 Loncruit uocemq; simul vultumq; remisit.
 Tunc rex blandus ait.uestrum romane libenter
 Propositum amplector:nec amici munera tanti
 Despicio:uestramq; fidem sed iungere fedus
 In partemq; noui subito trāsire pericli
 Sponte mea uereor:nisi primum cernere coram
 Magnamimū facis ipe ducē:mibi sūma uoluptas
 Uictricem tetigisse manum:que federis obses
 Fida sit: et pignus uenture in secula pacis.
 Scimus quanta quidem uirtus q; clara per orbe
 Fama uiri:nullus romano illustrior usq;
 Uiuat in imperio:nullusq; potentior alter
 Flectere uoce animos et pectora fronte mouere
 Tangimus: et meritis et nomine tangimur ipso.
 Optamusq; ducis congressum:dextera dextre
 Mereat:atq; oculis oculi:permixtaq; uerbis
 Uerba sonent:faciatq; fidem presentia fame.
 Nam neq; usq; adeo sunt corda ferocia nobis
 Pectore sub nostro nec mens tam barbara uiuit
 Ut non pulchra oculos moneant:spectataq; & tus
 Alliciat.capiatq; animos:me maxima regni
 Cura tenet dubij:sinesq; excedere auitos
 Circūfusa uetat regio secunda tyrannis.
 Fuisset uisurus eum.nec gloria facti
 Parua foret:tantum quesuisse per equos amicum.
 Ille igitur quem degeneris non lenta morantur
 Frena metus:quem ferre mali patientior etas
 Aspera queq; monet:si nostri est cura per vndas
 Luta uia est:sociam siquid mihi credis ad aulam
 Lolloquium petat et sermone fruatur amico.
 Interea tamen ad nostras accedere mensas
 Umbra monet crescens: et pars extrema diei.
 Dixit et exurgens solio:dextramq; benigne
 Apprendens stratis sublimē:ex more locauit
 Purpureus.notum mox ampla per atria signum
 Dat tuba.conueniunt famuli:turmeq; frequentes
 Discurrunt:non vna dapes:non pocula simplex
 Cura fuit uariare uiris:pars aurea gestant
 Uasa manu:pars cristallo splendentia puro.
 Ast alij effosios gemma crateres in ampla
 Implebant spumante mero:quod miserat olim
 Ipsa parens meroe:phoebo succensa proopinquo.
 Ardescit splendore domus fremituq; redundat.
 Talis apud thensas:nisi testem spernis homerus
 Lena sit alcinoy:sedet illic blandus ulixes:

Oratio
 Lelii
 ad sy
 phacem

Ritus
 regie

Lelius hic hospes mellito affabilis ore
 Uir dum finis erat dapibus: cum cōptus in ostro
 Astitit argutus iuuenis. patrioq; canoram
 Increpuit de more liram dulcedine mira
 Obstupere omnes. sonitum mox uerba secūdāt
 Maximus alcides postq; fera monstra per orbes
 Perdomuit. fecitq; uiam sibi uiuus ad astra
 Euacuans saltus nemeos lernamq; paludem
 Terribileq; diu vmbrosi colles erimanthi
 Faucibus hemonie scissis clarisq; duabus
 Urbibus euersis stratisq; bimembribus altis
 Et ceso gerione feror. dignatus ad istas
 Ferre gradum terras. ⁊ nostra pericula tandem
 Discutiens patrijs antheum extinxit in aruis
 Libertas hinc nostra uenit. teterrima pestis
 Mercuria compressa manu: tuta omnia late
 Liquit: ⁊ insolitis patuerunt rura colonis
 Omnibus exactis. pacati conscius orbis
 Ipse sibi. limenq; petens interritus orci
 Lominus horribilemq; ausus spectare megeram
 Haud procul a nostris: memorandum finib' alte
 Exerit geminas pelago turbante columnas
 Utq; pererrati foret illic terminus orbis
 Edixit fueratq; diu. sed nuper ab ortho
 Uesanus ueniens iuuenis conuellere metam
 Est ausus nomenq; ideo mutare nequiuit
 Horculis auctoris. libie cui rura tenenti
 Longeuis nimioq; athlas sub pondere fessus
 Deposuit celum ac stellas. sic ipse quieuit
 Nec sibi longa quies. nam mox dulcedine captus
 Neui miser. atq; oculos ausus uidisse meduse
 Uertitur in scopulos nunc stat quem cernim' ipsi
 Magnus ⁊ ingenti tellurem contegit umbra
 Immensoq; iacet spatio porrectus ⁊ astra
 Uertice tangit adhuc. illum vix hospita semper
 Et nympi atq; aure quatiant ⁊ fulmina ⁊ imbres
 Non tamen. ipse diu post casum mansit inultus
 Ultor ab archadia nam palladis arte tremendi
 Lolla tulit monstri libicas cruoz ille nephanda
 Infecit sanie tabi stillantis harenas
 Sic nocuit mundo uiuens moriensq; medusa
 Post regina tyro fugiens hijs finibus ampla
 Menia construxit. magnam carthaginis urbem
 Ex re nomen ei est: mox aspernata propinqui
 Coniugium regis. cum publica uota suorum
 Urgerēt. ueteris non immemor illa mariti
 Marte pudicitiam redimit. sic urbis origo
 Oppetijt regina feror. iniura quanta
 Hinc fiat. si forte aliquis quod credere non est
 Ingenio confusus erit: qui carmine sacrum
 Nomen ad illicitos ludens traducat amores
 Hijs igitur fundata modis urbs tempore creuit
 Exiguo. ac rebus semper coniuncta secundis
 Inuidia exciuit ualidas in prelia gentes
 Tunc acres uixere uiri. quos inter amore
 Insignes patrie fratres carthago philenes
 Nunc colit extinctos numerumq; auxisse deorum
 Extimat. ac gemini ueneratur nominis aram
 Nij patrie vitam cupidi si forte negassent
 Plura cyreneo cecidissent milia campo
 Ultima nunc bellis agitur feruentibus etas
 Nec mare quod seuit medio: nec iuncta caribdi
 Scilla rapax: italis penos: a finibus arcer
 Hannibal. eterno dignus cognomine montes
 Perfregit latios. atq; inuia rupit aceto

Sara prius strauitq; uiam legionibus aptam
 Hic ubi siluestres soleant titubare capelle
 Concursum est totiens iā sanguine rura madescūt
 Jamq; rubent fontes. italis iamq; altior aruis
 Exerit herba caput. subito dimissus ab astris
 Luz iuuenis memorandus adest: patrieq; ruinas
 Fert humero. uidet hunc claris hispania factis
 Africa iamq; audit. sic nunc victa duorum
 Stat fortuna ducum. sic iam sub pondere mutat
 Finis erit quem fata dabunt sed magna parantur
 Huc ubi perduxit carmen citharista repente
 Subtricit. digitoq; liram percussit inanem
 Plausus ad hec sequitur proceꝝ. populiq; fauetis
 Rexq; iterum. libicos audisti ex ordine casus
 Hospes ait: nostreq; uides primordia gentis
 Grecia si dictis est debita nostra retete
 Principia. nostrosq; duces. hic leniter ille
 Subridens. quam congeriem rex optime rerum
 Exigis. an breuiter nostros audire triumphos
 Forte putas breuior narrantibus exeat annus
 Tu petis anguste conferre in tempora noctis
 Cui' magna retro pars est. tum lingua uolentem
 Deserit impediunt cure. somnusq; laborq;
 Non uacat hec inter tempus sermone tenere
 Quis facile italiam per secula longa frementem
 Tuscorumq; acies ⁊ tot samnitica bella
 At totiens uerso fugientes agmine gallos
 Explicet. aut nostros ⁊ in hac tellure labores
 Et pelagi medio: quos fors contraxerat ambas
 Protinus infesto coeuntes remige classes
 Aut quas infelix passa est hispania clades
 Plena cadaueribus nec habentia flumina cursus
 Assidueq; noui fumantis cedibus arua
 Que nostri fecere duces. annalibus altis
 Lantarum capitur vix pars millesima reruz
 Quos si forte iuuat: tarpeia mittet ab arce
 Scipio transcriptos: ibi nam custodia templi
 Publica nostrorum seruat monumenta laborum
 Illic multa leges: que sint licet ampla putato
 Esse minora tamen uero. nec teste citato
 Est opus acta patent. scriptorum copia nunq;
 Romano fuit in populo. quos grauis abunde
 Orbis habet nostris facere est q; scribere multo
 Dulcius. atq; alijs laudanda relinquere facta
 Q; laudare alios. quin angustissima libris
 Siquis interdum uideas que gessimus illos.
 Externe scripsere manus. at greca latinis
 Addita res nequeunt tantas equare loquendo
 Ingenia. hoc uestro maneat sub pectore certum
 Nunc quantum nocturna patet sermonib' hora
 Principia expediam. teucrorum a sanguine longe
 Dentis origo uenit. uictrix quem greca bello
 Ditior ad patrios muros sparsisse bilu stri
 Et fortasse aliquis iam tanti criminis ultor
 Natus in italia est. sed nunc ad cepta reuerto:
 Naufragio ex tanto uirq; ex tot milibus vnus
 Integer euauit. sine crimine. namq; ubi troie
 Mattis adhuc frigio fumabat littore bustum
 Jamq; ciuis facilem incipiens glomerare fauilla
 Inclitus ⁊ claris multum spectatus in armis
 Dux anchisiades. cui non uia prona salutis
 Uribus aut propiis aut urbibus esset amicis
 Destituit patriam lachrymans caramq; cubilis
 Consortem ⁊ passus terra casusq; tremendos
 Erroresq; uagos ⁊ mille pericula ponti

Impiger ausonias tandem tamen attigit oras
 Ipsq; ubi belligerum latij sensere coloni
 Tronigenam. externoq; viro lauinia pactos
 Reddidit amplexus. sacro pia flumine membra
 Deseruit moriens. puer hunc excipit iulus
 Succedens. illumq; alij sic omnia regum
 Tempora fluxerunt longam qui menibus albam
 Sub sceptris habuere suis ad tibridis vndam
 Donec magnanimus posuit noua menia pastor
 Ultor: qui. vindex scelerum. quem nostra parentes
 Dixit. et ethereas defunctum traxit ad arces
 Posteritas raptosq; tulit sua thura quirino
 Fundamenta vides urbisq; exordia nostre
 Quos tibi nunc sermone duces. que nomina fado
 Exequar innumeram video concreescere turbam
 Precipue ex quo libertas tulit ampla virorum
 Semina nobilium. et tranquilla pavit in urbe
 Ingentes animas. stellate sidera noctis
 Et pelagi fluctus: et herenas littoris ante
 Enumerem. q; cuncta quibus mea roma superbit
 Nomina clara ducum. curiosq; fortisq; camillos
 Et paulos bello claros. fabiosq; trecentos
 Quos simul vna dies patrie subduxit egenti
 Torquatosq; truces lepidos duosq; catones
 Fabricios modico contentos. indica cursu
 Nomina queq; dedit celo demissa uolucris
 Marcellosq; animi illustres. graicosq; feroces
 Et regulos fidei plenos. que nomina belli
 Fama tulit pridem uestras nisi fallo: ad aures
 Et qui magna procul transcendunt oia summos
 Scipiadas: quos alma domus cornelia celo
 Extulit. atq; hoium superis equauit alumnos
 U si ductu dux ille genus trahit. est mihi magnus
 Enumerare labor uel nomina sola domorum
 Q; si gesta uelim percurrere digna relatu
 Quantus erit. non usq; mihi ferrea lingua est
 Nec tibi sint aures. at ne fortasse putentur
 Exemplo caruisse fides. quam uestra philenis
 Fratibus altifono cecinerunt carmina cantu
 Pauca sed e pleno longe repetentur aceruo
 Namq; olim aut uento terram impellente latenti
 Aut causa quacunq; alia prerupta uorago
 Romano patefacta foro. conterruit urbem
 Strabant attoniti pleno circum agmine patres
 Undiq; sollicitum pregrandia uoluere saxa
 Uulgus anhelabat. pars conuectare canistris
 Tellurem. magnasq; trabes. nil mollibus ullis
 Lum fieret. simul ira deum manifesta moueret
 Consilio superum visum est compescere pestem
 Dum pauidi responsa petunt: consultus aruspex
 Opereclara nouis genis inquit territa monstria
 Hoc specus explendus est. no qua ratione putatis
 Quid iuuat aggestu lapidum et telluris inani
 Flectere uelle deos. non si tarpeius in imas
 Serq; alij latebras descendant ordine colles
 At super incumbat grauis apenninus et ethna
 Finis erit suntq; uobis preciosa adhibens
 Fossa petit paucis plenus concurrat hiatus
 His dictis riguere animi pallo:q; per omnes
 Vestus erat: multi gemmas: aurumq; ferebant:
 Argentumq; alij. namq; hec meliora putantur:
 Inter inerperta: et uerorum ignara bonorum:
 Lorda hominum. quos ceca ligat terrena cupido:
 Vigrasq; corporei quos carceris occupat umbra:
 Unus ibi ante alios iuuenum fortissimus: alte

Exclamat: que tanta animis ignania cecis
 Uilia pro caris: pro magnis parua tulistis
 Nil opus est auro. fedis quod terra cauernis
 Euomit. aut lectis inter deserta lapillis:
 Unum ego uos moneo: nobis uirtute uel armis
 Nil melius tribuisse deos. hec summa profecto
 Nec uere romana bona. et si summa reposcunt
 Arma uirumq; dabo. dicens hec lumina celo
 Exerit. templumq; iouis quod presidet arci
 Suspiciens. tendensq; manus sursum atq; deorsu
 Atq; omnes superosq; deos. manesq; precatas
 Ad quos tendebat ualidus calcaribus ultro:
 Urget equum. baratroq; uolens infertur aperto:
 Arma ruente viro lucem sonitumq; dedere
 Fit strepitus. coeunt ripe. et iunguntur in vnum
 Uirq; sequens tremule pars ultima trasilit haste
 Leu quondam in modico celum splendore debiscit
 Et uelut etherei reserat penetralia mundi
 Inde repentino transcurrens turbine flamma
 Uisa fugit. celoq; redit sua forma sereno.
 Hic tibi uir quantus patrie quem reddere uitam
 Ac uiuum terre liceat dixisse cadauer
 Lernis. et armatum stigos inuisere lucos
 Curtius in nostris fuit hic annalibus ingens.
 Uis referam decios. quosq; prior ille latinos
 Forte videns acies nostrorum terga prementes
 Constitit ingemuitq; feror mox magna precatas
 Numina: deuotus medios se misit in hostes
 Uictato capite. et succinctus more gabino
 Ipse quidem in gestis prosternitur undiq; telis
 Nobis morte sua uictoria contigit illo
 Certa die. secumq; simul meno ceca: tremorq;
 Omnis in aduersos subito transisse latinos
 Creditur. ipse habitu horrifico spectabilis atro
 Celsus equo specieq; humana angustior ire
 Uisus erat. Decus id paruo post tempore natus
 Jure uelut proprio pugnantibus agmine gallis
 Rettulit. et nomen patrie et pia facta secutus
 Quin etiam clara compellans uoce parentem
 Traditur ad mortem indubiam: per tela per enses
 Ballorumq; acies et cuneos penetrasse fremetes
 Secum ad uictores fuga transijt. et metus. et mors
 Tertius inde nepos ut auitis atq; paternis
 Accedat titulis quis obscurius illi
 Fama dedit nomen simili pietate lucanas
 Stravit opes. simili descendes tramite ad ymbros
 Sic tribus in campis: totidem patet ordine ciues
 Et palmam peperisse nece. et perijisse uolentes
 O genus eximium dignum cui secula cuncta
 Rite canant laudes. cui nulla oblitio sensim.
 Obrepat. seriosq; uetet celebrare nepotes
 Letera nota tibi. ac passim uulgata relinquo
 Uidisti. neq; enim tam longa interuenit etas
 Ut nequeas uidisse quibus fortissimus olim
 Regulus expositus seruarit sacra fidemq;
 Supplicijs. quanto patrie inflamatus amore
 Ne u bene nate senex nunq; tua fama peribit
 Tu moreris: tamen illa tibi mansura superstes
 Uiuat et eternum uiuet.
 Q; qd genera. atq; uiros memorare necesse est
 Lum sepe ad certam legiones currere mortem
 Uiderimus monstrante duce. et sua fata docente
 Ire licet clamante uiri. uetitumq; redire est
 Nec flexisse animos ideo nec lumina quenq;
 Per rapidos leues iuisse in uulnera saltu

Romanum est si nescis opus. contemnere casus
 Fortuitos. placide uenienti occurrere morti
 Spernere que gentes alie mirantur et optant
 Contra autem amplecti que formidanda videtur
 Vincere supplicia et tristes calcare dolores
 Sponte mori potius quam turpem degere vitam
 Dixerat ille autem. medio interrumpis et auferis
 Plurima. quid regum nostrorum extrema relinquit
 Hospes ad hec. fateor: fortunas querere regum
 Regius est sermo. tamen hec breuitatis amore
 Transferam. tibi sed suspecta silentia forsitan
 Ne ue putes ideo quod nostris regibus ausi
 Insultare sumus nos forte cupidine prede
 Incensos. nomen sceleri quesuisse decorum
 Accipe uera rei fuerit que causa nouande.
 Libertas optata diu. nunquam ue petita:
 Dulcebat splendore animos: sed sceptrum premebant
 Efferaque imperijs urgebant regia duris.
 Impendens capiti miserorum et torpor inertes
 Leperat: immemoresque sui pudet illa referre
 Pertulimus que mesta domi pudet omnia rursus
 Dicere. que campis alienis castra sequentes
 Rege sub infando iugulis sumus impia passi
 Mancipia et segnes anime. nihil ille putabat
 Per scelus horrendum titulos quesuisse superbi
 Criminibus in seua nouis cognomina mundo
 Ingereret. patrieque sue proli qualia monstra
 Milia tot pariter quibus omnia peruisa virtus
 Fecerat. ac turbam cui tot fortuna parabat
 Et cui tot reges populosque subegerat. vnum
 Indignum timuisse caput. nutusque prophanos
 Obseruasse sacris pro legibus haud ita regem
 Mellifice uenerantur apes. fucosque nocentes
 Atque leues culices arcere a finibus ausu
 Que dominum mellis trepidum sepe atque pauente
 Excludunt. omnes regem tamen intus inermem
 Exiguamque timent. illum admirant: et illum
 Militieque domique colunt. et regia semper
 Atria circumstant. humerisque in nubila tollunt.
 Nos quoque sic nostri timor et irreuerentia regis
 Continuit. donec permixta superbia luxu
 Creuit. et intumuit turpis luxuria fastu
 Tunc mora nulla uiris visum est succidere ferro
 Hanc saniem. medicaque manus in vulnera ferre
 Queque sub imperijs stetit inconcussa superbis
 Uicta sub obsceno cecidit patientia facto
 Regius infami iuuenis precordia flamma
 Succensus uulnusque trahens male sanus acerbis
 Nocte sub ambigua matrone limina caste
 Intrat. et exceptus placide. nil tale uerentem
 Uisuperat. noti compos. spoliisque pudoris
 Feminie referens. et opace gaudia noctis
 Letus abit. furti tacite sibi conscius alti.
 Illa dolens. vitamque simul corpusque perosa
 Et membris irata suis. uas vile pudende
 Femina luxurie: uiues dicebat. et in te
 Semper adulterij uestigia feda manebunt?
 Et poteris spectare thorum: quo rapta fuerunt
 Omnia cara tibi? uir: uirtus: fama: pudorque.
 Quin obis. et tristem potius precor: effuge lucem
 O anima infelix. inimicaque claustra refringe
 Nec tibi clam quæsta est. subito patremque uirumque
 Euocat. id siquidem cupiens: ut testibus illis
 Corporis inuisum liceat deponere pondus.
 Roma patrem. longinqua uix tunc castra tenebat.

Cui dum forte redit properans iam patre reperto
 Nuncius occurrit. domineque ex ordine uoces
 Narrat. atrax facinus. sed quod non nouit ipse
 Euenisse domi. raptimque opus esse reductis
 Patre uiroque simul stupet ad mandata maritus
 Coniugis incertusque animi sub corde uolutans
 Quid sibi fata uelint. aut quid fortuna minetur.
 Procedit diuersa putans. et limine primo.
 Inuenit attonitum socerum: pariterque uocati
 Ibant et paribus curis alterna loquentes:
 Illicet aduentu mulier commota suorum
 Profudit lachrymas mox percunctante marito
 An ne satis sospes: minime. namque omnia: dixit
 Perdidimus preciosa simul. nil dulce remansit
 Preceptaque pudicitia hec periisse fatendum est
 Heu misere. stant feda tuo uir optime lecto:
 Signa aliena uiri. fuit hoc violabile corpus
 Integer est animus. mors testis. porrigite dextras
 Et prestate fidem scelus hoc ne turpis ad umbras
 Auferat impunis: tumuloque insultet adulter.
 Ex hinc indignans transacte crimina noctis
 Explicat. atque adhibet uerbis lamenta precesque
 Consolante uiro mestam. facinusque negante
 Esse ubi meas pura est. ego me sic crimine duxit
 Absoluo. sceleris penas euadere nolim.
 Exemploque mei non uiuet adultera rome.
 Dixit. et eductum latebris qui ueste latebat
 Pectore sub niueo gladius moribunda recondit.
 Et ruit in capulum uelut hoc releuare pudorem
 Uulnere prostratum ualeat. sic nota parentem
 Fama refert uolucres. proprio de sanguine natos
 Extinctos dire morsu serpentis ad auras
 Tollere. et illorum erequijs expendere vitam
 Horrida conclamant cernentes vulnera: luctus
 Exoritur. tremuitque domus sub murmure tanto.
 Brutus ibi solus lachrymas et inania uerba
 Castigat. uir egregius celata sub alto
 Pectore cui uirtus ingens erat. ille cruentum
 Feruidus educens spumanti uulnere ferrum
 Attollensque manu. superos summumque tonantem
 Iuro ait. huncque olim castus intactumque cruorem
 Quod flammis ferroque genus. sobolemque domumque
 Regis. et inuisum caput. ac diadema superbum
 Hunc. post hac semper mihi dux lux ista manebit
 Persequar eternis odijs. nec regna tenere
 Ille potest: poterit manus hec dum tela mouere.
 Hijs dictis alios eadem iurare coegit
 Mirantes unde hec audacia tanta repente
 Pectore sub bruti. uel quo de fonte ueniret.
 Conuocat hinc ciues. triste et miserabile visu
 Protrahit in lucem populo spectante cadauer
 Ostenditque alijs gladium pulmone tepenti
 Undantem pectusque alijs. uulnusque profundum
 Admonet hunc uate. iubet hunc meminisse sororum
 Coniugis est alium. pignus cui norat amoris
 Esse domi predulce aliquod. quo regia pergant
 Acta docet. fastusque feror adiuta libido
 Ira dabat stimulos et rebus consona uerba
 Purpura cede madens. palloque et frigida mēbra
 Et patris: atque uiri: spectacula cruda mouebant
 Omniaque eruperans fortis uolentia bruti.
 Illum igitur quocumque gradum deflexerat ingens
 Turba sequebatur: ferro succincta uirorum
 Feminieque greges crudelia fata gementes
 Quis fuerat celebri: spectata lucretia fama.

Quid moror: historia est multarum maxima rerū
 Hoc duce pellantur reges: exulq; senexq;
 Tarquinius moritur nati omnes: diraq; coniunt
 Supplicium celerum non vna morte luerunt
 Corruit in cineres regis domus alta superbi
 Regnorum hic finis post hec meliora sequuntur
 Tempora. ⁊ huic nostri libertas incipit eui
 Annua perpetuos strauerunt iura tyrannos
 Seuq; legitime fregerunt scepra secures
 Atq; vnum pepulere duo. geminata modestos
 Ferre magistratus subito noua signa videres.
 Primus iuit fasces auctor qui primus adeptus
 Libertatis erat. studio seruauit eodem
 Deniq; quo peperit natosq; regia mallent
 Imperia. afflictos virgis. truncosq; securi
 Compulit ad mortem pro libertate serena
 Tam simul infelix genitor. q̄ ciuis honestus
 Tam rigidus consul. q̄ libertatis amator
 Idem post regis sobolem fera bella nouantem
 Regnaq; uel tali repetentem iura paterna
 Obuius excepit. iuuenemq; superba minantem
 Uulnere letali transfixum compulit ortho
 Sed dum torua fremens: odioq; accensus in illic
 Irruit: alterne non vidit cuspidis ictum
 Ac pariter cecidere truces: at fortior illum
 Immoriens brutus resupinum corpore texit
 Victor ad extremum. sic immemor ille pericli
 Eruit infandas ide animas ⁊ fer^o ultor ad umbras
 Perfide tartareas ferro sequar inquit acuto
 Talia per meritum serum simul omnis ⁊ etas
 Fleuit. ⁊ insolitis strepuerunt rostra querelis
 Precipue tamen ut proprium luxere parentem
 Ultoremq; pudicitie gratissima matrum
 Agmina. nec longum cesserunt mesta per annum
 Nunc manet hijs bruti semper venerabile nomē.

Argumentum libri quarti.

Inierat tunc rex iterum narrare iubebat
 Inclita gesta ducis placido cus lelius ore.
 Incipit enumerās q̄ sit sua forma uel etas
 Que ingens animus prestanti corpore regnet
 Que virtus: que religio qui corpore cultus
 Morte patrem ut peni violenta cuspite fixum
 Liberet: ut patriam maiori turbine lapsam
 Erigat: ut celeri tellus hispana uolatu
 Vincitur: utq; noue rapitur carthaginis vno
 Urbs obseisa die: populis ut munera reddit.

Incipit liber quartus.

Inierat tunc rex itez placidissim^o inquit
 Magna qdē mēoras video q̄: tū ista sū
 Et q̄ sint rōna alijs distātia facta L mis
 Sentio preterea qd femina ur̄a pudica
 Morte uelit. ne cuncta sibi iam candida dido
 Arroget. aut iuuenis terre demersus inique
 Omnia ne nostris contingāt clara sepultis
 Fratibus occurrunt: genitor: natusq; neposq;
 Unum de cunctis miracula maxima transit
 In turbam potuisse animos descendere tantos
 Plus hominum suprema dies q̄ cetera terret
 Hunc virtus predura solet minuisse pauorem
 Uix tamen hec cunctis usq; uix contigit vni
 Publica sed uobis eadem est stat vnica uestris.
 Mens exercitibus pro libertate tuenda
 Recta fronte mori. sed quid super omnia longe
 Nosse uelim: egregij vitam: ⁊ ducis acta moderni

Preteris: hoc igitur precor: hoc ediffere nobis
 Qui moreo: que fortuna viri. q̄ pectoris hospes
 Est animus. que maiestas iuuenilibus annis
 Infitā. namq; vnum nobis hoc crebrior illum
 Fama tulit. tum precipue que gessit hybero
 Super in orbe refert: tibi si notissima posco
 Omnia si presens spectasti. ⁊ cernere soli
 Licet archanum. quoniam nil protinus ardēs
 Celat amicitia. at tu nunc festina parumper
 Nox subsiste precor. lelius dum pulchra relata
 Eloquitur. teneat niueos aurora iugales.
 Et contenta senis gremio iacuisse mariti
 Det spacium uerbis: solitoq; iocoso ille
 Uxorem roseam complexibus alliget arctis.
 Uidit ut intentos animis atq; auribus omnes
 Lelius: ⁊ nullo concussa silentia motu.
 Incipit. heu quanto tam grandia iussa sequenti
 Est opus eloquio: mihi non facundia torrens:
 Largaq; cecropie contingit grecia lingue.
 Maximus insano iuueni: uigilauit homerus.
 Rusticus egregio uigilat nunc ennius: atq;
 Dignus ut hic graio. sic dignior ille latino
 Uate fuit: preconem autem fortassis achilleo
 Indiget. hic nullo. surgit sua fama sine ullis
 Artibus. inq; dies crescunt preconia. nec me
 Fallit amor. ueniet tempus cum libera celo
 Fama virum tollat: stimulis nunc forsitan ille
 Inuidie: sed grata magis iam cepta sequamur
 Nulli vnq; natura viro tam larga fuisse
 Creditur. ethereo corpus splendore nitescit
 Imperiosa ducem frons arguit. aspera blandum
 Unde simul vibrant vnum duo lumina fulmen
 Quod nullus sufferre queat. coma densa per armos
 Protinus ad solem uentis ferientibus aurum
 Explicat impetum. quoniam cassisq; sudorq;
 Et labor assiduus prohibent. animusq; modesto
 Contentus. cultumq; timens transisse virilem.
 Celsior est alijs quotiensq; in prelia uentum est
 Spem procul ipse suis sublimi uertice prestat.
 Terret ⁊ hostiles acies spem quippe metumq;
 Ille habet aspectus.
 Pectoris est qualem petit ingens spirit^o aulam.
 Cetera conueniunt. humeros ⁊ brachia cernas
 Militis altifici: licet inter milia mille
 Uideris hunc. uerum ualeas cognoscere regem.
 Iste decore nimis: multos trepidare coegit
 Immemoresq; sui. tenuit dulcedine quadam
 Insolita. tacitosq; diu conceptaq; uerba.
 Distulit. aut alio deflexit calle loquentes.
 Pulchrior est etenim mortali corpore longe.
 Atq; hominem supra. uix illum fulgidus equat
 Iuppiter. aut puro pharetratus in ethere phebue
 Ista carmen quia parua uiris spernendaq; forme
 Commoda sunt sileo. vultus spectasse serenos
 Ipse suos cernes uerisq; minora locutum
 Ne dices. datur hec illi nam gloria soli.
 Homines quia cum noceat presentia magnis
 Nunc super attollit. cuius si queritur etas
 Nondam tridenum fateor: peruenit ad annum.
 Omnis in ascensu est crescens cus tempore virt^o.
 Jam sua nunc senibus grauitas mutanda seueris.
 Atq; iuuentuti leuitas optanda serene est.
 Hostibus aspernis nihil est. nil dulcius inter
 Larorum affectus. siue illum tela mouentem
 Sine armis positus multos spectabis apertos.

Quid potius deceat dubites. hunc prospera nunq̄
 Extulit: aut stravit iaculis fortuna molestis.
 Unus utrobique est eadem mens permanet: et fr̄os.
 Rebus in ambiguis. rebus tranquilla secundis
 Spernit opes. populi ventosos spernit honores.
 Gloria vera placet dulces cōquirit amicos.
 Ne sibi diuitie sunt quas solet ille perennes
 Qua peperit seruare fide. modo fama per omnem
 Uoluitur hesperiam. iuuenem uenisse superbis
 Dijs similem. cui vis hominum non ulla resistat
 Quicq̄ etiam placida quoscūq̄ subegerit armis
 Vincat amicitia.
 Vincitur ut celo species telluris opace.
 Florida sic omnes tellus premit itala terras
 Utq̄ nitet celi pars purior yna sereni.
 Italia sic roma potens prefulget in ipsa
 Solq̄ uelut radijs fulgentia sidera vincit.
 Scipio sic omnes superat. stat uera fateri
 Non illum nostro iuuenem de more creatum
 Dixeris. atq̄ ideo non omnia falsa locuta est
 Fama virum super astra leuans. nā protinus alto
 Persuasum est multis boies hunc descendere celo.
 Nam quid cūcta sequar. piget illa minuta referre.
 Fabula sed vulgo nota est. pulcherrimus anguis
 Obuersatus enim matris persepe cubili
 Dicitur: et visus multis mouisse pauorem.
 Suspicioq̄ frequens hinc iam vulgata per urbes
 Diuini partus oritur. cui scilicet ipse
 Editus in lucem puer: et mox maximus idem
 Uir similis: nulli diuinis rebus apertam
 Atq̄ animo facit ecce fidem. spectatq̄ rursus
 Religio. et vitam mos obseruatus in omnem.
 Namq̄ ubi sol oritur. solus solet ille remotis
 Omnibus in cellam iouis. angustissima nobis
 Tarpeioq̄ colle sedet: cui sacra pauentes
 Rite sacerdotes celebrant. securus ad aram
 Intrare: et limen foribus firmare reductis.
 Hic quasi multa loquēs tempus terit. inde repēte
 Digreditur: summosq̄ animos portendere vultus
 Celestemq̄ oculos videas preferre vigorem.
 Ipse spei plenus siquid tunc instat agendum
 Aggreditur: certosq̄ solet promittere magnis
 Successus bellis. ueluti sibi numine ab ipso
 Promissos. multis equidem sic pectora campis
 Accendit. tribuitq̄ animos et posse coegit
 Quō modo nō poterāt. vires mēs firma ministrat.
 Nilq̄ ualent artus nisi quod dedit illa ualere.
 Sepe ego conspexi cum iam ferienda retrosum
 Larga darent acies: et signifer ipse trementi
 Uix regeret uexilla manu: rapuisse magistro
 Pila ducē puido: et medias penetrasse pbalāges.
 Clamantem. deus ecce preit: sequimur ne uocātē
 An fugimus: sequar ipse libens. victoria soli
 Continget promissa mihi. et si fata uetabunt
 Unus ego emoriar. uos en fuga libera: post me
 Uinete degeneres: aliter moritura iuuentus.
 Mijs dictis rediisse acies: et pectora morti
 Opposuisse viros. sic vincere sepe coactus
 Latus amor ducis est. tant⁹ pudor urget in arma.
 Namq̄ ubi perpendunt: quanta est pstantia mēti.
 Quanta fides superum: q̄ presens iuppiter illi
 Constitunt. iussuq̄ dei remeare putant se.
 Nec propter: cum multa adeo tractauerit olim
 Ardua: nulla acie victum dum primus in illa
 Dux foret assiduus meminerunt secula bellis.

Casibus hic quoq̄ nunc quantū sibi forte futuris
 Presumat: seu quos iubeat sperare laborum
 Euentus audire uelis. carthaginis alte
 Mena iam quatit ille animo iam scandere in arcē
 Cogitat. ac pelago titubantem inuoluere birsam
 Ut leo seu nitidam: in pratis errare iuuenem
 Precipiti stimulante fame: seu turbidus hostem
 Forte laceffitus iaculis prospectat: et iras
 Supprimat: ac rabiem frenat: dum proximior fit.
 Interea tamen absentem nondum ungue cruento
 Dilacerat: mordetq̄ oculis: ac tecta pererrat
 Uiscera: et inuisum minuit per frustra cadauer.
 Sic noster mihi crede leo: nunc estuat: ulla
 Nec metuit vires: tantum ne preda: uel hostis
 Aufugiant timet: atq̄ aditus circūspicit omnes.
 Omnia posse putat: que vult: quecūq̄ putauit
 Posse potest: igitur peragit quecūq̄ cupiuit.
 Optima sola tamen cupit et pulcherrima facta.
 Quid iam de pietate loquar: que cognita patri est
 Et patrie: uarijs olim spectata periculis.
 S; duo nūc tetigisse fat est. furor hostis acerbi
 Flenda cisalpinis iam gallica rura colonis
 Uastabat: romam iam flamma padocenus ardēs
 Et capitolas fumus perflabat ad arces.
 Maxim⁹ huc nostri genitor ducis: ipse malignis
 Mittitur auspicijs. quia multa: patentibus aruis
 Longredimur: superat penus: periisset in illa
 Dux acie. nisi natus agens tunc circiter annum
 Octauum decimūq̄ feror. tellure iacentem
 Transfixumq̄ latus. media de morte parentem
 Eripuisset: opus pueri. mediosq̄ per hostes
 Fecisset mucrone viam. Jam fata premebant
 Ultima. iamq̄ minax ferro: facibusq̄ potentes
 Hannibal italiam confecerat. atra cruentus
 Lannarum et nostro famosus sanguine vicus.
 Uulnera visceribus latijs inflixerat omnem
 Spem metus expulerat. ueluti cū fluctib⁹ almis
 Succubuit. celiq̄ graues pelagicq̄ tumultus
 Non tulit. horrescunt naute palloresq̄ per ora
 Funditur. ac trepidos angit noua cura magistror.
 Qua rapiat sibi quisq̄ fugā. seu littora saltu'
 Seu scopuli saxosa petens iuga parua propinqui
 Seu residens trunco disiecti turbine clauī
 Enatet. et rabido committat brachia ponto
 Talis erat nostre status urbis. talia nobis
 Consilia. heu quantas tracturus mole ruinas
 Imperij mutabat aper. quid uera fateri
 Distulerim: coeunt iuuenes. princepsq̄ metellus
 Conuentus. fuga sola placet. terrasq̄ nocentes
 Linquere: et hesperiam victori tradere peno.
 Quod simul innotuit: ceciderunt corda. tremorq̄
 Omnibus. incessit gelidus. tum forte tribunus
 Militie: uix dum teneras lanugine prima
 Exornante genas: erat imperterritus vnus
 Scipio. dumq̄ omnes dubijs succurrere rebus
 Consulere inopes animi. tempusq̄ pauentes:
 Extraherent sermone uago: quo pergimus inquit
 Egregius iuuenis. non tempora longa supersunt
 Consilij. sed factu opus est. quin stringimus enses
 Ite precor: mecum procures. quib⁹ ultima cura est
 Urbis et imperij. uestigia nostra sequantur.
 Publica res nondum perijt: taliq̄ iacentes
 Erexit sermone animos. confurgimus omnes
 Consequimurq̄ ducem. non illo celsior ibat
 Amphitrionides cum dura rebellibus olim

Prælia semiferis: et grandia tela moueret.
 Imus. et ut trepidi uentum est ad tecta metalli.
 Irruit ipse prior: stabat tremefacta pudendis
 Consilijs intenta manus vix mæsta sonabant
 Murmura: vix pauidum feriebat lingua palatas
 Qualis inest captis color. aut fiducia frontis
 Quos fera terribili addixit sententia morti.
 Illi equidem miseri trepidant. letiq; propinquit
 Casibus attoniti spectant tamen omnia circum
 Qua fugiant. quando illa patet via sola salutis.
 Tunc superinsultans stricto mucrone tremendus:
 Juro ait etherei per numina summa tonantis
 Me nunq; dum vita mihi dum mæbra manebunt
 Deserturum urbis rome. italieq; labores:
 Passurum ue alios: et nunc tibi quinte metelle
 Jurandum est pariter: uel si fortasse recusas
 Hac moriere manu. uobisq; nouissima uenit
 Omnibus ista dies gladiumq; erexit. et omnes
 Cōtremuere metu. facti dux ipse metellus
 Dirigit. res nempe feror inopinacq; mentes
 Præsserat. hanc aliter q; si iouis ira trifulcum
 Losisset male firma domus in culmina celum.
 Nec secus irati ciuis tremefecit imago
 Hannibalis q; si victritia signa viderent.
 Impendere sibi mortemq; et vincla minari.
 Ergo in uerba simul quo iusserat ordine iurant.
 Dux prior: inde alij. mire sic ille pudendam
 Comp: essit virtute fugam. vix sextus ab illo
 Annus agebatur. quo patrem a morte reduxit.
 Occiderant alme duo maxima lumina rome
 Scipiadamq; ingens vno prope tempore nomen
 Obruerat fortuna nocens. hispanaq; tellus
 In dubijs amissa fidem mutarat auitam.
 Milibus ex tantis procerum consurgere nullus
 Nullus ad immense reparandum vulnera cladis
 Audebat prestare manus. tum filius ultor
 Et patris et patrui: nomen dedit. isq; pirenem
 Transgressus maiore animo q; viribus: omnem
 Rettulit hesperiam populi sub iura quirinum.
 Qua duo lata patens inter distantiam multum
 Equora porrigitur. uel qua longissima tractu
 Ad ur̄m est hinc uersa more: herculeasq; colūnas.
 Illinc perpetuus nomen debentia flammis
 Ad iuga consurgens gallorum prospicit arua.
 Quicquid in his habitat terris hoins uel opū ul
 Hostibus ereptum fortuna iudice nostrum est.
 Ut tamen ex multis decerpam pauca decoris
 Urbs sedet hispano posuit quam litore primus
 Hasdrubal: et magne nomen carthaginiis illi
 Imposuit. cuius partem ualidissima cingunt
 Mænia: parsq; maris rapido defenditur estu.
 Huc opes peni pompas: huc signa virosq;
 Cōtulerant atq; arma duces: quia siue per vndas
 Siue per explicitos instarent prælia campos
 Opportuna foret: belloq; aptissima sedes.
 Antiquam leuo prospectans tramite matres
 Proximus huc etiam populus confugerat omnis
 Luta petens. cum cum præmas incendia flammæ
 Attollunt. picensq; uolans replet ethera fumus.
 Diffugiunt. quos dira fugat vicinia pestis:
 Euacuantq; domos secum præciosa ferentes.
 Et testudineam concurrunt vndiq; ad arcem.
 Huc fame signantis iter uestigia seruans
 Scipio contendit: neglectaq; cetera linquens.
 Hanc petit. huc acies ducit: romanacq; circum

Castra locat. paruumq; leui struit aggere uallum.
 Mira loquar. sed uera tamen non menia crebris
 Turribus et ualido circumfirmata paratu
 Militis aut ardo: sua fata extrema videntes.
 Custodumq; acies. et propugnacula mille
 Ac turbanda procul ferientes castra baliste.
 Scandentem muros. per que oia tela ruentem
 Sustinuere duce. breuior non contigit ullis
 Menibus obsideo siquidem primordia bello
 Una dies finemq; dedit. non tacta reliquunt
 Ocios imbelles iouis instimulante columbe
 Armigero: aut pauidi uenientem ad lustra leonæ
 Diffugiunt lepores subito: custodia porte
 Deseritur. pauci ualide se menibus artis
 Deculant. alij fugiunt: totamq; per urbem
 Sternuntur. uario complentur cuncta fragore.
 Pugnantumq; simul strepitu gemituq; cadentū.
 Qualis ab ethiopum rapidis cum rollis austris
 Littore tempestas: nostrum casura sub axem
 Apparet metuenda procul. mor proxima nubes
 Decidit: et mixtis descendunt fulmina saxis.
 Jamq; tument amnes. iā qui modo segnis abibat
 Quilibet alta fremens imitatur fulmina torrens
 Turbati agricole fugiunt ingensq; superne
 Terror ait miseros. pereunt armenta furentes
 Fluminis obiectu: quosq; trementia uoluas
 Lumina terrifici disiectis nubibus ignes
 Præstrigūt. morsq; ante pedes nec flectere quoq;
 Possis iter. nec stare queas hinc luctus et horroz
 Lugubresq; procul resonant per nubila uoces
 Multa sub hoc tempus micuerunt indole clara
 Signa ducis manifesta noui. vir quant' in armis
 Et quantus post bella foret namq; arma mouente
 Milite ab aduerso. non mars uolentior urget
 Infesto temone trabas nec acerbior hebreo
 Spumantes immergit equos uerū arce reclusa
 Hostis ubi adueniam proiectis concidit armis
 Illicet extinctus cecidit furo: iraq; cessit
 Pulsa animo ferrumq; manu sic atra serenat
 Nubila pacifico despectans iuppiter ore
 Continuoq; silent uenti: fugiuntq; procelle
 Sol nitet. emergunt fuscis sua noctibus astra
 Et mundo sua forma redit. iam victor ad arcem
 Tranquillus uoluebat iter: romanacq; celsis
 Turribus affigi victritia signa iubebat
 Post hoc sacra deis meritasq; rependere grates
 Instituit. stabat cinctus de more sacerdos
 Lataq; deuoti seriebat pectora tauri
 Compellans ad sacra louem frigosq; penates
 Romuleamq; animam: cunctosq; ex ordine diuos
 Custodes latij quorum capitolia cure
 Credita perpetue mædi caput esse merentur
 His actis grates meritas et debita soluit
 Præmia militibus. virtus ut alatur honore
 Haud equidem ignarus. fuerat mos ille uetus
 Romanis ducibus primo seruatus ab eio
 Inualidas tutasq; altis cum menibus urbes
 Lingere obsidio: cui primum scandere muros
 Sed uirtus: seu fata darent. pponere dictant
 Nomine mirabilem de re ueniente coronam
 Hoc præcij prædulce genus quia gloria mentes
 Erigit immemoresq; omnis facit vna pericli
 Id modo prospiciens animos dux talibus ardēs
 Impulerat stimulis. sed enim fastigia victis
 Apprendisse duos manibus uox publica et ingēs

Ortus erat castris studio variante tumultus
 Hunc illi. contra illum alij laudare fauentes
 Sic ubi vulnificus ferientes dentibus apertum
 Eiectum caueis. et opacis sentibus acres
 Eripuere canes certatim: omnesque per artus
 Explicuere solo. strepitus consurgit ab alto
 Spectatum iuuenum. quis primus figere morsus
 Lunibus hirsutis ausus quis prendere saltu
 Hispida terga feri quis primum haurire cruorem
 Pugna canum fit: de meritis uenantibus una
 Illi victores larratum in nubila tollunt.
 Scipio turbatos cuneos atque arma frementes
 Agnoscens virtusque noui non parua duelli
 Semina discordes raptim ad pretoria turmas
 Conuocat. et uerbo surgentes comprimit iras
 Quin ait amborum virtus tam clara virorum
 Eminent ut cunctis longe post terga relictis
 Officiat. sibi sola quidem ut debita neutri est
 Fama uel ambobus. quod dignius esse putamus
 Nam prior est quem nemo preit. sic ore sereno
 Fatus. et amborum pariter uiridante corona
 Tempora circumdat. simul impetus omnis et ira
 Concidit. hunc finem tristes habuere querere.
 Haud aliter quam cum ualidos in prelia tauros
 Excitat inuidia et dilecte cando: amice
 Cornua tentantur truncis mugitibus aure
 Complentur tunc ampla fouent armenta duobus
 Et partem fecere boues. si prouidus iras
 Presensit. rapidosque agnouit pastor amores
 Tempestiuus adest et blando murmure metus
 Temperat. ac pugiles uictici fronda coronat
 Et sua placatos procul inde per arua remittit
 Interea lachrymosa cohors miserabilis ingens
 Feminea audita est gemitu sua menia complens
 Hic pius infremuit iuuenis. gessitque patronum
 Ipse pudicitie tute committitur arci
 Omnis ab incurso metuens sibi serus et etas
 Indigus auxilij populus custodia sanctis
 Et mandata uiris. ueritumque sub ora uenire
 Femineus vulgus que lumina blanda pudori
 Insultant. castique oculis flos rapitur oris
 Id modo per metuens longe captiua relegat
 Egmina. pro superi mortali in pectore quanta
 Maiestas: spectare senem iuuenilibus annis
 Nam simul etatis stimulos floremque uirentis
 Bladitias proferre graue est: mibi crede frequenter.

Argumentum quinti libri.

M Enia magnanimus uictor trepidantia cirthe
 Massinissa capit: sed eni male sanus ab igne
 Carpitur occulto: tandem gentalia festa:
 Sponte sua celebrat iurataque federa firmat.
 Interea lete uinctum post terga siphacem
 Aspere acies clari ductis: ille modeste
 Castigat regem placidis: et pectora mulcet
 Ostendens quid roma uelit: sibi conscius ipse
 Pocula dat seruo domine ferat uida ueneno.
 Illa bibit prope lacemque coacta reliquit.

Incipit liber quintus.

M Enia magnanimus uictor trepidantia cirthe
 Ingredis: piosque lares: et anita tuetur
 Lecta libes: gnis cara in cunabula pmi.
 Milite pfectis ad portas custode relictis:
 Ipse altam cupidus raptim tendebat ad arcem.
 Sic stimulante fame lupus amplum nactus ouiles

Intima dum penetrat: socium prede atque laboris
 Linqvit in ingressu: quo tutior abdita fido
 Corpora deducat latebris mergenda palato.
 Uentum erat ad miseri felicia tecta tyranni.
 Que merso male fida viro regina tenebat.
 Nec subitis turbata malis in limine uisa est
 Obuia victori: siquam fortuna pararet
 Tempratura uiam: dureque leuamina fortis.
 Undique siderum gemmis auroque nitebant
 Atria. non illo fuerat rex ditior alter:
 Dum tenuit fortuna fidem. nunc fidite letis
 Pauperior non alter erat. tamen omnia longe
 Regia preradians vincebat lumina coniunx.
 Ille nec ethereis nunquam separandus ab astris
 Nec phebea foret ueritus certamina uultus:
 Iudice sub iusto: stabat candore niuali
 Fronis alto miranda ioui: multumque forori
 Selotipe metuenda magis: quam pellicis ulla
 Forma viro dilecta uago: fulgentior auro
 Quolibet. et solis radijs factura pudorem.
 Lesaricus spargenda leui pendebat ab aura
 Colla super. recto que sensim lactea tractu
 Surgebant. humerosque agiles effusa tegebat.
 Tunc olim substricta auro certamine blando
 Et placidis implexa modis sic candida dulcis.
 Lum croceis inngebat honos: mixtoque colori
 Aurea condensi cessissent uascula lactis.
 Virque iugis radio solis conspecta sereni.
 Lumina quid referam preclare subdita fronti
 Inuidiam mortura deis. diuina que illis
 Uis inerat: radiansque decore qui pectora posset
 Flectere quo uelit: mentesque auferre tuendo.
 Inque meduseum precordia uertere marmo:
 Africa. ne monstris caruisset terra secundis.
 Hoc planctu confusa nouo modo dulce nitebant
 Dulcius ac solito: ceu cum duo lumina mixta
 Scintillant pariter madido rorantia celo.
 Imber ubi nocturnus abit geminata superne
 Leuiter aerei species inflectitur arcus.
 Candida purpureis imitantur floribus alme
 Lilia mixta genere roseis tectumque labellis
 Splendet ebur. serie mira. tum pectus apertum
 Leue tumens. blandoque trabens suspiria pulsu
 Lum quibus instabilem potuit pepulisse precordia:
 Unde nequit reuocare virum: tum brachia quali.
 Iuppiter arctari cupiat per secula neru.
 Hinc leues longaque manus. teretesque sequaci
 Ordine sunt digiti propriumque ebur exprimit unguem
 Tunc laterum conuexa decent et quicquid ad imos
 Memborum iacet usque pedes. illosque moueri
 Mortali de more negesse sic terra modeste
 Langiur: ut tenere pereant uestigia plante
 Ethereum ceu seruet iter: sic nube corusca
 Obsita magnanimum uenus est affata tonantes.
 Naufragio nati seu morte impulsu nepotis:
 Dulcis opem sperare patris. dux troia per undas
 Dum subterraneo tremuit pia roma tumultu.
 Hac igitur forma nulli cessura dearum
 Occurrit iuueni mulier. nec cultus in illa
 Segnio: effigie: uarijs nam purpura gemmis
 Intertexta tegit regine pectora meste
 Et dolo ipse docet miseram: nec cuncta placere
 Tempore felici poterat magis: illicet ergo
 Uulnus inardescens totis errare medullis
 Lepreat. cistiuo glacies ceu lenta sub estu

Lera uel ardenti facilis vicina camino.
 Linquntur ille tuens. captiua captus ab hoste.
 Uictaq; victorem potuit domuisse superbum.
 Quid non frangit amor? quis fulminis impet? illi
 Equandus? iamq; illa gradu prouecta trementi
 Est affusa ducis genibus: quem vultus et arma
 Ediderant. comitumq; fauor. plaususq; sequenti
 Arreptaq; manu submissa uoce locuta est
 Si mihi victricem fas est attingere dextram
 Captiue vidueq; tuam. per numina supplex
 Luncta precor miserere mei. nec magna rogaris
 Utere iure tuo. captiuam mortis acerbe
 Carceris aut duri licet hanc absumere forte.
 Est etenim mihi vita mori. lux ne ista placeret
 Fata coegerunt. statui nimis inuida nostro.
 Tu quocunq; libet iubeas. genus elige digne
 Mortis. et hoc vnum prohibe ne viua maligno
 Seruitio calcanda ferar. sunt forte sorores
 Rex tibi. quas referat fortune iniuria nostre
 Ante oculos inuicte tuos. namq; et sua nobis
 Fata fuisse vides. succedunt tristitia letis.
 Nec tamen ullorum fuerim presaga malorum.
 Ipsa tibi: fausto in finem precor utere regno.
 Et natis trans mitte tuis: nullusq; nepotum
 Armet in insidias animum: mihi turbida regni
 Ultima fortune nimiumq; aduersa priori
 Contigerint damnisq; meis lassata quiescat
 Mitior hinc alijs. mihi sed romana fuisse
 Scis odia. armorumq; solent me dicere causam.
 Materiamq; ferunt belli: nec falsa queruntur.
 Eripe ludibrio miseram. manibusq; superbis
 Eripe. deq; mee specie rex inclite mortis
 Tu cui fata fauent. cui mens se deuouet ultro
 Uideris. hec inter lachrymis perfundere terram
 Leperat. auratis suffigens oscula plantis.
 Immemor armorum iuuenis. cui martius ardor
 Exciderat. grauidumq; noue dulcedine forme
 Pectus: et insolitis ardebant viscera flammis.
 Suspirans regina precor iam luctibus inquit
 Pone modus. trepidumq; animo seclude panore.
 Parua petis. sed magna feres. na forma genusq;
 Maiestasq; animi. dignam cui plura petitis
 Largiar insinuant. igitur regina manebis
 Et nostri memoranda thori per secula conforis.
 Atrenuis. nostrisq; nocet uetus ardor amor.
 Hic humilem complexus heras: multumq; diuq;
 Ora salutiferis referentem tristitia plantis
 Subleuat illachrymans. vnde ista potentia ceco
 Lanta deo: tantum ne leuem ualuisset pharetram
 Ut iecur inuicti per tot fera prelia regis
 Uulnere traiectum tenai prosterneret intra
 Femininum imperium: vultu tandem illa remisso
 Incipit. o regum decus: auxiliumq;
 Dum meruit patrie. nunc terror maximus idem.
 Si mea post tantos vnq; consurgere lapsus
 Fata queant. spesq; vna foret post damna supstes
 Quid mihi uel longa potuit contingere vita
 Letius. ad talem q; si translata maritum
 Diceret. et fausta subito creuisse ruina.
 Sed quia fata premunt. et nostris debitis annis
 Finis adest. mihi care animos attollere fractos
 Desine. non tali pelago conuulsa ratio nat
 Fortune mihi nota fides sat magna petenti
 Dona dabis mortem. que libertate retenta
 Perferat hac animam directo tramite ad umbras.

Romanum fugisse iugis mihi meta precandi est.
 Letera non ausim tibi sed pro talibus ille
 Rex superum meritis grates exsoluat opimas.
 Qui mea magnifico transcendere uota fauore
 Visus eras vultum hec dicens auertit. et illum
 Compulit in lachrymas iterum. sed parce dolori
 Parce ait et nostris oculis: quos fletibus istis
 Mens refugit. terreq; iacens nil suspicit altum
 Tu tamen intendas animum melioribus. ibit
 Forte alio fortuna nocens. aditumq; relinquet
 Ad magnos placata gradus si dura quod horret
 Mens omen. fors illa uetat. tunc ultima sero
 Mors dabitur promissa tibi. per sidera testor
 Alta poli regumq; fidem. manesq; deosq;
 Talia vir tremula confusus uoce peregit.
 Hinc sese uacuum tulit irrequietus ad arcem
 Quis queat instabiles animorum noscere fluctus
 Quos ferus urget amor: non illos turbidus equet
 Euripus: non scilla fremens non duri caribdis.
 Nempe procellosi male sanum pectus amanti
 Nulla quies habitat. non lux tranquilla dierum
 Non sua signa poli: non noctis imago serene:
 Non ratibus clauum. non tutus littore portus:
 Horrida perpetuo facies turbata tumultu:
 Undiq; naufragium scopuli clademq; minantes
 Impiisq; aduersis discordant equora uentis
 Heu miseri quibus huc subito uoluuntur et illuc
 Incerti pelagi atq; vie. Jamq; tecta supremi
 Intima rex thalami. secretaq; lumina solus
 Intrarat. tacitusq; sedens. dum singula secum
 Pertractat. qua nam ille fidem persoluat amanti
 Difficilem videt esse viam: nam territat illum
 Captiue status et misere fortuna marite.
 Romani mens alta ducis. tum nota pudici
 Pectoris integritas. illam metuebat amor
 Aduersam reperire suo. sed dura cathenis
 Euinctum ualidis lex imperiosa trabebat
 Lernentem sua fata procul. Leu victus in alto
 Nauita: qui mestus scopulos. sirtesq; uadosas
 Ante oculos videt ipse suos: nec flectere proram
 Arte ualens solita uentisq; impulsus et undis
 Omnia desperans fortune mandat inique
 Et clauum et remos et uela fluentia nimbo.
 Ac lachrymans in puppe sedet. sic naufraga regis
 Mens heret compulsa quidez: nec flectere quoq;
 Orsa ualens: gemitu sic logam concitus boras
 Eregit uario. nunc ora nitentia coram
 Lernere regine: nunc dulces fingere uoces
 Ipse sibi. pedibus nunc oscula preffa manusq;
 Leniter appressas. lachrymosaq; pectora stentis
 Dulcibus uadantesq; oculos arfisse fauillis:
 At medias inter curas: nisi forte uerendi
 Frons aderat dilecta ductis: tunc improba tergus
 Spes dabat et domitis stabant precordia flammis
 Sicut ubi ardenti gelidus successit aeno
 Numor aque furor ille filet. paulumq; tepenti
 Stat similis. mox aucta suas incendia vires
 Exercent. magis atq; magis. sic ille tumultus
 Pectoris oppressus: stimulis agitantibus iisdem
 Fortior admotas ronis spernit habenas.
 Ergo nisi uulnifico reuerentia cessit amor
 Presentisq; decus forme. et damnosa uoluptas
 Absenti prelata duci est. caput illicet eger
 Consilium. factiq; uiam dependit inanem
 Et secum quid leuatus agis. speciosa bimenens

Coniugia. et letos blandus modo iuppiter annos
 Obrulit ecce tibi. satis est meminisse laborum
 Exul inops profugus. regno spoliatus anito
 Per mare per terras per mille pericula supplex
 Regibus ac populis multos errasse per annos.
 Gaudeo. iam tempus fuerit fortasse quietis
 Nam si cuncta breuis numerentur tristia vite
 Nullus erit toto te nunc annosior orbe
 En regnum fortuna tuum quo dulcius illo
 Perfructuere diu: longo post tempore reddit
 Depositumque refert. hostem qua nulla uoluptas
 Maior habes vinctum. viteque et mortis in ipsum
 Arbitrator es. qui chara tibi tulit omnia solus
 Omnia nunc redeunt. simul hic possessor iniquus
 Regna gemens reuomit. nitidisque simillima niphis
 Femina preterea primo spoliata marito
 Bellorum sic iura uolunt occurrit et ardet
 Si liceat. sed multa timet sibi conscia sortis
 Nempe uerecunde petit id quod uoce negare
 Uisa fuit. metuens: heu qualis forma gementi
 Quisq; decent lachryme: quid maiestatis in illa est
 Et quid leta foret. qualis regina superbo
 Alta sedens solio. si gloria supplicis ingens
 Captiue si tantus honos. proh dulcis amantum
 Uita: nec altius concordia rupta querelis
 Una quidem facies semper. mens una duobus
 Una quies. unusque labor. non pulchrius orbe
 Par fuerit toto nisi nos obliuia forme
 Forte tenent nostre genus et mens omnia tandem
 Conueniunt casusque graues mollire ferendo
 Conuenit atque etas spacio distincta quod ipsis
 Coniugibus grati esse potest. quodque ipse notauit
 Conuenit ille etiam qui summis infima solus
 Equat amor: propera: nec enim tibi forte timendum est
 Ne tua condemnet fori iuuenilia furta
 Scipio: quin iuuenem iuuenis miserebitur ultro
 Uiderit et lachrymas ueniam prestabit amori.
 Coniugium fortasse sacrum: non furta uocabit.
 Reginamque thori sociam uenerabitur olim:
 Mitior ille ducem. simul hoc affatus: amicos
 Conuocat: atque animos aperit. iubet omnia raptim
 Expediant modico conuiuia culta paratu.
 Atria non reboant. non tuscus ad ethera clangor
 Non comitum fremitus. non alta palatia turmis
 Non crebre mictere faces. fax ussit amantes
 Una duos. lachrymis mox extinguenda duorum.
 Pulcher at blanteo properans sub gurgite mergi
 Hesperus optatam noctem referebat: iniquos
 Assuetus perferre dies. et amantibus hostis
 Inuida luciferi dum nomina suscipit astri
 Mentibus heu quantum nostris caligine ceca
 Illudit uentura dies. fortasse beatus
 Coniugio. sobolemque sibi turbamque nepotum
 Rex animo complexus erat: genialia letus
 Tempora noctis agens. illi non blanda mariti
 Oscula mille noui. non regni iura uetusti
 Per cunctos promissa deos. de corde pauores
 Funditus expulerant. semper tremefacta sepulchrum
 Ante oculos mortemque tulit. nec somnia letum
 Portendere aliquid. uisa est sibi nempe secundo
 Rapta viro. sentire minas et iurgia primi
 Et tremuit sopita. licet tum uertice montis
 Berij traducta sedens subiecta videbat
 Regna sibi populosque uagos monstrumque repete:
 Concurrisset alium maiori corpore montem

Tum uero tremuisse iugum cui iuxta sedebat:
 Impulsusque graui gelidos de uertice fontes
 Descendisse duos. montemque abiisse minorem
 Inde retro. ast illam rapido per inania lapsu
 Tartara nigra quidem: et stigiam tetigisse paludem
 Publica finitimas subito perlabitur urbes
 Fama gradu: uicte victorem sponte securam
 Coniugia. et bello indomitum: seruire puelle
 Uulgus adulterij signabat nomine factum
 Quod neque legitimis arsisset ignibus inter
 Armorum strepitus. alioque superstiti rege
 Coniuge. captiue victori forma que uno
 Uisa die et dilecta prius. subitoque recepta
 Federe non inter patrios ex more penates
 Iudicio nequit. sed cuncta libidine sanas
 Precipitante moras fierent. sic omnia uulgus
 In peius torquere loquax. iam crebrior aurea
 Fama ducis uario feruens pulsauerat estu
 Indoluit cari facinus miseratus amici
 Dux pius hic rerumque modus secum ipse reuolvens
 Intempestiuos est detestatus amores.
 Multaque in absentem tacitus conuitia fluxit
 Sic pater offensus longinquo uerbera nato
 Instruit: et thalamis irarum fulmina fundit:
 Mox vultu placito. et dulci sermone mouendus.
 Altera post primam sequitur. populosque secundo
 Fama leues rumore replet. succedere castris
 Siphacem victumque trahi. ruit obuius omnis.
 Uisendi que uictis positis exercitus armis:
 Illum admirari. atque illum celebrare frequentes.
 Hunc illum bello ingentem: regni que superbum
 Romanum. penumque ducem: qui uiderit uno
 Tempore sub laribus pacem ueniamque precantes
 Lique duos mundi dominos. non multa puderet
 Blandiri: cui certatim solemnia tanquam
 Uota deo fierent. cui regum maximus olim
 Massinissa metu toto concesserit orbe
 Quem facie turbata noua fortuna rotasset
 Ad terram impulsu subito. uix credula tante
 Lorde rei ingentis lapsu stupefacta ruine
 Siquis athon uideat uerso seu uertice olympum
 Egeis cecidisse uadis ericisque tuumque
 Apennine caput: tyrrena sub equora mersum
 Non credat satis ipse sibi. sed somnia uanis
 Plena putet monstris. rex inter talia magno
 Concursum inuebitur ducis ad tentoria nostri
 Ne uis quantis fortuna dolis mortalia pessum
 Omnia das. quantum sublimibus inuida regis
 Hec magnis promissa lues. hec meta bonorum
 Stare parum et ruere. hic regum rex ille summus
 Mancipium uenale iacet. trahiturque catenis
 Obrutus et multo circumuallatus ab hoste
 Contigit hesperij mentem ducis illa uetusti
 Hospitij neglecta fides blandisque serene
 Uultus amicitie conspectus iunctaque dextre
 Dexterata. confessusque thori. ac presentibus illa
 Maiestas collata malis. tandemque profatur
 Quid tibi uane siphax uoluisti. unde ista furenti
 Mens adeo transuersa tibi. pacti ne repulsa
 Auxilij contentus eras: nisi bella moueres?
 Dixerat. ille animo uultusque immotus eodem
 Perstitit. ac sero uix longa silentia fregit.
 Nil mihi magnanime et nostri dux maxime seclis
 Nil grauius fortuna tulit. quam frigida campis
 Linqere quam medijs moriens hec membra nequit:

Armorum inter stragem cumulosq; virorum:
 Penarum mihi summa quidem q; vivere bello
 Contigit exhausto. nec enim nunc ora viderem
 Nec mihi perfidie meritam renouantia litem
 Est ego si miseris liceat credenda profari:
 Et queat in grauib; uero locus esse cathenis
 Uera loquar. primiq; omnes meruisse fatebor
 Sponte cruces. qui sacra uolens. qui iura fidemq;
 Fasq; piumq; simul conuentaq; federa tanti
 Hospitis: exigua turpiq; libidine victus
 Calcauit: testesq; deos memoresq; malorum
 Sed que causa grauis: que tristis origo ruine
 Forsitan ignoras. ego nunc uerissima paucis
 Expediam. non illa meum releuantia crimen
 Quin potius iusti stimulos auctura pudoris.
 Femina cum primum laribus fuit aduena nostris
 Auspicijs inuecta malis. atq; alite torua
 Tunc perij perijq; fides et gloria nobis
 Excidit. ac sceptrum manibus. diademataq; fronti
 Prodit tunc tacitis arsit mea gloria flammis.
 Funereas tulit illa faces. potuitq; dolosis
 Flectere blanditijs animu. lachrymisq; malignis
 Hospitis illa sacri. fame superumq; deorum
 Reddidit. immemoremq; mei. quid te moror illa
 Illa suis manibus misero tulit arma marito.
 Induit illa latus. capiti tunc cassida caro
 Lum gladium dextre clipeum dedit illa sinistre
 Increpuitq; tabas. trepidumq; atq; arma pauente
 Impulit ambiguam in mortem. tecumq; coegit
 Aduersis certare deis. quando agmina campis
 Contulimus stetimusq; acie. fuit exitus ille
 Erroris mihi crede mei. placuisse prophanos
 Amplexus. fuerant huius primordia casus
 Coniugioq; hesisse fero. prob regia uere
 Regia et innumeris nuptura sine ordine coniunx
 Regibus hostiles nunc translata penates
 Igne cremes simili: nisi me presagia fallunt
 Et facies mecum hoc ueniet solamen ad umbras
 Dixit et obrucit grauius turbatus et imo
 Lumina mesta solo referens. iam senserat iras
 Scipio. namq; oculos et stigmata clara loquentis
 In vultu: nimium offensi spectarat amoris.
 Hinc magis atq; magis cari scelus horret amici
 Iustus amor regi quoniam si digna querela
 Massinissa tibi fuerat non iusta rapine
 Causa furor. stimulisq; repens impulsus libido
 Turpibus. hec inter regem sub claustra recondit
 Fama recens latis sensim crebrescere castris
 Lepit adesse duces. victriciaq; agmina regis
 Ac lelij. placido uenientes suscipit ore
 Scipio. laudatos populo spectante decorat
 Muneribus largis. abstractum deinde seorsum
 Sede locat regem iuxta procul atq; remotis
 Lectibus alloquitur. Nisi me tua maxima longe
 Massinissa diu virtus sperata fefellit
 Non tibi causa tuum fuerit nisi magna videndi
 Scipiadam. fideiq; mee tua credere fata
 Ut malles. ueteres sic aspernatus amicos
 Africa nam vastis latio disiungitur undis
 Nec minus alternis discamus moribus. ergo
 Grande aliquid tibi causa uie fuit. equore tanto.
 Tot bellorum inter fremitum mundi q; tumultus
 Lerte ego si proprio mihi non sordescit in ore
 Gloria. non alia tantum uirtute superbum
 De fateor. q; q; blande mihi frena tenere

Frena uoluptatis video: non hostis in armis
 Obuius: aut flammis resonans undantibus ethna
 Euboice non sic fundo grauis estus ab imo
 In cumulos surgentis aque metuendus ut ista est
 Turba uoluptatum. que circumfusa tenet nos
 Precipue tamen hec nitide suspecta iuente
 Pestis. et erati pretendit retia nostre.
 Equor enim filet interdum. grauis ethna quiescit
 Dura nimis. luctusq; grauis. simul oscula trunco
 Fixa diu tenero: vitaq; abeunte tepenti.
 Atq; ideo similes regis miseratus amores.
 Intulit oceano vultus lachrymosaq; lauit
 Ora cadens noctiq; suas permisit habenas
 Scipio. nulla etenim dederit fortuna quietem
 Ni mediocris erit nam tristior illa dolores
 Leta uehit curas. per noctem singula secum
 Ancipiti cum mente rotat. num territa pulset
 Menia penorum: et turres carthaginis an se
 Extremos fundat libie uastator in agros.
 An requiem fessis paucorum forte dierum
 Prebeat equitibus peditumq; det oia turmis
 Illa recursabat portio: sub pectore cauti
 Lura ducis. quibus inde uis captiua per altum
 Agmina penorum latio transmittat ouanti
 Precipue in rege. regisq; in coniuge multum
 Angitur et quantis uelit hos custodibus ire
 Cui tantum committat onus. sic anxius heret
 Mercato: cui nota uie cessere secunde
 Et lucri fortuna fuit. nunc cogitat aurum
 Ac gemmas qua puppe uehat. preciosaq; rerum
 Quisq; ratis custos placeat. non carior usq;
 Ullus erat lelio. nulli felicius altos
 Credere consuetus lassata mente labores
 Hunc igitur noctis medio uocat. admonet arma
 Nauibus imponat. lectoq; ut remige centum
 Instruat. hac patrie accessurus littora classem
 Et misero multum diuersa fluebat amanti
 Nox ea cum lachrymis. quas sese uertat in artes
 Quos uocet ille deos. precibus quib; atra relaxet.
 Stamina parcarum et dilecte tempus amice.
 Nunc uenit in mentem cara cum coniuge raptim
 Herculeas subita linquentem classe columnas.
 Fortunatorum famam temptare locorum
 Nunc recta penetrare uia carthaginis alte
 Menia et ad ueteres humilem ueniamq; petentes
 Pergere cum gemitu et dulci cu coniuge amicos
 Nunc ferrum laqueosq; sibi properataq; mortis
 Instrumenta manu. tristisq; interere nodos
 Auxilioq; necis tantos finire dolores
 Sepe manus gladius tetigit pudor: obstitit unus
 Non metus incepto. uidue non anxia uite
 Dulcedo. ueritus famam maculare perenni
 Crimine continuit. capulumq; animumq; remisit
 Uoluitur inde thoro. quoniam sub pectore pernox
 Seuit amor. lacerantq; truces precordia cure
 Uritur. inuigilant mero: metus ira furorq;
 Sepe etiam absentem lachrymans du stringit amicas
 Sepe thoro dedit amplexus. et dulcia uerba
 Postq; nulla ualent uolento frena dolori
 Incipit et longis solatur damna querelis.
 Lara mihi nimium: uita mihi dulcior omni
 Sophonisba uale. non te mea cura uidebo
 Leniter ethereos posthac componere uultus
 Effususq; auro religantem ex more capillos
 Dulcia non celum mulcentia uerba deosq;.

Oris odorati secretasq; murmura carpsam.
 Solus ero.gelidoq; infernam membra cubili
 Atq; urinam socio componar amica sepulchro
 Et simul hic uetitos illic concorditer annos
 Contingat durisse mihi fors optima busti.
 Si cinis amborum committis morte medullis
 Unus erit.scipio nostros non scindet amores.
 O utinam infernis etiam nunc vna latebris
 Umbra simus.liceat pariter per claustra uagari
 Mirtea:nec nostros scipio disiungit amores
 Ibimus vna ambo flentes. ⁊ passibus iisdem
 Ibimus eterno conuerti federe.nec nos
 Ferreus aut equos scipio interrumpet amores
 Inuidiosa deis heredi:populoq; silentium
 Ac cereris genero:cunctisq; beatiore vmbra
 Umbra ferar.dulces nec scipio franget amores
 Ille quidem astrigeros tractus celumq; tenebit
 Dur facer.humanis in totum moribus impar
 Nec uolet infernas sedes.aut pallida dicis
 Regna sequi.aut cupidos iterū turbabit amātes
 O utinam libicum nunq; transisset in orbem
 O utinam latijs semper mansisset in oris
 Quid precor heu demens.si non uenisset:amice
 Et decore ⁊ species:faciesq; simillima.soli
 Non mihi nota fores.sine qua nec vita fuisset
 Data quidem pariter quanta est discordia:vitam
 Abstulit.ac tribuit scipio dulcissime raptim
 O utinam romam victricia signa tulisses
 Captiuo cum rege prior:reginaq; retro
 Mansisset non visa tibi.quid surda precamur
 Humina.castrorum dominus:victorq; superbus
 Captiuam petit ecce suam.dabimus ne.sed urget
 Importuna precum species nocitura precari
 Sed rogat.at vultu tacito mihi multa minatur
 Sed rogat.ac durum precibus latitare sub istis
 Imperium agnosco:parebimus:at prius horrens
 Iuppiter admoueat.capiti sua fulmina nostro
 Hoc tellus uoret alta latus.pelagusq; per ampliū
 Impia falsiloqui spergantur viscera regis
 Ergo ego romano placitum quia sancta reuellam
 Federa coniugij.licuit sine coniuge regem
 Uiuere. ⁊ id satius fuerat quia celibe vita
 Scipio noster erat.sponse nunc pacta negare
 Non licet ast ingens: ⁊ inexorabile turbat
 Imperium:quid agam morieris munere cari
 Sophonisba viri morieris munera seuo
 Hoc placuere ioui.sic nec captiua traberis
 Littus ad italie:viribus subiecta latinis
 Nec nostros illusa dolos sic posse videris
 Aut fractam culpae fidem moriere quis ergo
 Finis amoris erit.mors effera parcite cuncti
 Lelicole:calcanda fides fugiamus in orbis
 Ultima ⁊ ignotas lybie penetremus harenas
 Est ubi serpentum regio tutissima nobis
 Tutior hac patria.nec enim uenturus ad illam
 Est scipio nec pestiferi vis ulla ueneni
 Tam pulchros lesura pedes.mibi forsitan ipsa
 Ignoscent spectante fere.dulcissima coniunx
 Stat fugere. ⁊ te impendenti subducere morti
 Pauperiem letus tecum.exiliumq; fugamq;
 Meitaq; cuncta feram.sed nec sequerere uocantē
 Femineos si noui animos.regina supremo
 Sueta sedere loco. ⁊ q̄q; sequerere.parati
 Nil habeo.atq; omnis romana potentia passus
 Claudit. ⁊ extremo scipio notissimus orbi est

Somnia nunc tacite quondam mihi tēpore noctis
 Visa recognosco turbate horrendi quietis.
 Non satis intellecta prius tu ne illa fuisti
 Candida prostrato per vim subducta marito
 Serua.sed imperio tandem pastoris iniqui
 Custodi precepta nouo.tunc nempe placebas
 Uel sic visa mihi.sed quid coniuncta ferebat
 Mors tua.dij visis omen remouete malignum
 Permetuo.nam cuncta sibi constantia certo
 Ordine cernebam.ne me sopor ille sefellit
 Quid faciam:moriere igitur:moriere profecto.
 Nil aliud superest.coniunx miseranda.tibiq;
 Auctor mortis ego.sed que mihi vita futura est
 Scis uenus ⁊ celo prospectans iuppiter alto
 Mortales actus.nostrosq; hoc orbe labores
 Quis mihi uerba dabit placitas ducentia noctes
 Aut grauis ingentes animi mulcentia curas
 Quis dabit amplexus.quis ue oscula dulcia itigat
 Te sine dulce nihil.quid prodest regia largo
 Agmine seruorum.tyrio quid lectulus ostro
 Lomptus. ⁊ innumeris instrata palatia gemmis
 Quid diadema iuuat lati quid gloria regni
 Uroz. ⁊ assiduis torquentur pectora flammis.
 Neui mihi dulcis adhuc. dulcis post busta.sereni
 Quo fugiunt vultus.hinc iam te cura supremum
 Uiuentem deslere iuuat sophonisba deorum
 Atq; hominum decus eximium:quas nra tulerūt
 Tempora siderei exemplum specimenq; decoris
 Que faceres conspecta fidem.supra astra:q; ipsi
 Splendor inest superis.qualis q̄q; alma uenustat
 Forma deas.aduerte pijs hijs fletibus aures.
 Mei misero.fuerat quoniam meminisse iocundum
 Lumina sidereis mulcentibus ethra fauillis
 Alma sub eriguo claudentur condita besto
 Lumina magnorum.mentes tractura deorum
 Lumina durorum.rabiem fractura virorum
 Lumina que mihi me abstulerāt:curasq; minores
 Candida frons.auro circuncrispante decora
 Frontibus humanis angustior.abdita saxo
 Stabit in angusto risus qui ferrea fugit
 Pectora:qui celum.qui circumfusa serenat
 Rubila tartareum ruit irrediturus ad antrum
 Neui mihi felices anime.quibus illa repente
 Lux oriens ueteres ueniet purgare tenebras.
 Neui bene progeniti.quibus illa videre licebit
 Que mihi mors inuisa rapit.pes lacteus atram
 Diuino celerante gradu conscendere cimbam
 Iustus transiliet:lethei gurgitis estum
 Fortunate caron:utinam mihi flectere clauum
 Contingat ueteramq; diu contingere ripam
 Tuq; mei interea serues moderamina regni
 Inuidiose senex.quando hec tibi monstra videre
 Contigit.aut ullo post hac contingeret in eus
 Uidisti ethneo raptam sub uertice nigri
 Urorem transire thori nec vultus elisse
 Te latuit nostre.facies nec gorgonis horrens.
 Nec que satiferum laqueo pendente secuta est
 Laodomia virum:ne te pulcherrima procris
 Nec teucrum pestis.minoisq; altera proles
 Altera nam celum tenuit stellante corona
 Sed cui tantus honos:cui tante gloria forme
 Crude senex:mibi crede parem non ulla videbant
 Secula nec rerum laudatrix magna suarum
 Etas prima tulit:visa tangere iuuenta
 Ardebis mihi crede senex:me forsitan illac

Coniugio infauste uestigia cara sequentem
 Tardius excipies ueniam nec tempore multo
 Hic mihi carcer erit proh si prohibemur adire
 Corporeosq; iterum vis est remeare sub artus
 Occidimus. tu parce feneat atq; arbiter equus
 Igne pari flagrans iuuenilibus annue flammis.
 Lerbere si potuit nates rodopeius iram
 Frangere uoce lire. facies nunc coniugis ista
 Quid poteris inspecta tibi. inspectaq; regi
 Tartareo uereor ne nostros captus amores
 Lemptet. et annose redeas proserpina matri
 Somnia sunt que fingis amans et falleris amens.
 Massinissa diu felix si rara fuissent
 Munera fortune. modo sed mestissime. regum.
 Pone modus lachrymis. metaq; ipone querelis.
 Dulce meus decus atq; anime pars altera nostre
 Obzere solamen. longus dolor: inclita coniunx
 Ibis. ad elisas directo tramite ualles
 Et mihi morte tua gemitu lachrymasq; relinques
 Sed sequar. hec miseri superant solatia morbi
 Obtulit subijt. q; sopor. tum fessa parumper
 Membra quies sensim subrepens tarda fefellit.
 Multa sed in somnis questus. celumq; chaosq;
 Fortunamq; feram incusans hominesq; deosq;
 Ecce parum fausto finem positurus amori
 Phebus ab oceano rediens surgebat eoo
 Concrepuere tube. surgit tremefactus et iras
 Suscitatur. ac questu se sepe reuoluit eodem
 Postq; castra uidet fremitu testantia motum
 Et metuit mandata ducis: vimq; affore credit
 Si negat horrendum dictu et miserabile sumit
 Consilium. quid tristis amor dabat. aurea fido
 Pocula dat serue. custodia dira ueneni
 Credita cui fuerat rex hec uindantia summo
 Ac superinfusa cernens spumantia morte
 Uade ait. et misere mea tristia munera perfer
 Regine. scriptosq; deos absolue. fidemq;
 Me promissorum memorem sciat illa secundum
 Impleo sunt superi testes. erat altera longe
 Conditio mihi grata magis: temptataq; frustra
 Est via: siqua foret per quam regina maneret
 Coniugio contenta meo: romanus ab alto
 Dux uetat. hinc nostri: sic dii statuere potestas
 Fortunamq; iubente data est. sibi consulat ergo
 Cogitet unde ruens quo sit prostrata quis illam
 Eritus excipiat viduatam nomine nostri
 Insuper et primi reuerentia quanta mariti
 Quanta patris uirtus. titulisq; et sanguine dignu
 Consilium paret ipsa sibi. quod possumus uam
 Instrumentaq; fuge libertatisq; paramus
 Nec ait. atq; oculos lachrymis auertit onustos
 Auncius accelerans regine ad limina pulsat
 Munera dira ferens. pannis anus obsita et annis
 Profilit. atq; habitus: inspectaq; pocula narrat.
 Substitit attonite similis: similisq; pauenti
 Necremorata diu: positosq; instincta pauore
 Ingrediatu ait. stat terre lumina fixus
 Et peragit commissa tremens. itercepit illa
 Suscipio mandata libens: nec dona recuso
 Regia. si maius nihil est quod mittere dulcis
 Posset amans. certe melius moriebar in ipso
 Funere ni demens nupsissem. numina testor
 Conscia. non aliquid quoniam de coniuge caro
 Sit nisi dulce mihi. sed sidera promptius alta
 Terrenis ut erant uinctis exuta petebam

Hoc refert extremu. et mortis mihi testis adesto
 At nos celicole. et qui maria ampla tenetis
 Quisq; locum mundi medium stigasq; tenebras
 Quas adeo licet ante diem si iusta precandi
 Materia est. prestate pias his questibus aures.
 Audiat. et celum et pelagus: tellusq; profunda.
 En morio: mortisq; magis me causa dolere
 Quam mors ipsa facit: quid enim commertia tangunt
 Nostra duces latios: en quanta superbia genti?
 Non satis est hostem regnis spoliasse paternis
 Libertate animos spoliant. et rite coactis
 Coniugis sanctosq; audent irrumperere amori.
 Ac pactos laniare thoros. victoria postq;
 Fata potest eterna iouis. sint ultima uite
 Tristia: et eximijs sua roma ingrata tropheis
 Exul ut a patria deserto in rure senescat
 Solus. et a fide longe semotus amicis.
 Ne videat sibi dulce aliquid: qui dulcia nobis
 Omnia preripuit. tum chari iniuria fratris
 Exagitet doleatq; suos non equa ferentes.
 Filius extremos inglorius aggrauet annos
 Indigno tandem atq; inopi claudare sepulchro.
 Fratrusq; tibi et patrie moriare relicte.
 Scipio. et infames saxis inscribe querelas
 Tu quoq; finitimo semper quatire tumultu
 Si secum posthac coniunx charissime firmum
 Fedus habes. videas obeuntes funere natos
 Intempestiuo: et sedatos cede nepotes
 Alterna. ueniens illa de gente cruentus
 Rusticus insultet generi per vulnera uestro
 Et trahat ante rudem iunctos per menia currum
 Obruet et ex uobis proprios tua roma triumphos
 Dixerat. ac circum gemitum lachrymasq; uideres
 Astan. etq; fero attonitos intendere finit.
 Illa manu pateramq; tenens et lumina celo
 Attollens. sol alme inquit superiq; ualete
 Massinissa uale. nostri memor. inde malignum
 Leu sitiens haurit non mota fronte uenenum
 Tartareasq; petit violentus spiritus umbras

Argumentum libri sexti.

Ulla magis stigia mirantū obfessa corona
 Umbra fuit quodā. uerit^o tē tristia magn^o
 Scipio pmulcet cunctos: et pectora regis
 Lelius in patriam latia cum classe syphacem
 Conuebit: inde ducis monitu phynecta cohortes
 Circum castra locant. dubij ad tentoria peni
 Terdenos misere viros: qui ficta loquantur
 Scipiade: geminos obfessi ad menia fratres
 Italia reuocant: flens dulcia deserit arua
 Hannibal: ait medio carus perit equore mago.

Incipit liber sextus.

Ulla magis stigos mirantū obfessa corōa
 Umbra lac^o sibi. postq; diuisa trifomis
 Partib^o hab^o eqs stetit igēs machia mūdi
 Obtuitu attonito stabat horretia circum
 Agmina penarum. sparfosq; regentia villo
 Eumenidum tacitis inhiabant rictibus ora
 Regia vis oculis inerat. pallozq; uerendus.
 Et uetus egregia maiestas fronte manebat.
 Indignata tamen superis. irataq; morti.
 Ibat et eriguo desigens lumina flexu
 Iudicis inferni postq; ad pretoria uentum est
 Iniecit sibi seua manum canentia minus
 Ora mouens dixit: sit carcere clausa secundo

Quem fontes habitant anime quib⁹ ultima vite
 Cura fuit neglecta sue: rodomantus acerbo
 Iudicio firmabat idem. iam prendere mestam
 Leperat immanis lictor: tunc maximus alte
 Eacus exclamat. siluerunt turbida late
 Tartara: trans stigiam uox est audita paludem.
 Mortis amor causa est. lucemq; coacta reliquit
 Tertia claustra sibi sunt legibus addita nostris
 Huc eat immerite neq; hec iniuria nostra
 Accedat nunc uoce recens. satis aspera vite
 Mansit apud superos fortuna. et mortis acerbe
 Assensere pari circum clamore fouentes
 Umbrae populis et nigri linentia regni
 Concilia. Haud aliter q; cum sententia captum
 Turpibus addidit laqueis: crucibusq; uel igni
 Mens bona. que non supplicio: sed sorte mouetur
 Infami: trepidatq; tamen generosior at si
 Conditio mortis subito datur. altera frontis
 Effigies. vultusq; alius formatur: et extra
 Pectoris apparet lachrymis noua gaudia fuisse.
 Letior ipsa quidem positaq; decentior ira
 Optatos visura locos: regina modestis
 Passibus ingreditur. iuuenum cui cingit utrunq;
 Turba latus. ueteris repetens quasi somnia vite
 Haud procul a ripa lethei fluminis illa
 Que capit expositos in amenasq; mittit in antra
 Planities obscura iacet. que collibus arsis
 Lingitur. hic latis eterna silentia campis
 Mirteaq; umbriferos uetus ambit silua recessus.
 Ad hic armorum strepitus studius ue frementus
 Cornipedum. non cura canum: pecudumq; bouumq;
 Sed labor et lachryme. et longo suspiria tractu
 Et macies. odiumq; sui pallorq; ruborq;
 Et male suadus amor: scelus ira fidesq; doliq;
 Furtaq; blanditijs immixta. ioculq; dolorq;
 Et risus. breuis et ficto periuria vultu.
 Crebraq; sub raris habitant mendacia ueris
 Illa per angustas fauces ingressa sub ipso
 Limine claustrorum laqueo sua colla prementem
 Lernet yphim. et nimio consumptas biblida luctu
 At procul ingenti latitabat mirra pudore
 Frondibus ora tegens. iterum spoliator anerni
 Ophoeus euridicen frustra reuocare parabat
 Maximus extremo nemorum uagus ibat achilles
 Palidaq; immiti signabat gramina passu
 Aduersa regione paris ceu nota timeret
 Arma hostis. gressu tacito properabat. at illum
 Tristior oenone a tergo lachrymosa uocabat
 Ipse alio tendebat iter. tum regia virgo
 Et mundo matrona nocens. tot causa dolorum
 Turnus et ipse dolens rapta de coniuge campis
 Errabant. mediaq; duos in ualle uideres
 Soliuagus lateri herentes. alternaq; collo
 Brachia tendentes heu felicissima tisce
 Suspirans inquit placuit seruatus auerno
 Dulcis amor tantum nullis inuiderat umbris
 Ausq; adeo chari meminit deserta mariti
 Ne quicq; namq; ille senex moriturus et annis
 Lassandus vite uenturus ad ultima longe est
 Heroumq; greges diuersaq; claustra tenebit.
 Postq; fama fere uolitans prenuincia mortis
 In vulgus effusa ruit tunc vna per omnes
 It pietas: tote lachrymis maduere cohortes.
 Hunc fors regine mouet: hunc iniuria regis
 Qui scelera accumulans: maiori crimine crimen

Diluit. hunc ingens duro constantia leto
 Feminea. et nulli non admiranda virorum.
 Scipio permetuens iuuenis ne forsitan ardens
 Nunc etiam gemini sceleris sibi conscius in se
 Consulat asperius quicq; pro tempore blandis
 Mitigat aloquijs castigatumq; modeste
 Temperat et curis cupit exonerare malignis
 Proxima sic dubij medicus discrimina morbi
 Agnoscens egrum placido sermone moratur
 Ac monet. et proprii immemorem uelit esse pericli
 Altera nox festum curis: uigilemq; sopore
 Reddidit amore. iam lucifer astra premebat
 Candida: iamq; dies pelago ueniebat ab indos
 Jam uolucrum dulces ullo sine fine querele
 Audiri et nocturna silentia rumpere progne.
 Surgit et effusas iussu precone cateruas:
 Congregat. ac medio sublimis ab agmine fatur:
 Romani proceres. felicia castra secuti
 Victores quos hesperie tot pressa per annos
 Terra tulit. quos innumeris nunc africa sentit
 Cladibus extremis iam iam sensura ruinis
 Intentas adhibete aures. et corda precanti
 Prona. duci. me uera quidem: et compta profari
 Testis ab excelso prospectans iuppiter esto
 Gloria tam longi nunq; mihi uana laboris
 Causa nec imperij fuerit damnosa libido
 Sed patrie pregrandis amor. qui nostra uadosis
 Sirtibus. oceanosq; alternat castra frementi
 Hoc duce ripheas nudus transire per alpes
 Non uerear gelidum cum bruma redxerit annu
 Estiui medio armatus nec in ore leonis
 Ethiopum penetrare latus sitientiaq; arua
 Nam mihi uel dubij certa est uictoria martis
 Uel mors leta quidem: patrie mea uita salusq;
 Non mihi debetur. pia debita perdere soluens
 Nil uideo. nunc ista tamen quo tendere pergant
 Expediam breuius: uos me per cuncta secuti
 Aspera. supremo mentes aptate labori
 Finis adest. summusq; decus mihi menia circum
 Lingere propositum. et seue carthaginis urbem
 Aut redit his: cui cuncta vni sua vulnera seruat
 Perfida gens nostre tantum aduersata saluti
 Tum latio interrupta quies nobisq; perennis
 Fama uenit. belli fato querenda supremi
 Aut manet. et victum cunctatio sola fatetur
 Indefensa mihi tellus dabis impia dignum
 Supplicium. et cesos purgabis sanguine ciues
 Cura ne barbaricis pedibus calcanda fuerunt
 Italic. nobis animos tam iusta negabit
 Ultio. quin etiam qd uel meminisse molestum est
 Denia nostre urbis. capitoliq; alta minaci
 Lominus ille fremens uir lumine uiderit vno
 Nos muros spectare suos que causa uetabit
 Non mihi si campis ueniat maro ille secundus
 Penorum armatus stigiaq; reuersus ab vnda
 Quatuor atq; truces quos pauit in arma leones
 Alterno cingant latus ordine pectora contra
 Ferre refo: midem. sic me spectata querites
 Uestra monet uirtus. at nunc pater inclit⁹ umbris
 Occubat infernis natorumq; omnis ad vnum
 Turba redit latus iugulos sic ensis in illos
 Fulminat. iste autem per secula tanta superstes
 Quid nisi serus honos et nostre gloria dextre est
 Sic uixisse diu fuis sibi fuructus honesti
 Hac tandem feriere manu licet aspera iactes

Prælia & aduersa romanos cuspide feros
 Gloria prima tamen mortis tibi cognitus auctor
 Scipio: & in tumuli scribendū hoc marmore nomē
 Nunc agite egregijs animos preparate triūphis
 Ultiores patrie tuq; o decore inclite regum
 Massinissa ingens. quem nec turbata fatigent
 Equora. nec toto descendens iuppiter igne
 Non ferus infesto concurrens numine mauorū
 Accede. & nostris animum sermonibus offer
 Magna tibi hoc bello virtus multusq; decorum
 Est fauor agnosco. nunc urbis munera nostre
 Munera pro meritis fateor: tibi parua sed arram.
 Maiorum mihi crede damus. viden ecce fremētē
 Cornipedem. letum phaleris. auroq; superbum
 Nescit ut esse loco. fulgentes respice currus
 Cetera quin etiam que circumferre triumphis
 Romani statuere duces. ut iaspide crebra
 Læta corona micat rutilo riget integer auro
 En crater quantoq; manum grauis iplicat orbe
 En habitus sacra quo nil conspectius urbe
 Noueris. ipse animis pridem romana quid esset
 Virtus mortales inter te nosse fateris
 Quod nescire potes: nulli tam clara solemus
 Externo prestare viro. tibi nostra sed vni
 Arma: habitum: titulos nomenq; decusq; libenti
 Mente damus. te participem sociumq; licebit
 Esse triumphorum. nobis quos nostra pararit
 Fortuna. in medio sedes tibi certa senatu
 Semper erit nostro. cinis monumenta tenebis
 Omnia romulei. stabilem sociumq; & amicum
 Te salutamus regem. tum ta optime leli
 Hanc auro gemmisq; grauem gestare coronam
 Dignus habe. captosq; trabēs. primiq; syphaces
 Maturabis iter pelago stat. classis aperto
 Et placitum spirante fretum substernitur austro
 At vos o socij certaminis atq; laborum
 Emeritas laudes. & premia digna feretis
 Lum nos laurigero capitolia celsa prementes
 Læta videns curru: cum circumfusa fauentum
 Milia victorum plausum fremitumq; iocosq;
 Maxima septeno spectabit uertice roma:
 Quem mihi fata diem nunq; mentita propinquū
 Promittit. Sic fatus erat. iamq; vndiq; magn⁹
 Consurgens letusq; fremor pulsabat olimpum
 Ante omnes meritas grates expendere certant
 Rex. leliusq; duci spesq; ingens addita regi
 Abstulit antiquas. aliamq; in viscera curam
 Intulit. ut regni posset protendere fines
 Pauperis. hostilesq; suis adiungere terras
 Quod sperare quidem foris illius atq; potentis
 Scipiade promissa dabant. Leu retibus anceps
 Aspiciens uolucrum subito discedere paruam
 Conqueritur. mouet exigui spes perdita lucri
 Maior inopina mox & generosior ales
 Parte poli tensis si forsitan aduolet alis
 Erigitur recipitq; animos. spesq; ampla futuri
 Preteriti meminisse uetat: Sic prima secunde
 Cura parum solido sub pectore cessit amantis
 Victor amoris amorq;: libidine victa libido est
 Proxima nox alia transiit imagine somni
 Non habitus non incessus: non vultus amice
 Ante oculos. non uox iterum exaudita gementis
 At solium. atq; urbes. at fortibus oppida muris
 Fluminaq; & montes lati confinia regni
 Jam rubicunda uagos eo littore currus

Aptabat uentura dies. auroraq; noctis
 Candida pellebat tenebras. cum buccina classem
 Excitat. & uento tenduntur uela secundo
 Littore iam toto stabat romana iuuentus
 Digressu uisura suos hic uerba parenti
 Hic fratri perferre iubet: iubet ille sorori
 Hic socijs: multumq; rogat confusus in altum
 Clamo: it. & uarie resonant per inania uoces
 Lælius in medio conspectus amica salutat
 Equora: tum ducibus commendat carbasa uctis
 Atq; alacres leto respondent murmure naute:
 At metus mediaq; syphax de puppe reflectens
 Lumina. supremum patriam uisura. locosq;
 In quibus altus erat. tacit⁹ lachrymosa mouebat
 Postq; claustra dolor: uocisq; repagula feruens
 Eicit talem diffudit ad astra querelam
 Heu tellus aduersa deis: heu fidere tristi
 Pressa diu tellus. quam nostris attulit aruis
 Femina sidonio fugiens a littore pestem.
 Pectoribus nostris animis quos intulit illa
 Exul. inops mulier. metuens atq; icta recenti
 Uulnere. nepe auidos bellorum: & sanguinis acri
 Lælius ut fuerat regnum tenuisse uetustum
 Et pacem seruasse suam. lato equore gentes
 Discreuit natura duas. aduersaq; fixit
 Littora. nos mortem medijs quesiuimus vndis
 Quid uisum est nostris elemēta irrūpere damnis
 Et uento pelagoq; manus inferre tumentis
 Sat nostro precisa nocens a corpore tellus
 Hispana. & calidis fumans trinacria uenis
 Quid mihi nunc nobisq; fuit sardinia flatu
 Pessima pestifero: melius latuisse marinis
 Eternum potuisset aquis quo signa furentes
 Pertulimus. puduit spatio requiescere tanto
 Hæc mihi non alias sic te pulcherrima cernam
 Africa ne patrij tangent hec lumina colles.
 Lælius ad inuisum ferimur. locus ille sepuchri
 Quis putet: extremis genitum sub finibus orbis
 Itala terra teget. medijs ac uita procellis
 Irrequieta fuit: sic tristes litia parce
 Distribuere mihi. sic dii statuere superni
 Hic tibi qui vires animumq; dedere superbum
 Omnia miscentem. meritas dent soluere penas
 Hannibal. ingentis quoniam mihi causa ruine es
 Et patrie natus misere. tu causa supremi
 Prima mali. patrias uiam iuratus ad aras
 Fulmine flagrasse merito. prob iuppiter ille
 Ille tibi feriendus erat. nam vindice flamma
 Quid iuuat innocuas quercus & saxa ferre
 Heu puer infelix patrie cunctisq; tibiq;
 Tuq; deis inuise parens qui dura tulisti
 Semina bellorum. natis caruisse nephandis
 Quāto erat utilius. genito: sed tristis ad umbras
 Iuisti. tantos uctitus spectare furores.
 Non licuit cupida mundi satiare cruore
 Lumina non gladios. at post celerata propago
 Hunc fudit. seuo in ferias missura parenti.
 Tu certe iam digna luis. sed pessime rerum
 Quas penas mihi nate dabis: qui stagna latulq;
 Qui freta: qui fluios: qui terras sanguine turpas
 Forte ego premoriar. tua nec sinar ultima presens
 Lætere supplitia. at manes penetrare videbo
 Agmine cesorum: & furiarum turbine sceptam.
 At coniunx infida virum que linquere frustra
 Uiteris. & nostris insultas cladibus. imos

Et manes inuita preio. solamq; videre
 Lepotero, et vultus iterum spectare pudendos.
 Littore nam patrio: nisi me mea lumina fallunt
 Immemor ille tui turpissimus errat adulter.
 Dixit et in gremium lachrymantia condidit ora
 Illum non scopuli: non horrifera curus ab antro
 Terruit colio. non monstra uagantia ponto
 Deuotum. mortisq; auidum. gelidumq; cadaver
 Littoribus libicis transuerso turbine reddi
 Optantem tacite: tempestatemq; uocantem
 Inuidus haud aliter tenuis regnator: agelli
 Annua cui messis perijt spes. optat iniquum
 Uer alijs. imbresq; feros. et grandine mixtos
 Arboribus frugibusq; graues incumbere uentos
 Interea scipio curarum parte leuatus
 Larpit iter. tumulumq; habili munimine cingit
 Quem funecta uocant. turrestq; ibi subrigit altas
 Menia precipiti circundans lignea uallo
 Itaq; in conspectu carthaginis ampla repente
 Castra locat late fugientibus arua colonis
 Uastantur. trepidant subita formidine ciues
 Obsessi. solamq; uiam superesse salutis
 Absentem reuocare ducem. clamare fatentur.
 Legatos igitur raptim qui publica fanda
 Fata ferant mittunt. reuocentq; ad prelia tandem
 Ultima. et extremos patrie sub morte dolores
 Ast alij ligurum uallem prooperante iubentur
 Classe uehi: atq; illis magonem auertere terras
 At redeant. patrie summas instare ruinas
 Ille quidem quibus animum grauis ira cruentum
 Angeret. aduerso quoniam tamen aspera marte
 Uulnera passus erat: metuens inimica supremis
 Arma malis. statum patrie parere uocanti
 Interea blandis terrerent qui tempora uerbis
 Terdenos oratores in castra senatu
 Penorum ex omni lectos ac ficta loquentes
 Romano misere duci: quorum vnus ab alto
 Pectore suspirans. lachrymis sic incipit oris.
 Summe ducum: cui cuncta parè per secula nulli
 Mundus habet. p̄ma numerans ab origine retro
 Uisceribus patrijs que publica uulnera seue
 Paucorum fecere manus rabiesq; nocentum
 Aspice placatos tandem: et miserere precamur
 Afflictis. liceat per te sperare salutem.
 Quam ciues rapuere feri: si parcere pulchra est
 Ultio. si imperium nobis anxisse receptis
 Romanum. q̄ tantam urbem extinxisse repulsis
 Utilius. si victores meminisse uetuste
 Prestat amicitie. q̄ uos presentia tantum
 Atq; iras pensare nouas ignoscite uictis
 Parcite supplicibus: rebus succurrite nostris
 Occidimus. prestate manus. hostemq; iacentem
 Erigite. et nostro sic insultate pudori
 Optima uincendi species. q̄n hostis amicus
 Fit meritis. sed pretereo speciosa profari
 Nomen amicitie quoniam fortuna silere
 Nostra iubet. satis est miseros optasse salutem
 Et ueniam petijisse reos. per sacra tonantis
 Per uestros romane deos. ignosce paratis
 Supplicium penamq; pati. non nostra negarim
 Crimina. sed uerum liceat dux sancte fateri
 Te coram nostro uolentis prefuit auctor
 Hannibal errori. nostrasq; cupidine summi
 Imperij pauit furias. et uelle coegit
 Quod sero nunc nolle dolet. ueruz ille necesse est

Ut pereat. scelerumq; ruat cum pondere tandem
 Sic illum sua fata uocant: tu nostra benignus
 Respice. si ciuem crudelem sensimus hostem.
 Tu ciuis pius esse uelis: qui diceris hostis
 Dixit. et ante pedes iacuit victorio. at ille
 Erigit. et uultu respondet pauca scuro
 Non pacis tractator: ego. sed victor: et ultor
 Sum scelerum. libicas memini transmissus in oras
 Quam mihi spem fortuna ferat. victoria q̄ sit
 Prona mihi notum est. s; me tamen ultima uestri
 Fata mouent. animum nequeo posuisse benignus.
 Mundus ut agnoscat sic nos pia bella mouere
 Ut nostro sit pacis amor: sub pectore semper.
 Parcimus indignis. has pacis figite leges
 Mentibus. et seruare fidem condiscite tantis
 Cladibus edocti. superosq; et sancta uereri
 Federa. bis denas non ultra littore naues
 In patrios seruate usus: non bella mouendi
 Jus nobis. populi iniussu. sint prelia nostri
 Arbitrij. uestro tellus hispana subesse
 Desinat imperio: uestris ne quiescat ab armis
 Insula nulla freto quod nos interiacet et uos
 Non procul a libico iuuat sibi libera marte
 Uincula captiuis turpesq; auferte catenas
 Victorum pedibus. stet nobis transfuga nullus
 Nullus in italia penorum exercitus ultra
 Permaneat. uestrosq; duces remeare iubete
 Siquis trium spacio pax consultando dierum
 Quos damus accepta est: legatos mittite romas
 Sanciat hanc populus pacem iubeatq; senatus
 Si minus. ac saltem paucis siluisse diebus
 Tres liceat noctes per me duxisse quietas
 Dixit. ad hec cereris pro tot legionibus addit
 Ingentes cumulos. atq; eris grande tributum
 Illi autem ueluti pacis iam nulla molesta
 Conditio foret. ac fractis spes nulla sub armis
 Omnia suscipiunt leti. populoq; reportant
 Itq; fremens ficto confirmat pectore pacem
 Haud pecus ancipiti perinrus nauita mortem
 Tepestate timens ubi iam spes nulla relicta est
 Uota deis cumulat pelagi: tremulaq; tumentem
 Neptunum ter uoce ciet. tethidisq; marine
 Numen. et iratum compellat nereia ponto
 Dona dabit templis. omnem feret ille laborem.
 Si redeat tranquilla dies portusq; uideri
 Lominus incipiat. sensum mens perfida tuto
 Atq; inconsulti subeant obliuia uoti.
 Sic stimulante metu deludunt tempora peni
 Pollicitis redeat donec ferus hannibal absens
 Illum tunc uario curarum turbine fessum
 Ultimus italie brutiorum in monte tenebat
 Angulus. et ludos fortune et monstra notantem
 Hunc adeunt iussi. fandi q; peritio: vnus
 Sic ait. o libici decus et spes ultima mundi
 O patrie iam sola salus. miserere tuorum
 Quos fera terribili uerat fortuna tumultu
 Prospice pendentem mutata fronte ruinam
 Fatorum.
 Jam tua suppositis arderent menia flammis
 Nil procul absentis prodesset ciuibus ingens
 Fama tui uereorq; miser nedum equore lato
 Huc ferimur patrijs errent incendia tectis
 Namq; sub extremum: subitoseq; minantia casus
 Liquimus. imperio atq; urbi succurre trementi
 Quereuocat: fidumq; sibi trans equora nomen

Innocat ore pio. tu uel te redde precanti
 Uel causam te te nostre fateare ruine
 Jamq; tuis libicis nisi me presagia fallunt
 Littoribus reducem frater super equora classem
 Alligat. at frustra fratrum modo turba paterq;
 Martius ethereas rediens uinctus ad auras
 Auxilium ferat afflictis. non ira deorum
 Tam leuis aut tali: nent stamina pollice dure
 Parcarum nunc nostra manus. tibi credita soli
 Vita salus: decus et miseri sunt omnia regni
 Dixit. et inuicte lachrymans dedit oscula dextre
 Ille perorantem querulo cum murmure semper
 Audierat. frendensq; manus compresserat. et se
 Lo:serat: haud aliter q; carmina noxia serpens
 Et magicum murmur cursumq; uetantia uerba
 Quando audit rauco violentus sibilat ore
 Et sese innodos sinuoso corpore uersat
 Sepe manu frontem percusserat udaq; celo
 Sepe supercilia extulerat. sepe agmina rerum
 Conscia tum multarum oculo conspexerat atro
 Tandem mestus ait. fatum carthaginis olim
 Agnoui. generisq; mei fraternaq; ceruix
 Admonuit: quid fera mihi fortuna parasset
 Nunc tamen ante oculos iam fata nouissima nre
 Urbis et obscenas videoz spectare ruinas
 Neui mihi carthago dulcis carthago: quis et te
 Et me: et tot nostros latia de gente triumphos
 Perdidit. ac tacite multos iam sensimus hostes
 Non reuocare fuit quotiens stipendia mitti
 Est uetitum. bello exhaustas quotiensq; cohortes
 Impleri. ast odium nunc eminent. atq; in aperto
 Res agitur retrahunt. et me parere necesse est
 Parebo inuitus sibi non hinc arroget hostis
 Externus. non me totiens pessundata uincis
 Roma. nec ausonio conspirans robore tellus
 Me ciues vincere mei. latioq; meorum
 Inuida atq; dolus pellunt: non martia uirtus
 Nec modo inhoneste poterit tam maximus ille
 Insultare fuge scipio: q; perfidus hanno
 Consiliumq; secuta suum plebs ceca senatus
 Ille meas inuisus opes. famamq; domumq;
 Uertere non aliter poterat. q; publica nostris
 Damna simul miscens populi me mole ruentis
 Opprimet atq; vna conuoluet cuncta ruina
 Hostis penorum et romani sanguinis ultor
 Talia feruebat rabidus nimioq; dolore
 Insanus. ceu lesus aper cui spumea mento
 Fer riget. et duro horrentes stant tergoz sete
 Italie procul extremo sedet inclita quondam
 Urbs crotho pauper claro cognomine portus
 Matutina videns redeuntis lumine pbebi
 Picturis hic egregijs ditissima templa
 Junonis fuerant graia que nobilis arte
 Sensis adornarat. nimia dederatq; per orbem
 Religione coli nitidas hic quinq; seuerē
 Stabat imago dee nudasq; imitata puellas
 Et forme decerptus honos. quem corpore in ullo
 Se reperire simul: quia desperauerat auctor
 Abstulit a multis speciemq; redegit in vnam
 Hoc instructa fuge iam pridem: atq; abdita portu
 Punica classis erat. quoniam uariantia fata
 Militie tantus fortunarumq; magister
 Uiderat ante diu steteratq; paratus ad omnes
 Euentus. igitur raptis legionibus buc se
 Contulit iratus mundo superisq; sibiq;

Italico nec adhuc mens exaciata cruore
 Seu a viri ad manes suprema piacula mittit
 Neui miseranda acies miserorum et magna viroz
 Quo tua te fortuna tulit formidine postq;
 Frustra animos temptasse videt. si castra cruenta
 Forte sequi. et pfugas uellent conscendere classem
 Seuus in humana confestim excaudit ira
 Longeuamq; seuum tenera iuuenumq; cathera
 Tale nihil ueritam. nudas fragilemq; et inermem
 Que pellente metu. tutis successerat aris
 Obruncat. calido complentur sanguine templa.
 Et fremitu tectum omne sonat sic ille prophanus
 Lommaculatq; sacros postes iurandaq; penis
 Junonis simulacra sue vultusq; deorum
 Terrificos. gemitu ingenti domus ampla remugit
 Nec sacra contentus dijs persoluisse marinis
 Dux ferus et celi contemptor maximus alti
 Conscendit puppim victor. funemq; cruentum
 Soluit. et italie flens dulcia deserit arua
 Quaz tacitus lachrymansq; retro multiq; diuz
 Prospiciens pelago ex alto quatiensq; minantis
 More caput. frontemq; plicis maioribus implea
 Murmure terribili sit tandem turbidus inquit
 Italia italia: et rerum caput aspera roma
 Que nam uos nostris facilis fortuna repente
 Faucibus eripuit. tu quisquis es ille deorum
 Maxime et in nostros nimis importune labores
 Quid mihi parta diu momento temporis auferis.
 Iuppiter ausonij defensor per fide mundi
 Quis tibi nostra dedit tot clara decora sub vno
 Uertere posse die. cur non cannestia mecum
 Prelia temptabas. si tanta libido nocendi est
 Uenisses utinam medijs tunc obuius armis
 Armassetq; suo se fulmine dextra tonanti
 Mulciber ethnea calibem fornace recoctum
 Luspide densasses in vulnere nostra trifurca
 Hinc succincta ioui clipeum sua nata dedisset
 Palladiasq; pater texisset gorgone pectus
 Atq; utrunq; latus stipassent uana deorum
 Anmina: totisisses medio mars paluere currum
 Mortibus ipse grauez uacuasses pbebe pharetra
 Monstrificusq; gerens aduersa per agmina robur
 Alcides genitorem aruis tutasset in illis
 Uicisset fortuna deos ibi nostra: iouemq;
 O mihi care comes: consultor fide bomilcar
 Cannensi cur sancta die tua iussa reliqui
 Cur mihi non armis durato uterq; labores
 Tantum animi fuerit: q; tum iuuenilibus annis
 Scipiade fuit indomito. qui morte sub ipsa
 Audeat italie nostros inuadere muros
 Victor ego extimui victas irumpere portas
 Quid uetuit romam raptim petisse cruento
 Agmine: quis pactam potuit mihi tollere cenam
 Iuppiter ipse dolis. non vi. qui nostra futuri
 Pectora ceca tulit. q; si tunc ista remota
 Tempora fatorum licuisset cernere nube.
 Non quicquid celo: et pelago: terreq; deorum est
 Non genus omne boium nostros auertere cursus
 Hinc poterat. spes nostra quidem et fiducia tanta
 Murus roma fuit tibi nunc discrimine in illo
 Nil acies. nil arma tibi. nil menia uel arr
 Sed nostre ualere more prob sanguine quanto
 Undassent maria. et thirreni littoris estus
 Quot tibus rutilo trufisses gurgite in altum
 Lo:pora. quot curtus. quot nobilis arma senatus

Aurea quot flammis ultricibus obruta tecta
 Spectassem vulgusq; vna sub strage cadentis
 Milia quot. specula longe metuendus ab alta
 Quas voces. quos accetus: que murmura plebis
 Auribus audissem lirici mihi carminis iuster
 Nec tamen armorum. cepti nec penitet. urbis
 Menia consperi armatus: latebrisq; coegi
 Tot claros latitare duces. iam nempe notare
 Fulminibus nimbisq; tuam tunc iuppiter iram
 Si mens sana foret. poteram quid mixta colore
 Flumina sanguineo referam tempusq; sub vnum
 Licinumq; uadis tepidum. trebiamq; rubentem
 Montibus aduersis genitos. tractusq; viarum
 Coniunctos testes nostrarum in secula rerum
 Quos padus adriacū descendens traxit in equos
 Quid transfumeni memorem sub gurgite lascas
 Sanguine pinguescunt italo. satis ampla relatu
 Bessimus. ausonij annalibus hannibal ingens
 Nomen erit. latijs nunq; deletibile fastis
 Hannibal exiguo restabat summa labore
 Fama. sed inuidit patrie dux maximus hanno
 Inuidere dei fontes. Sic tristis abibat
 Hannibal. et quarto linquebat littora iustro
 Italie possessa gemens: nec tristior vnq;
 Uel patriam quisq;: uel dulces liquit amicos
 Quis patriam petit ille suam. sibi nempe videri
 Exul ab hostili iussus regione reuerti
 Melior has inter curas. serasq; querelas
 Subtrahitur sensim terris iamq; equore currus
 Phebus anbelantes rediens condebat hiberno
 Inde vie spacium: noxq; addita littoris omnem
 Abstulit aspectum. tum dux concussa quieti
 Membra dedit dubie. certaq; obuersus ad arthō
 Classis agens curas et sidera nota magister
 Sollicitat nautas: quibus est custodia puppis
 Magnetis ferriq; vias spectare sequacis
 Et simul infomnem studio traducere noctem
 Littora classifragis linquunt famosa procellis
 Atq; altum tenuisse iunat. tum lintea prosper
 Fert aquilo et flatu pellit distenta secundo
 Uix dum pulchra dies pelago surgebat. et astra
 Undiq; vicinum fugiebant languida solem.
 Lum dextra italice transmisso pollice plante
 Hic ubi rauca uetant iterum concurrere colles
 Equora disiectos. procul exaudita pauorem
 Scilla rapax nautis. atq; irrequieta caribdis
 Incurit ancipitem. sed conscia turba pericli
 Leua secant maria. et phebi flectuntur ad ortus.
 Jam prope conspicitur fumosi uerticis ethna
 Sulphureis innixa uadis olimq; ciclopum
 Terra ferax. ac nūc trucibus domus apta tyrānis
 Jam siracusanus famoso littore portus
 Apparet. sulcantq; fretum. quo bella gerentes
 Tam longe a patria furijis urgentibus olim
 Argolice periere rates: dux ipse coactus
 Menia prospectans casum testata recentem
 Marcelli meminisse sui. cui victa triumphum
 Illa dedere prius. diro q; proditus astu
 Oppeteret. surgunt longe conuexa pachimij
 Que dum pulsa legit uentis et remige classis
 Solq; diesq; ruunt. uerum sic fata iubebant
 Nocte secant: fluctus medios ac littora linquunt
 Trinacrie pelagiq; via breuiore feruntur
 Lenta per ambiguam fulgebat cinthia noctem
 Et cecis radiabat aquis. dux peruigil alta

Puppe sedens medius casus uenturaq; uersat
 Prelia et euentus dubios finemq; latentem
 Talia uolentem de circumstantibus vnus
 Compellat. si digna peto dux maxime nobis
 Exoptate diu. que stet sententia rerum
 Nunc animo tibi nosse uelim. ne sperne precātem
 Legatus tibi sum patria transmissus ab ipsa
 Atq; urbis pars vna tue. te fessa tuumq;
 Expectat reditum. nunquid cum littora tanges
 Punica confestim patulo conflagere campo
 Atq; manum conferre uoles: an menia primum
 Intrabis patrie. spes erecturus in arma
 An alia fortasse via meliora tuenti
 Consilia apparent. quem nostro fata labori
 Impositura modum reris. quem ue affore finem
 Ille autem quis certa deus sub turbine tanto
 Consilia expediat. quis det meliora tenere
 Ibimus in patriam. quoniam sic imperat hanno
 Forsitan et dulces muros prius ipse subibo
 Quis fatum temptare uelim. viresq; meorum
 Spesq; animosq; prius: vultusq; habitusq; videbo
 Sin autem medijs iuuenis romanus in aruis
 Occurrat. pugnare mihi sententia fixa est
 Atq; omnem potius successum sponte subire
 Quem deus et fortuna dabunt. hic turbidus ille
 Conticuit. senior: iuxta cui flectere clauum
 Ars erat. annosam tollens ad sidera frontem
 Mor freta lara tuens. ueniam te iuppiter inquit
 Neptunumq; patres: atq; omnia numina supplex
 Deprecor. infandas libie prohibete ruinas
 Atq; omen prohibete malū. mihi multa videre
 Vita dedit longos huc continuata per annos
 Nunc tremor inuadit mentem timidūq; senectus
 Efficit. heu quanto stetimus discrimine contra
 Hostiles acies. tunc cum romana pauentem
 Castra pererrabāt libiam. et carthaginis ample
 Menia pulsabant. tum dux erat optimus illis
 Regulus. eximio cui sic fortuna fauore
 Blanda videbatur. nihil ut sperare liceret
 Afflictis. quantum tandem dat bagrada facti
 Testis adhuc quantum frustra serpentis amice
 Sensimus auxilium. latijs namq; illa sagittis
 Obruitur transfixa fera et sub grandine multa
 Telorum compressa perit. vix iugera campi
 Quatuor excipiunt: immani mole iacentem.
 Uix tandem tot victa malis fortuna remoto
 Opportuna quidem non dignis mittit ab orbe
 Auxilia ipsa duces fida lacedemone mittit
 Grecia. magnificos video: mihi cernere vultus
 Xantippi: moresq; graues: librataq; nerba
 Te quotiens hannibal video: quotiensq; loquentē
 Audio. tu vix dum in lucem tunc editus infans
 Sed quid cuncta sequor victores vincere nobis
 Contigit arte ducis sola romanaq; castra
 Romanaq; acies. romanaq; signa ducemq;
 Fudimus. et nostras subiit dux ipse cathenas.
 Mei mihi quid referam. quid me meminisse coegit
 Hannibal hoc pelagus: nāq; hic nisi noctis opace
 Indicijs fallor. xantippum seu sub vndis
 Et reditum in patriam mentita: et perfida classis
 Demersit. video: corpus spectare natantis
 Equore tam uasto: et vix brachia fessa mouentis
 Dij que monstra boni. que mens ingrata nocentis
 Quid uolere sibi. solum qui causa salutis
 Huius fuerat. tali vnanimis absumere morte

Remigis implebam partes. illumque cadentem
 Et vidi et dolui. et presagia tristia finxi
 Ipse mihi uereor summum narrare dolorem
 Qui sequitur. sed digna fuit vindicta deorum
 Hac equidem paucos post annos forte tenebat
 Impia classis iter nec longe a finibus istis
 Incidit in classem latiam. nempe ipse tremendam
 Prostrorum stragem. totoque incendia ponto
 Et uolitare trabes: et mixta cadauera uiuis
 Corporibus. circūque atro freta tincta cruore
 Et victas puppes: remosque: et sparsa per undas
 Carbasa. naufragium horrendū fractosque rudētes
 Uulnera crebra nimis mortalesque et in equore luctū
 Confusum. tristisque sonos: trepidumque tumultum
 Prælia tartareis: heredoque simillima vidi
 Dij mihi non aliter faueant. nisi semper ab undis
 Donec feda fuit strages fera bella cientem
 Xantippum releuare oculos atque ora videbam.
 Subdentemque faces ratibus. flamasque per equos
 Fundentem. et celo gladios. ac tela pluentem
 Nec prius ex oculis abiit quam classis in omne
 Dissiluit pelagus siculi quod littoris imum
 Sardinieque latus medijs determinat undis
 Libertas equidem xantippo vindice nobis
 Tunc perijt. tandemque precor: trux ira quiescat
 Molliat ille animos. vni satis ultio tanta
 Una sit offense sed nunc antiqua recordor:
 Nam locus admonuit. scelus et vindicta quæ isto
 Contigit in pelago. Sic questus uertitur inde:
 Ad leuam. medioque retro procul equore malta
 Ante se ad dextram lilibeia littora feruent
 Occultantque sinu phrygijs monumenta sepulchri
 Sic longam alterno noctem sermone leuabant
 Et veterum memores iam tunc uentura timebant.
 Anxia tum tenui succumbunt pectora somno
 Et nouus eoo consurgens eurus ab axe
 Linthea complebat facili crepitantia pulsu
 Lelius hec inter perducto rege reuertens
 Accelerabat iter. namque illum cara trahabant
 Iussa ducis. profugusque hostis. multumque timebat
 Ne sine se fortasse dies foret ultima belli
 Expectata sibi semper. cum fama repente
 Incidit hostiles pacem ueniamque precantes
 Offere legatos. agitur reuocante senatu
 Lelius ipse domum repetit. sic dulcia care
 Limina cum peteret iuuenis male sanus amice
 Si pater aut genitrix retrabant. uestigia flectit
 Lenta dolens. pactamque timens amittere noctem
 Fuluius expositos baiano in littore romam
 Perduxit. comitem quem dederat ipse profectis
 Scipio. sed muros uetitis intrare uetusto
 Concilium de more datur. stat proxima portis
 Bellone sacra domus. quo tota senatus
 Turba uerenda coit. simul et quos miserat hostis
 Conueniunt. his multa palam quia falsa citatis
 Asseruere deis ira grauiore: senatus
 Accendere animos. pacemque et fedus amicum
 Poscentes meruere odium violata negare
 Publica picta quidem. causamque inferre malorum
 Hannibali cunctosque alios absoluere culpa
 Caput ad hec uarium murmur. tū concitus vnus
 Ex patribus. quoniam pacem petiistis autam
 Dicite ait fuerint que federa pacis
 Omnibus etatis clipeus fuit. illa uetusta.
 Si iuuenes. neque tot retro meminisse per annos

Punica sic patuit fraus: et frustrantia tempus
 Verba parum latuere patres excedere templo
 Iusti abeunt. In tres scissa est sententia partes.
 Principibus queque uisa suis. quarum una reuerſis
 Consulibus. nam forte aberant. que summa patris
 Responsi seruabat onus. dignumque mouebat
 Maiestate deus latia. liuiusque morandi
 Auctor erat reditus. at contra intacta metellus
 Federa romano fuerat qui causa petendi
 Luncta referre duci. nosse quique omnia solus.
 Illa sed asperior sententia uisa leuini
 Optima. que muris pellendos censuit hostes
 Exploratores.
 Si sine pace retro redeunt sine federe raptim
 Et sine responso. custodia littus ad usque
 Mittitur ausonie ne quoque flectere cursum
 Ne fraudis moliri aliquid per punica possint
 Ingenia. atque artes nati exercere paternas
 Fuluius ipse etiam leliusque in castra iubentur
 Nec patrie mandata duci non lenta referre
 Pergat qua cepit. primordiaque alta sequatur
 Fortunamque deosque suos: ne pacis in umbra
 Destituat. ceptum ue sinat lentescere bellum
 Fecerat interea pacis spes blanda sequestre
 Ut terris securus iter pelagumque viator
 Larperet. intrepidique errarent equore nante
 Hac spe igitur romana ingens a littore classis
 Arma ferens. homines uacuisque cibaria castris
 Soluerat. et gemino sulcabat cerula cursu.
 Namque alias calaris puppes aquilone secundo
 Flatibus aduersis alias lilibeis onustas
 Miserat. has pelago tempestas corripit alto
 Dispergitque uagas scopulisque allidit et undis
 Pars pelago submersa perit pars littus iniquum
 Uicta petit. securi hominum metuensque procelle
 Omnia tunc poterat celso de uertice birse
 Lernere fidefragus: et promptum ad piuria vulgus
 Ergo oritur subitus per menia lata tumultus
 Inque forum coeunt. pauci quibus esset honesti
 Cura fidesque opibus potior. potiorque rapinis
 Pactorum et totiens uoti precibusque petite
 Pacis ab italia vulgus meminisse iubebant
 Est odijs alij cecaque cupidine prede
 Flagrantes raptim arma fremunt: interque tumultum
 Ut solet multis melior sententia uicta est.
 Conscendunt auidi naues. gisgonius illis
 Masdrubal eligitur sceleris dux isque repente
 Egreditur portu sparsasque per equora puppes
 Desertasque fuga nautarum inuadit: at ille
 Fluctibus hinc illinc inopini fraudibus hostis
 Vincuntur facile. paucas maris abstulit estus
 Demersitque alias. plures rapuere nephandi
 Predones. medias octauis ipse procellas
 Dux secuit classis. terdenis puppibus. ac se
 Remige defesso sub tuto condidit antro
 Montis apollinei uento iactatus et estus.
 Scipio tam feda concussus imagine fraudis
 Quamque animos fortuna dabat. virtusque laborum
 Contemptrix noctam iustis tamen ille querelis
 Tres oratores oneratos mittit in urbem
 Impetus hos vulgi ferus excipit atraque circum
 Tempestas lapidum exoritur. fremit impia turba
 Intemptaque manus: et ni reuerentia summi
 Forte magistratus interuenisset: in illo
 Jura die humani generis calcata fuissent:

Cede truci. trepidi tandem per iurgia ⁊ hostes
 Præsidij fulti exiguis ad littora pauci
 Uix penetrant. repetuntq; ratem. iam tuta uideri
 Puppis ab incurſu poterat: iam castra fuorum
 Lernebant. subito cum tres a littore naues
 Erumpunt ex infidijs. non partibus equis
 Pugna oritur castris littus romana relictis
 Agmina in extremum coeunt. clamore uel armis
 Succursura suis: ac quis succursus in armis
 Unde uetabat iter. sed enim conspecta fuorum
 Signa dabant animos. tandem romana sagittis
 Missilibus uacuata ratio. conuersa maligne
 Subtrahitur pugne uersis ad littora remis
 Ac nisu ualido terris allisa fatiscit
 Ipsa quidem. sed uectores tellure petita
 Exposuit. cursus ⁊ spem frustrata sequentum
 Sic lupus iuueno procul a custodibus agno
 Irruit ⁊ dentes acuit. rabiemq; famemq;
 Si fuga tunc trepidum rapiat de faucibus hostes
 Insequitur: mordetq; animis. ⁊ deuorat auras
 Donec ad ignotas caulas ⁊ ouilia uentum est
 Tum retrahit cursum. terret locus ipse. canumq;
 Larratus. uiridique sedens super aggere pastor:
 Talia dum peni peragunt: non leta ferentes
 Romulea reuehit legatos missus ab urbe
 Lelius. ⁊ pauidos latijs succedere castris
 Imperat. agnouit scipio. nec terna sub vno
 Tempore flagitia aut triplex iniuria mitem
 Excussere animum. legatos namq; benigne
 Alloquitur. q; q; primum sint federa uobis
 Et superius despecta fides. iusq; omne qd usq; est.
 Non tamen a nobis modo premia digna feretis
 Perfidie. ueniet fraudesq; vindicet omnes
 Una dies. nil indignum seu moribus in nos
 Ipse meis faciam: seu maiestate meorum
 Nec uestram sequar ipse fidem discedite tuti
 Mitius armatos inter sub tempore belli
 Romanos habitis q; nos sub pacis amictu
 Uos inter.
 Uiribus ipse animisque ingens in tempore bellum
 Feruidus instaurat. libie status ipse pauentis
 Tunc erat. Italia sed iam dux iussus uterq;
 Lasserat. ⁊ uaria quis regione profectas
 Equoris ⁊ patrie fraternas tempore eodem
 Aduentare acies passim iam fama ferebat
 Jamq; mago ianue soluens a littore classem
 Alite non fausta pelago se faucibus alto
 Crediderat: patriam periturus tramite recto
 Si fortuna sinat sensim turgescere colles
 Ledriferi. nulliq; cedens hijs saltibus ora
 Incipiunt. rareq; uident per littora palme.
 Hinc delphinus adest luco contactus aprico
 Obice qui montis uolentos protinus austros
 Reicit. immotaq; silens statione quiescit.
 Parte alia. sinuosa patent conuersa siestri.
 Hinc solis uineta oculo lustrata benigno
 Et bacho dilecta nimis. montemq; rubentem
 Et iuga prospectant cornelia palmitate late
 Inclita mellifluis: quibus haud collesq; phalernos
 Laudatamq; licet meroen cessisse pudebit.
 Tunc seu pigra situ. nulli seu nota poete
 Illa fuit tellus iacuit sine carmine sacro
 Hoc mihi nunc cantanda loco: sulcantibus equos
 Insula iam ueneriq; placens a littore portus
 Exoritur. contraq; sedet fortissimus erix

Ausonius sicule retinens cognomina ripe
 Collibus hijs ipsam perhibent habitare minernā:
 Spernentemq; patrias olei dulcedine athenas.
 Exoritur coruicq; caput: tumefactaq; circum
 Dissiliunt maria. ⁊ saxis fremit vnda uadofis:
 Cognitus in medio nautis dorsoq; nigranti
 Arduus assurgit scopulus cui proxima rupes
 Candidior: late phebo feriente refulget.
 Post in secessu curuo maris ostia macre
 Lerneuntur rapidi stantisq; palatia lune
 Labitur ⁊ placidis frangens mare fluctibus arn⁹
 Hunc supra ⁊ ripas tenet urbs pulcherrima pise.
 Hanc oculis digitisq; notant: propiusq; pateſcunt
 Etruricq; latus. spatioq; breuissima gorzon.
 Siluacq; nobilio: rigidisq; capraria saxis:
 Insula tum niveo prædiues marmore retro
 Linq;itur ad leuam gilium. uicinaq; contra.
 Stant iuga: de gemino nomen sortita metallo:
 Plumbeus hic uertex: illa est argentea rupes.
 Nec procul herculei deuero monte recessus.
 Et thelamonis opus nautisq; infectior equo
 Paruus aquis proprijs uolenti gurgitis umbro.
 Dextra sed a tergo uentosi frondea tractus
 Corsica restabat. iamq; hinc sardinia longe
 Labificos aperit colles. hinc aurea roma
 Hincq; procelloso tibridis stant littore fauces
 Hic postq; medio iuuenis stetit equore penus
 Uulneris increſcens dolor. ⁊ uicinia dure
 Mortis agens stimulis ardentibus urget anhelſi
 Ille uidens propius supremi temporis horam
 Incipit. Heu qualis fortune terminus alte est.
 Q; letis mens ceca bonis: furo: ecce potentum
 Precipiti gaudere loco: status ille procellis
 Subiacet innumeris: ⁊ finis ad alta leuatis
 Est ruere: heu tremulum magnorū culmē honoz:
 Spesq; hominum fallax: ⁊ inanis gloria fictis
 Illita blanditijs: heu uita incerta labori
 Dedita perpetuo: semperq; heu certa: nec vnq;
 Sat mortis præuisa dies: heu sortis inique
 Hatus homo in terris: animalia cuncta quiescūt.
 Irrequietus homo: perq; omnes anxius annos
 Ad mortem festinat iter: mors optima rerum?
 Tu retegis sola errores: ⁊ somnia uite
 Discutis exacte: uideo nunc quanta parauit
 Illa miser incassum: subij quot sponte labores
 Quos licuit transire mihi: moriturus ad astra
 Scādē querit homo: sed mors docet oia quo sint
 Nostra loco: latio quid profuit arma potenti.
 Quid tectis inferre faces: quid federa mundi
 Turbare: atq; urbes tristi miscere tumultu?
 Aurea marmoreis quid ue alta palatia muris
 Erexisse iuuat: postq; sic sidera leuo
 In pelago periturus eram: charissime frater
 Quanta paras animis: heu fati ignarus acerbi
 Ignarusq; mei: dixit: tum liber in auras
 Spūs egreditur: spatijs num altior equis
 Despiceret romam: simul ⁊ carthaginis urbem.
 Ante diem felix abiens: ne summa uideret
 Excidia: ⁊ clari quod restat dedecus armis.
 Fraternosq; suosq; simul: patrieq; dolores.
 Argumentum libri septimi.
 Esci⁹ extincti iuuenis ferus hānibal oras
 Ingredit pūas. latias penetrare cohortes
 Clā iubet. ide uicis mōitū p castra iubent
 Exploratores: ⁊ nostras ire phalanges.

Congressus uepetit stupidus dux maximus illuz
 Alloquitur.tantis superis celebratur in oris
 Colloquium rebus sed pugna nouissima partes:
 Eragitat geminas.oritusq; miserrima penis
 Hora uiris.acies ut uiderat ipse labantes
 Hannibal egreditur victus latebrasq; petiuit.

Incipit liber septimus.

Esci^o extincti iuuenis ser^o hānibal instās
 Bellū aio. z uarios agitās s̄ pectori cāus
 Fraternal spabat opē. iāq; affore classē
 Illius.ac dulces cupide sibi fingē vultus
 Fingere colloquia z latijs quid passus in aruis.
 Audire. z proprios fratri narrare labores
 Inq; sibi infestos ulcisci in tempore ciues
 Hānonem ante alios.acies dum mente frequēter
 Instruit.atq; equitum circumdat cornua semper
 Germanum armauit primaq; in fronte locauit
 Spes quoq; nōnunq; mens immoderata uetustā
 Retulit imperij.carō tunc grandia fratri
 Italiq; dedit partem.regemq; uocauit
 Atq; superuacuis ignarus pectora ueri
 Implicuit curis: volucris uelut anxia nido
 Pabula dum cumulet memori torquetur amore
 Assiduoq; fremit studio: z suspenditur aliis
 Cum tamen interea generis spem forte malignus
 Abstulerit natos atq; incunabula pastor.
 Non procul hannibalis distabat cursus ab afro
 Littore cum iussus raptim uastigia mali
 Rarita conscendit quam classis prenderet oram.
 Uisurus.summoq; sedens in uertice ligni
 Dirupta respondit spectamus sara sepulchri
 Nunc recto impellens fert uentus tramite proram
 Tristior angurio.clauum rege carbasa uolue
 Flecte uiam.cursumq; alio melioribus inquit
 Auspitijs detorque meum.tum iussa magistrī
 Expediunt.ac uersa uadis ad proxima leptis
 Littora sollicito peruenit remige classis
 Qui status interea romanis esset in oris
 Qui ne foret libicis.que spes.qui terror utriq;
 Uolueret alterno fluitantes turbine mentes
 Dictu difficile est.quotiens ingentia duri
 Hannibalis monumenta animis confectaq; bella
 Obuersabantur.tunc spes romana cadebat
 Uicta retro.ac quotiens clari occurrebat imago
 Scipiade.florens q; uiri z spectata iuuentus
 Ac uirtus infracta malis spes pulchra redibat
 Tunc italis.terrorq; iterum transibat ad hostes
 Et q; latijs depulsum sinibus acrem
 Hannibalem fratremq; oculis respública letis
 Lerneret.ast alia urgebat precordia cura
 Segnities suspecta ducuz.quibus omne senatus
 Mandarat studium.ne quo molimine possent
 In libiam transire hostes.neu terra uel equoz
 Securum prestaret iter.discrimine nullo
 Nunc ambos abiisse simul.nempe vna pericli
 Conditio.sed campus erat discriminis alter.
 Collectisq; domi penorum uiribus ingens
 Casus z excidium metuendum instabat z hora
 Ultima romani imperij.Leu corpus in omne
 Si longeva fuit scabies.abiensq; repente
 Deserat extremamq; cutem partesq; patentes
 Gaudia corripunt animum.si forsitan eger
 Sentiat abstrusum introfus turgescere pectus
 Norescit peiora timend̄.pestemq; priorem

Optat. z in regnum cordis dolet esse coactas
 Sic metus extinctus minime. licet hoste remoto
 Uerum alio translatus idem grauiusq; periculum
 Uisceribus superesse mouet.magnumq; timendi
 Calcar erat fabij presens quasi semper imago
 Cui longe presaga viro sapiensq; futuri
 Mens fuerat:certoz uelut prudentia uati
 Ille quidem vulgo solitus predicere semper
 Siquando patriam peteret ferus hannibal urbi
 Tunc ueros instare metus: z flebile tempus
 Non ibi ductores pauidos.regesq; fugaces
 Uenturos acie aduersa.non lecta per agros
 Agmina pastorum proprie.uerum arma tremēdū
 Laturum hannibalem.cuius numerare triūphos
 Expleat annales.plures qui truserit orcho
 Romuleo ex populo uidue q; liquerit urbi
 Ast utrunq; latus circum belloq; geluq;
 Duratas:longaq; fame uallare cohortes.
 Quin etiā multos quib^o ars celeberrima passim ē
 Romanos ingulare duces.quoruz agmina vndis
 Scipiade occurrent gladijs.nil nominis illic
 Maestas ualitura duci.nil forma genusq;
 Fabula nil ortus.nil colloquiumq; deorum
 Dixerat hoc fabius.quoniāq; id morte sub ipsa
 Uaticinatus erat ueluti suprema minantis
 Dicta patris memori nunc iactabantur in urbe.
 Terrebantq; animos.at enī iam parta per agros
 Tot uocis optata quies.vultusq; serenus
 Ausonie.letam merito persoluerē plebem
 Uota iubent superis.per quinq; altaria flammis
 Incaluere dies.totidemq; onerata coronis
 Limina cuncta deum:uiridiq; comantia lauro
 Hannibal alepti trepidis rumoribus actus
 Ad samnam celebrat iter:iamq; omnia late
 Scipio uastabat.facibus iam rura uel armis
 Ditis romanis ardebant.ultima secum
 Prelia dum pensat penus:subitosq; ueretur
 Congressus.certos.statuit premittere contra
 Qui referant:qua sint hostes regione locorum
 Quisue agitēt.quo sulca situ:quo ne ordie castra
 Consistant.tulit hos leno fortuna profectos
 Tramite.castrorum incautos custodia captos
 Pertraxit ducis ante pedes.tunc ille tribunus.
 Imperat ut circūductis per singula monstrent
 Castrorum armorumq; genus:vultusq; uirorum
 Atq; equitū peditūq; habit^o:numerūq; manusq;
 Paretur.sic intrepidi tentoria passim
 Circuerant:omnem abstulerat dux ipse pauorem.
 Mirantur morem indomitum.legesq; seueras
 Militie.durasq; manus.atq; apta labori
 Corpora.non glacie.nec vi frangenda nec estu.
 Atq; cicatrices aduerso corpore crebras
 Ingentesq; acres oculos.testantiaq; altos
 Ora animos. z uerba tonis resonantia miris
 Postq; cuncta uiris sunt explorata reuersos
 Scipio subridens placide:vultuq; sereno
 Alloquitur.firmatq; animos.satis omnia nūquid
 Fuistis per castra uiri.nostrosq; paratus.
 Siquid adhuc superest securi cuncta uidete
 Et uestro narrate duci.sic ille benigne
 Hortatus.dubios hominem ne deū ue loquentes
 Audissent.stupidosq; incerta mente reliquit
 Inde uiris sumptus prestatur opimus:equisq;
 Concessi:comitesq; uie.qui tuta locorum
 Ostendant.nutuq; tegant.ne forte per agros

Sparfa manu iustam oblato putet hoste rapinā.
 Talia dum latius peragit dux. forsitan illo
 Massinisa die peditumq; equitumq; catervae
 Ingentes. alacri ueniunt in castra fauore:
 Omnibus ex visis nil tam perterruit asprum
 Hannibalem: q; clara hostis fiducia magnas
 Spes animo uoluentis enim. nec bella pauentis
 Attamen extremas quoniam iam fata ruinas
 Urgebant aderatq; dies. qui nubila sortis
 Pelleret ambiguae. statuit temptare loquendo
 Ante ducis mentem aduersi. si flectere possit
 Consilio pacisq; nouos infundere amores
 Siue ille egregia morum dulcedine tactus
 Seu uentura pauens: seu iam longeuia laborum
 Ledia pertesus. seu fraudem inuoluere uerbis
 Insidiasq; parans: solitasq; recurrere ad artes.
 Nuncius hec propter premissus pergit ad hostes
 Colloquium petit: nihil aduersatus: et ambo
 Castra mouent ex composito: multiq; propinquis
 Confedere locis facilis congressus ubi illos
 Jungeret eriguis urbs nargara menib⁹ inde est.
 Haud procul. hunc scipio raptim munimine collē
 Occupat: hec sedes tutis aptissima castris
 Dulcis aque fontes illuc et pabula passim
 Opportuna uiris et equis. uix milibus alter
 Quatuor aduersis ductor: distantia castris
 Ardua communit scatebris ubi nulla benignis
 Limpha caput tollit camposq; irrorat in herbos
 Ne ue diu mora tuta foret sitis ipsa uetebat.
 In medio tumulus legitur conspectus utriusq;
 Detectusq; situ nequid inter frondea claustra
 Antraq; siluarum fraudisq; doliq; lateret
 Marcellus terrebat enim. et collega peremptus
 Hinc illinc armate acies: huc gressibus equis
 Agmine quadrato ueniunt paribusq; remote
 Subsistunt spacijs. at dux progressus uterq;
 Cornipede excelso: positus concorditer armis
 Pone suos quēq; est testisq; comesq; secutus
 Unicus interpres. tumulo sic cominus ambo
 Conueniunt. summi siquidem regumq; ducumq;
 Quos aut prima tulit celi quocunq; sub arc
 Aut etas latura sequens. Leu bella gigantes
 Si renouent indigna deis. stentq; agmine contra
 Fulmine deposito procedat iuppiter ingens
 Mercuriusq; comes. tum pars aduersa tipheum
 Mitrat. et hinc comitē se turpis homūculus addat
 At longe armati spectent commertia fratres
 Terrigene. tum parte alia furor ipse deorum
 Conticeat promat phebuis teneatq; sagittas
 Horrificamq; minax quatiat procul egida pallas
 Terra tremat. vibrent ignes et fulguret ether
 Mortibus haud alijs: alijsq; horrore uidentum
 Conuenere pares. sileant mibicuncta priorum
 Nomina non alias nullo consistere campo
 Maiores fortuna duos uidisse negabit
 Alter ad alterius conspectum hesere vicissim
 Immoti. tum multa alto sub corde mouentes
 Dum stupor attonitos habuit siluere parumper.
 Scipio fulminei cernens horrentia circum
 Hora ducis. vultusq; truces. hic iuppiter ille est
 Quis ab armatis legionibus ora timentur
 Italiae terror. morus carthaginis atq;
 Desperie domitor. qui gallica rura peragrans
 Fregit inaccessas alpes: callemq; niuosum
 Natura luctante dedit. tot nostra cecidit

Agmina totq; duces. totiens qui lumine nostro
 Sanguine sedauit. campo poiuitq; patienti
 Atq; acie iusta magnum superare parentem
 Neq; simul iuuenem pauide qui limina rome
 Non ferro nostriq; metu. sed numine certo
 Presentiq; deum. nimbisq; fauentibus urbi
 Liquit et erubeo nostram debere salutem
 Non animis: non virtuti: non fortibus armis
 Sed tempestatis tm auxiliariibus vndis.
 Talia uoluebat scipio. Contra hannibal hic est
 Hic cuius tenera iam nunc etate remotos
 Fama polos penetrat. cuius dant credula sumis
 Secula numinibus virtus quia suggerit ortus
 Sanguine qui patrio madidum contingere capus
 Non timuit. cladesq; suas tam fortiter ultus
 Insequitur victos. et nos post prelia tanta
 Hispana tellure fugat. nostrosq; labores
 Irritat. iste abutum cunctis meditantibus vnus
 Consilium uertit. cunctisq; trementibus idem
 Constitit immotus. nullus sua rura tueri
 Audebat. nostras eni iste insultat in arces
 Hic regem cui nostra ingens innixa manebat
 Spes prius alloquio flexit. mox fregit aperta
 Perdomnitq; acie. victumq; in vincla coegit
 De quoq; deiecit prius hic q; viderit. et nunc
 Expulit italia. quid multa. uel iste profecto
 Est mihi uel nullus toto metuendus in orbe
 Que dum cuncta pares oculi trepidantis in ictu
 Uoluisent animis. incepra silentia rumpens
 Hannibal hec primus. si me mea fata maligno
 Sidere damnabant. ut post tot bella peracta
 Totq; acies cesas campis. tot milia fusa
 Solus ego pacem a nobis petiturus inermis
 Fortuna uariante vices: supplexq; uenirem
 Gratulor ex cunctis quibus hoc dec⁹ illa parabat
 Te potius mihi sorte datum quia nobilis ingens
 Solamen mihi victor erit: minimumq; pudebit
 Sub tanto cecidisse viro: tibi gloria porro
 Ultima non fuerit. nisi mens mea conscia fallit
 Hannibalem cui de uobis tot larga triumphos
 Fata dabant. cui tot campis atq; agmine fracti
 Romani cessere duces. tibi cedere soli
 Non acie non vi solo sed nomine victum
 Ludibrium quoq; fortune que bella parenti
 Leptra tuo mecum nato claudenda referuat
 Indigner: stupeam ne magis: namq; ille per arma
 Dux acer: plenus victor fortissimus annis
 Ille mihi cessit iuueni. victusq; latinis
 Finibus est. contra tu nunc iuuenilibus annis
 In propria me nempe domo sine vulnere vinctus
 Tempore iam belloq; ducem. victricia signa
 Duratosq; animos durataq; membra gerentem
 Lura quidem fateor: fuerat pulcherrima pacis
 Bentibus indomitis: nec enim trinacria nobis
 Non fera sardinie tellus. non tractus hiberus.
 Premia magna satis pro tot iam classibus aut tot
 Sunt exercitibus: pro tanto sanguine fuso
 Lulpari transacta tamen. licet usq; loquendo
 Mutari uentum est. transuerso calle furentes
 Traxit auaritie rabies. aliena petebam
 Urgeor: in proprijs spes immoderata fefellit
 Atq; animus paris impatiens sic blanda pariper
 Fortuna: in magnis alio furit improba vultu.
 Casibus hec varijs nisi me quoq; fallere dulce est
 Jam satis edocuit: non sat sibi tradere tutum

Hinc ratione meos moderantem certius actus
 Lepit pacis amor. tua sed feruentior etas
 Et fortuna diu felix exteret utrunq;
 Consilio aduersum pacis. studijsq; quietis
 Namq; ego commemini medio feruore iuente
 Qualis apud trebiam fuerim permittite profari:
 Qualis apud cannas. talem te suspicor esse
 Nempe virens etas: et famosissima clari
 Te vindicta patris. te tot felicia bella
 Africe et hesperie. et nunq; mentita secundos
 Successus fortuna leuat. satis omnia noui
 Preterea expertus totiens. scio quanta libido est
 Vincendi. q̄tumq; decus. victoria quando
 Certa foret fateor rerum est dulcissima. sed nunc
 Quis deus hanc uobis qui non et fallere possit
 Pollicitus mihi crede aderunt nisi sistimus iras
 Corpora: ferrum: animi: vultusq; manusq; virorū
 Agmine ab aduerso. simul hic quē cernis inermē
 Alter erit pectusq; aliud fronsq; altera longe
 Nec sonus hic uocis. nec pacis inertia uerba
 Ergo animos assumme nouos. neu nomina pacis
 Uile sonēt. pulchra est inquis victoria sed spes
 Anxia vincendi: par est pulcherrima rerum
 Nec tibi certa patet. nisi respicis. omnia uersa
 Et quotiens animos presentia prospera tollunt
 Ante acres intende oculos. circumq; retroq;
 Nec quid leta ferat tantū fortuna: tulit ue
 Sed quid ferre potest animo metire sagaci
 Nil facies recte. nisi cum spes uenerit illinc
 Hinc metus occurrat. tibi sin victoria forsan
 Lasserit. et quantū est proprijs quod laudib; addis
 Victor: es et uincis: uirq; vnum mille triumphis
 Addicis. at si forte diu comitata repente
 Destituant te fata. ruis pereuntq; labores
 Innumerī. spesq; ampla simul consultor et hostis
 Unus adest. odium fileat res firmet utrinq;
 Utile consilium et si nulla pericula terrent
 At retrahat saltem studium te nominis alti
 Altius ire nequit. nunc conseruare labora.
 Magnus enim labor est magne custodia fame.
 Uis ne tot egregios actus: et tempore tanto
 Questitum decus: vnus committere casus
 Arbitrio. vis ne vna. dies tot subruat annos.
 Fortunam frenare suam: finemq; secundis
 Ponere consilium est. nec parua accessio magne
 Fortune est tenuisse modum. si frena relaxas
 Auferet in preceps. possem te multa monere
 Namq; exemplorum magna est mihi copia quat;
 Uir fuerat cyrus. tamen is dum sine fine ullo
 Credulus insequitur fortunam. turpiter alto
 Excidit e solio. cumulus fuit ille pudori
 Feminea cecidisse manu. felicia pirrus.
 Arma tulit. quanta potuit cum laude reuerti
 In regnum. uobis etiam mansisset amicus
 Ut reor. illa animi tanta dulcedine. tali
 Dignus amicitia. sed dum nec frena tenere
 Nec cursum cobibere potest. collapsus ad ima
 Corruit. hic medio si permansisset abunde
 Sparserat epiro celebrem per secula famam.
 Na quotiens italo rex formidatus in orbe
 Trinacrie diadema tulit. mox cognitus ortho
 Sceptra etiā macedum arripuit. sed sistere nusq;
 Dum ualet ille uiris inuictus gloria vulgi
 Feminei. argolico ruit ingens uictima saxo
 Sed quia nostra magis fortasse exēpla mouebūt

Hac ipsa in patria regulum fortuna supremis
 Equarat ouibus. sed dum conscendere ad astra
 Nititur. in tergum iacuit resupinus acerbo
 Fine decus partum claudens aliena renarro
 Neq; libens taceo. fato iactatus utroq;
 Quid sim. quid fuerim cernis vix notius usq;
 Inuenis exemplum. fortuna uolubilis in quo
 Luserit ulla magis. tutum est discedere sensim
 Illius e gremio. nimium nec fidere blandis
 Uin tu illi prestare fidem: que uoluerē nunq;
 Desinit instabilem uiolento turbine rotam
 Que non ceca modo est. sed cecos efficit illos
 Quos complexa sinu est nunq; ue attollit et implet
 Muneribus falsis. nisi quos de culmine summo
 Uertere precipiti fuerit meditata ruina.
 At fuerit suspecta tibi iam federe fracto
 Punica forte fides. sed tu desiste ueneri
 Tempus pacis adest. et uos nisi falsa relatu
 Audiui. pactum fedus spreuistis auorum
 Tempore. quod minime dignis auctorib; ictum
 Esse videretur. nos si fortuna maligne
 Strarit humi. reris forsan cecidisse decoris
 Omne simul studium. non sic nos numina leuo
 Sidere prospiciunt. fateor non omnibus eque
 Publica fata uelim et patrios committere casus
 Hunc autem de pace agitur tractantibus illis
 Quorum primus bonos pacis belliq; futurus
 Et labor et requies. equidem quia bella mouendi
 Auctor eram donec metuerunt fata tetendi
 Ut faustus foret euentus sic federa certe
 Consilia firmate meo: pacemq; tuebor
 Que nobis inhonesta quide; sed uelle necesse est
 At uobis speciosa uenit. sic dicere q̄q;
 Victorum pacis leges: penamq; iubere
 Tu tamen hanc patiare reos imponere multam
 Ore uelim proprio. nostris erroribus equam
 Hesperie tractus: atq; arua nouissima mundi
 Eolieq; triceps regio et sardinia: et omnis
 Insula tyrreno aut libico perfusa profundo
 Uestra sit. hinc alia ex alijs conquirete regna
 Ite per extremos axes. atq; inuia ferro
 Pandite fulmineo. reges calcate superbos.
 Uestra sub occasu uictoria signa ferantur
 In boream. et solis tandem uoluant ad ortus
 Nos autem libicis arctati finibus inde
 Uos dominos reru; longinquaq; cuncta regētes
 Imperia. et multum terraq; mariq; eremendos
 Lernamus. superis postq; fatoq; potenti
 Est placitum. tantum ille graui sermone profatus
 Subtrixit. contra scipio cui talia reddit
 Certus eram quecūq; mihi promissa fuissent
 Aduentu turbanda tuo. nec federa penos
 Ius ue hominum uel sacra deum seruare paratos
 Ai cogente metu. prius hic grauis astra uolatu
 Scādet equus. prius hic solidus per inania collis
 Ascendet. celumq; cano subsidet auerno
 Q; uobis sit amica fides. sed iusta deorum
 Ultio persequitur fontes. stirpemq; prophanam
 Uerberat. et claudo q̄q; pede iussa fugaces
 Preuenit interdum scelerum spectato: ab alto
 Perfidięq; deus q̄q; tibi fabula uana est
 Hannibal esse deum. quotiens rubicunda cruenta
 Littora pulsarunt absorptis classibus vnde
 Uiscera bellantum pelago quot sparsa natarunt
 Quot truce aut latere afflictū sup equora puppes

Quot tabo videntes estu iactante carine
 Quot clipei. 7 tetro stillantes sanguine postes
 Credis adhuc non esse deum. sic pectore proisus
 Egatis abrasit non multum annosa ueritas
 His prius aduersum nos arma nephanda tulistis
 Nosq; lacestisti semper. socijsq; fauentes
 Id meritis contra stetimus certare coacti
 Nos pietas quondam siculis succurrere iussit
 Nunc autem hispanis. in quos tua maxima q̄tus
 Seuitia exarsit dolo: est meminisse pudor:q;
 Sera nimis miseris quoniam romana fuerunt
 Auxilia atq; ingens infamia nostra saguntum est
 At deus: ille deus quem uos contemnitis equas
 Exegit penas meritis belliq; prioris
 Exitus ille fuit quem uos sensistis: 7 idem
 Huius erit: nisi iusta deum vindicta fatigat.
 Si qua tamen medio tulimus. que multa fatemur
 Uulnera. premisit forsitan rectissimus ultor:
 Exercens: purgansq; pios. sed puiska relinquo
 Si tibi cura monet: ne par tua ciuibus obsit
 Et mihi perfidie ne premia forte reportent
 Est animus. quid enim. nū uos 7 federa 7 omnes
 Spem pacis violasse palas est. nūc federa rursus
 Et pacem. indignos quos prima iniuria fecit
 Conditione pari petitis leniore secundam.
 Nec pudet. 7 quantum sese fortuna reuoluat
 Lasibus admoneor: q̄ sit uia lubrica magne
 Fortune. iubeor reges meminisse ducesq;
 Quos mutata gradu subito deiecit ab alto.
 Exemplisq; premor. scio q; mortalia nobis
 Corpora sunt. animi eterni. scio multa sepultis
 Supplicia. 7 longos scelerum superesse dolores.
 Hic famam restare bonis. eternaq; celo
 Premia. uis ne aliud docilem uir docte monere
 Lasibus expositum scio me: teq; armipotentem
 Egregiumq; ducem fateor desiste minari
 Scimus 7 hinc maior nostris speratur ab armis
 Gloria. nec regnum fortune ignoro iocantis
 Rebus in humanis. at nulla potentia summo
 Est equanda deo. solet hic pia bella fouentes
 Auxilio firmare suo. ac ne forte moremur
 Hunc totum per uerba dicim. si federa nobis
 Prima placent. ratibusq; recens iniuria nostris
 Legatisq; illata aliqua purgatur. habetis
 Quod petitis. neu polliciti puter inscius: ingens
 Munus habes pacem. quonā fortuna reuersa est
 Uestra uides. si dum latio tua fama tonabat
 Tempestate graui bellorum: mitior hostis
 Optasse eadem precibus tunc forte superbum
 Non prestare fuit. nunc cum prope victus 7 omni
 Pulsus ab italia. metuensq; 7 uelle subactus
 Pacem ores. poterat recta cum fronte negari
 Et tamen ut mundus uideat non aspera nobis
 Deiecisse animos: non tollere prospera bella
 Fortuna ue pares habitus consistere in omni.
 Posteritasq; notet: non uos dulcedine prede
 Prelia non odijs. sed pacis amore mouere
 Pax dabitur fuerit nobis si pura uoluntas.
 Sed quid uana refers. hac est hispania dextra
 Si nescis. multoq; mihi iam parta cruore
 Cetera nostra uides. stulta est iactantia dantis
 Quod retinere nequit. de nostro munera fingis
 Proinde aliud paci: pactisq; prioribus ultro
 Adice. siquid habes. q; si nimis illa uidentur
 Importuna animis. gladios atq; arma parate

Indociles tollerare thogam pacemq; perosi
 Dixerat. 7 tremula tellurem percutit hasta
 Huius dictis retro redeunt: ceu cornua postq;
 Obnixi tenuere diu grauibusq; tumentes
 Impleuere animos odijs. visuq; maligno
 Digressu tacito referunt uestigia tauri
 Ut grauius toto coeant cum pondere rursus.
 Mugituq; sero compleant nemus omne fremetes
 Circumstant: reduceq; acuunt in bella iuente
 Quemq; sue: Talis ducibus redeuntibus ore
 Spiritus. 7 talis tumido sub pectore feruor
 Postq; ad uicinas ambo rediere cohortes
 Arma animosq;. parent in bella nouissima tandem
 Edicunt. alacri celam tonat omne tumultu
 Tum uero urgentes stimulos uirtutis 7 estus.
 Irarumq; faces: graui terq; minantia uerba
 Flammantemq; oculos ardentiaq; ora uideres
 Haud aliter q; cum stipulis immittere flammam
 Forte ex composito late distantibus aruis
 Discedunt gemini agricolae. dispersus in agros
 Horridus alternos: nunc hic: nunc cernitur illic
 Et trepitante sono subitus micat ignis utriusq;
 Ut uero castra est reditum: clamore fauenti
 Qualis apum strepitus regem circumstat ouantē
 Pro se quisq; ducem excipitur. cupidum:q; tuēdi
 Funditur inquirens certatim singula vulgus.
 Unus in amborum castris discurrere sermo
 Fatalem uenisse diem. nec premia belli
 Qualia preteritis soleant sperare periculis
 Nec penas instare pares. uictoribus orbem
 Terrarum. imperiumq; sequens per cuncta parere
 Secula. tum uictis extremos affore casus.
 Semianimis q; uicta metu. propior:q; cadenti
 Carthago. nondum icta tremat fatoq; premente
 Amplius immensam nequeat differre ruinam
 Romanis non esse fuge. non collis amici
 Presidius. obstrusosq; habit⁹ maris equore circū
 Alarum celiq; fugam restare patentis.
 Hinc igitur quoniam terror: spesq; excitat illinc
 Imperiumq; ducum uario permixta fragore
 Castra modis reboant miris. hic corrigit hastam
 Ille acuit gladios. agiles probat ille sagittas.
 Induit hic galeam capiti: cristasq; trementes
 Excolit. hic blando permulcens murmure fortem
 Frenat equum phalerisq; tegit. studet ille recur⁹
 Ferratos aptare pedes unguemq; cauatum
 Uerberat: ac crebris tinnitibus inde fauillas
 Elicit. hic pictum clipeum textamq; catheris
 Loricam eriguis tenuisq; rigentia ferri
 Legmina circum humeros: 7 fortia pectora ducit
 Implicat hic ocreas femori: tibiasq; pedesq;
 Armata. 7 aurata presulget imagine poples
 Hic mihi pierides: quoniam maiora pusillis
 Uiribus aggredior: si uos ab origine semper
 Dilexi coluiq; libens. si rite uocaui
 Hic prebete animos. totoq; elicone fauete
 Quia castalie sitiens conuera per erro
 Urget amor. fameq; trahit spes blanda decore
 Lux ea terribili hinc illinc consumpta paratu
 Lasserat 7 uerso radiabant sidera celo
 Indita magnificis opibus cultuq; uerendo
 Ethereas matrona uicens perlabitur auras
 Stat capiti diadema sacro turrisq; frontis
 Effigies. sceptrumq; manu. sed sparsa capillos
 Et trepido festina gradu. cui feruida contra

Multa minax mulier. mediogq; perustior are
 Ac succincta sinus. pauloq; annosior ibat.
 Illa quoq; sceptrum. ⁊ regni violenta gerebat
 Signa. deos. hominesq; omnes regemq; deorum
 Aspernata animis. ambe simul alta tenebant
 Quaq; rubens martis metuendi luminis astrum
 Scorpio: chelarum amplexu caudaq; tegebat
 Utraq; celestes pariter tempusq; sub vnum est
 Introgressa fores. illas mirantur euntes
 Celicole rapidus tenuerunt sidera cursus.
 Ut summo solio coram stetit altera raptim
 Incipit. En quantum facinus iunonia longum
 Hospita. ⁊ eternum fato statuente futura
 Tempus ab italia. nec tot sua vulnera profunt
 Nec quod siqua fides gladijs letale putari
 Lannarum memoranda dies. o fata deorum
 Dura bonis liceat iustas inferre querelas
 Et celo non ficta loqui. natura benigne.
 Necum egit fateor. superi inuidistis acerbi
 Equoris immensi pulcherrima littora clemens
 Illa mihi circum dederat. portusq; decorem
 Addiderat: celiq; aderat clementia blandi
 Et uespertino ueniens ab are fauoni
 Dulcior afflatus sepheriq; tepentior aura
 Littoris aduersi frigus glatiale videbam
 Et posterga graues exurere cuncta calores
 Ipsa meo contenta situ. medijsq; fruebar
 Leta bonis poterat terre celestis imago
 Uera nisi fallor spectantibus illa videri
 Adde tot illustres natos martisq; secundi
 Tot titulos: tot gesta ducis. famamq; sonoram
 Non tibi mars illum fratrem fateare pudendum
 Hunc quo fata virum rapuerunt inuida furtim
 Tempore vulgatum est. quantus tot ille paratus
 Orsus erat. nomenq; meum quo ferre putabat
 Infelix quanto flagrans genitricis amore.
 Mitte alios. naz magna mihi numerosaq; turba est
 Quanta mihi nuper qualisq; nouissima proles.
 Contigerat. fateor superi mordaxq; fatenti
 Inuidia absistat. non ullum regia pascit
 Maiorem generosa iouis. quis feruor in ullo
 Par fuit ex quo prometheus subdurit ab astris
 Particulam: ceciq; infudit pectoris antro
 Accenditq; homines. quanta est constantia meti
 Insita. q̄ preceps per cuncta pericula fertur
 Credite corporeo nisi mentem carcere clausam
 Sarcina membrorum premeret: foret ille deorum
 Ex numero solioq; altus radiante sederet
 Nomine non opus est. ubi soli conuenit vni
 Quod loqueris. factisq; satis iā cognitus orbi est
 Hannibal. ante suos perdent errantia calles
 Sidera ⁊ ethiopes niuibus grauis obruet estas
 Ripheumq; gelu borea tepefacta loquenti
 Soluet byems. q̄ feta viro perduxerit illi
 Terra parem. nec fallit amor. sed uera fatebor
 Parcite celicole. uereor: ne tristis alumno
 Inuidia: ⁊ cecus noceat fauor. aspice terras
 Iuppiter italie. viden interstrata colonis
 Arua suis. viden indigena uariata cruore
 Flumina ⁊ ignotis multum distantia terris
 Busta ducum potuit latum effudisse per orbem
 Hannibal ista meus potuit distungere mortes
 Et saxis arctare uagis. uerum obutus illi
 Nunc deus est aliquis: quis enim mortalia cōtra
 Arma ferat. puer aduerso uenit agmine nobis

En pudor o superi. sed nec puer ille. nec omnia
 Terreat ausonie tellus. non illa superbo
 Quam tacitam hic modo meditatē grādia vultu
 Aduersamq; meis fatis. hanc scilicet ipsam
 Et formidatum mundo puerumq; patremq;
 Una acie quondam collatis vicinus armis.
 Nos nec adhuc tanto melior fortuna fauore
 Leperat amplecti. nunc tot firmata triumphis
 Quid metuam: nisi forte deos. succurrite fame
 Atq; arcete nephas. moriar nisi clauditur illo
 Nescio quid puero quid me iubet usq; timere
 Dixerat: at contra vultu ueneranda modesto
 Altera procedit paulum. manibusq; coronam
 Abicit. ac sceptrum pedibusq; affusa tonantis
 Sic ait. o magni suprema potentia mundi
 Si tua roma potest: lachrymis perfundere sacros
 Lepatiente pedes. precibus inflectere iustis
 O superumq; hominumq; sator rerumq; creator
 Optime parce tuis. ser opez. ⁊ moderare labores
 Aspice placatos tandem: ⁊ miserere precamur.
 Quanta per hesperius rapidis urgetibus austris
 Flamma latus: nimboq; nocens vndante procella
 Senierit. mundo notam est ⁊ notius astris.
 Nec mihi quod misere insultans nunc illa virago
 Obicit inficior. candantes ossibus agros
 Italie. terrisq; ducum dispersa sepulchra.
 Et quicquid miser armorum fert impetus orbi
 Sustinui. solioq; pater tu passus ab alto es
 Crimina sic meruisse reor: mea. respice tandem
 Mitius afflictos. ⁊ si mea crimina nondum
 Sunt purgata fatis. tua fulmine dextra corusco
 Hoc caput inuisum ⁊ tarpeias uerberet arces
 Hannibalem auertat. iamq; auertisse videris
 Et grates actura tibi pro munere tanto
 Aduenio. timui fateor furiasq; dolosq;
 Imphandi ducis ⁊ laqueos simulataq; bella
 Ille etenim sacra quem genitrix celotenus effert
 Atq; ipsis insana deis. tot laudibus equat
 Fraudibus insidijsq; magis confidere in armis
 Q̄ virtute solet: possem sibi multa meorum
 Funera natorum. dolor impedit. heu heu quanta
 Seuitia est summumq; nephas. quib⁹ illa superbit
 Sic tales cecidisse duces. sed tempus aperte
 Nunc virtutis adest. iuuenem nisi fata virentem
 Quem puerum uocat ipsa odijs immitib⁹ urget
 Quod tu summe parens prohibe ⁊ pmitte parēti
 Id modo sollicite. cesset fraus arma ferantur
 Iusta acie liceat plano confligere campo
 Uel nati me fallit amor uel mira videbis
 Prelia. ⁊ infames equantia vulnera cannas.
 Diuinos noui ipsa animos humanaq; subter
 Omnia cernentes. non q̄ mihi fabula mundi
 Persuadeat. natum esse deum. licet improba fādo
 Excitet inuidiam. diuino temptet honore
 Predones. licet ipsa suos celebrare deisq;
 Adnumeret. mihi sufficiat decore ille virorum
 Scipio magnanimus. similem cui nulla tulerunt
 Tempora nulla ferent. non hec me uera negabo
 Credere nempe animos diuinā accendere mētes
 Illius. ac nullum sine numine posse benigno
 Egregium reor esse virum. non astra morabor
 Amplius. aut nato faueas. aut partibus equis
 Stra medius. fraudemq; ueta. si cesserit illa
 Vincimus haud dubie sed enim iunonia iactat
 Hospitia. ⁊ superos hac sperat uoce mouere

Fallitur. insanit: stet semper nube sub ista
 Uel simili stabit equidem mihi pulchra tonantis
 Tarpeio stat colle domus. cui ibura precesq;
 Defecimus. sed rite utinam. pia sacra docere
 Tu potes et facies. nisi primo in limine celi
 Fatorum uox intransentem exaudita fefellit.
 Ergo age supplicibus pateant pia pectora uerbis
 Lese parens: hominum spes summa et sola bonorum
 Audieram imperium terre pelagique supremum
 Et circumfuso quicquid quocumque sub axe
 Clauditur oceano. latio de sanguine natis
 Promitti. sed quid nisi tu tam grandia prestat
 Nunc autem non regna peto sit tuta merentum
 Libertas. liciat sitientem sanguine hostem
 A iugulis arcere meis. si digna rogaris.
 Si mihi non parcis. populis ignosce nepotum.
 Quos noua religio faciet tibi forsitan amicos.
 Finierat. stringensq; pedes atq; oscula rursus
 Ingeminans. lachrymis herebat. et ore madenti.
 Subrisit vultu tacito stillantis olimpi
 Rector. ad alterius tactus presagia seculi
 Tandem uerba parat tremuit conterritus ether
 Lonticuere poli. siluit tellusq; chaosq;
 Nullo unquam ingenio patuit mortalibus inquit
 Quid pareret uentura dies. sic nostra premuntur
 Consilia. archano sic iussa silentia celo.
 Et tibi que patrem memoras audisse futuri
 Intra siderium potuit contingere limen.
 Exterius sonuisse nequid. nisi forsitan ardens
 Spiritus huc aliquis flammis purgatus et unda
 Uenerit. hinc tenui quedam penetrantia rima
 Erumpunt. multa quoniam pietate coactus
 Uim patior. uerum quo longius omnia uoluam
 Pauca mihi e cunctis que iam sub sole geruntur
 Pauca placent. quoniam terris incognita uirtus
 Huc refugit. totiens de uobis quæsta: quod inter
 Milia tanta hominum sibi uix contingat amicum
 Inuenisse aliquem. me purpura uestra mouebit
 Forsitan an aurum præfulgens ceruice celi
 Hoc spacium. gemmis forsitan contingat eois
 Hinc oriente alio: et circumradientibus astris
 Delector. meq; ipse magis. comitumq; choreis
 Corpora qui placeant oculis mortalia nostris
 Aut fragiles artus: aut forma fugatio: umbris
 Omnia sunt eterna mihi splendorq; decorq;
 Diuitie stabiles masuraq; gloria regni.
 Ac ne cuncta sequar: uirtus mihi clara placere
 Sola potest. animiq; habitus. quam dicere sedes
 Ipse meam nunquam erubui: sed rara per orbem
 Hospitia inuenio. nunc uestra addiscite fata
 Est labor: hinc illinc per secula multa paratus
 Mutuaq; alternas tenuabunt funera gentes
 Quem fortuna premat. cui stet uictoria parti
 Non est nosse prius: nisi quod cui conscia mens est
 Iustitie: nostrumq; licet hanc sperare fauorem.
 Ast alium timuisse par est: ab origine rerum
 Præmia digna pijs atq; aspera multa malignis
 Edixi. sed enim uobis nunc maxima cura est
 Natorum. ueniet tempus quando utraq; tristi
 Exilio patiare tuum senescere longe
 A patria. nec busta petes non gloria tanta
 Non decus: aut pietas: aut fortia facta mouebunt
 Amborum. nimium mortalia corda uolunt
 Ambitio. spem non sobolem mihi credite amatis
 Largior in uerbis solito sum: maxima namq;

Res agitur. merito sermonis et indiga tanti
 Imperium. mundiq; caput. maiore cauendum
 Uoce aliud superest. dociles auertite mentes.
 Est mihi propositum quoniam caligantia mundo
 Lumina sunt propius uestris accedere terris
 Et pondus uerusq; hominum: mortalia membra
 Sponte subire mea. uestrisq; leuare dolores
 Quantus amor. morteq; etiam tolerare pudenda.
 Ingrate. dureq; animi conuiuia quæquæ
 Munera sint uobis. tamen hec felicio: illa est
 Fauorit hoc equidem cui nunc uictoria campo
 Hanc penes imperium simul et mea maxima sedes
 Semper erit sic fixa etenim sententia sanxit
 Neue diu dilata nimis spes uestra putetur
 Luncta prius cuncti mortales ista uidebunt
 Quæ decies latum saturnus cinxerit orbem
 Limite retrogrado. placida sic uirgine captus
 Jam rapio: sacri sic mulcent ubera lactis.
 Talia narratem cuncti gaudentibus alijs
 Felicole umbrabant. atq; agmina nuncia pacis
 Attonite auditis: non uno tramite matres
 Spe uaria incerte redeunt. iam littus eorum
 Sanguinolenta dies casus uisura supremos
 Lustrabat radijs. iam classica crebra sonabant
 Et matutinum per castra frementia murmur
 Consurgunt hinc inde duces nec tanta sub astris
 Ulla fuit romana dies. per secula cuncta
 Nec fuit in campis ullis ductoribus equis
 Aut paribus certatum odijs. aut artibus aut vi
 Nec metus in presens tantus sed milia multa
 Annorum ante oculos aderant. quæcumq; dedisset
 Hac acie fortuna gradum. patriamq; domumq;
 Et stirpem. et genus. et seros sperare nepotes.
 Scipio distinctam campis inducit apertis
 Ordinibus miris aciem dextrumq; gubernat
 Massimissa latus numidis instructus. et illum
 Hispanus sublimat equus. tristataq; signat
 Cassis. et aduerso sinuatur purpura uento.
 Lelius. at leuam moderatur in agmine cornu
 Quem sequitur latius equitatus ductus ab oris
 Hunc apulus sonipes: rapidum propiorq; uolanti
 Fert circum. rigidosq; effulgent pectora ferro
 In medio romana fremit prædura inuentus.
 Eminent hijs alte imperitans legionibus ingens
 Scipio. iamq; auro. iam ferro: clarus et ostro
 Clarior est animis. et spe clarissimus ampla
 Obscuratq; alios. Surgentia lumina phebri
 Ferre uelut comites nequeunt. hinc lucifer almus
 Inter hebes radios. illinc cyllenus ore
 Pallidus ambigu: nam cetera sidera circum
 Non expectato fugerunt omnia sole
 Excitat ipse altos animos: atq; omnia firmat
 Per medias uolitans acies. nitidissq; tremendum
 Fulmen inest oculis: quod uerberet ora tuentum
 Signiferis instare suis. equitumq; phalanges
 Mortari. trepidos uerbis solidare. pauentes
 Erigere ac dubios. hos obtestatur at illos
 Orat. et in medium pulcherrima facta recenset
 Uel sua uel generis nomenq; inculcat auorum
 Hos laudat. blandis castigat uocibus illos
 Obiurgatq; moras. et amico uerberere inbertes
 Instigat. docet ille decus docet ultima belli
 Præmia. quæ prope sint. discriminis atq; pudoris
 Admonet. hijs stimulis animos impellit et urget
 Omnibus ille locis festinat adesse. nec ullum

Perdere supremi momentus temporis ardet.
 Postq̄ cuncta satis circum prouisa. suisq̄
 Presidijs firmata videt. dux maximus acri
 Lo: nipe de excelsus niueo. si iuppiter inquit
 Hunc animum qui nostra mouet precordia cunctis
 Hunc nobis notum esse uelit. dubitasse pudebit
 Quis finis seu que nostros fortuna paratus
 Exciperet. nullis oculis sol clarioz vnq̄
 Apparuit. mihi q̄ victoria cernitur ingens
 Uicimus agnosco: trepidantis turbida vulgi
 Murmura. z ambiguos motus: aciesq̄ labātes
 Uicimus. hic animos cerno. statq̄ horrida cedes
 Ante oculos taboq̄ tumens. z sanguine torrens
 Et cumuli ingentes patriis tellure iacentum
 Ipsum ego iam video iactatis turpiter armis
 Excessisse ducem video latebrasq̄ petentem
 Atq̄ utinam hesternis patuissent cominus aures
 Lunctorum alloquio. licuisset noscere aperte
 Degenerem fractumq̄ animus. non iste p̄fecto est
 Hannibal ille prior: nisi nomen territet ipsum
 Immo ille est eqdē. sed enim dux callidus arma
 Nota tremit. sentitq̄ alijs tractāda lacertis
 Consilioq̄ noui ducis imperioq̄ moueri
 Non sibi cannarum consul temerarius ibit
 Obuius hoc campo. nec quem pugnare uetabat
 Omnia clara deum manifestaq̄ signa futuri
 Si mens sana foret. neq̄ nunc sempronius alter
 Presidet hijs castris. mecum non puluis z estus
 Solq̄ oculis infestus eum uentusq̄ iuuabunt
 Non nebula insidias cannisq̄ palustribus idem
 Obstruet. aut aciem victam to: pore niuali
 Obruēt. z calido perfundet corpus oliuo.
 Hic mecum gladio pectus temptabit acuto.
 Ense latus rigido. ualidamq̄ incumbet in hastam
 Hoc metuit. pacem quotiens petiere pauore
 Et quotiens rupere dolio. si temnimus illos
 Nos odisse decet. nos nunc ad talia bella
 Felices igitur dextras. atq̄ arma mouete.
 Primus in inuisos ego iam nunc infero: hostes
 Inde fuga z terror: sic dii promittitis omnes
 Sic mens saga boni. strictiq̄ auidissima ferri
 Dexterā. z indomiti generosus pectoris ardor.
 At uobis tanto calcata hyspania cursu.
 Et nostruz iuuenile decus: tot regia bella.
 Rurāq̄ perpetuis: ardentia punica flammis
 Occurrant. etas. actus. iam plena viriles
 Incipit a nobis. uerosq̄ optare triumphos.
 Jam mihi bellorum stimulus radixq̄ malorum
 Hannibal. z tanti debetur gloria cepti
 Quocunq̄ ingressis pelagus dii signa dederunt
 Quando egathis petiere patres: ac plura fauetes
 Ostendunt. equidem tempus mihi perdere semp
 Displicuit. tum precipue. cum regna geruntur
 Terror: ab eo. certa est victoria. pergite mecum
 Nil moro: z reditus felix. qui uisere gessit
 Et patriam: z natos: z amice coniugis ora
 Hac iter est romam. victori talia certo
 Non pugnatio similis postq̄ ille profatus
 Subticet hortanti leto simul agmina vultu
 Unanimesq̄ alacri respondent uoce caterue.
 Haud aliter q̄ si capitolia celsa tenentem
 Luribus in niueis solito clamore sequantur
 Hannibal extremi fatalem temporis horam
 Precipitare videns confestim elephante relicto
 Perapidum conscendit equum vultuq̄ minaci

Terribilis. qualis pastor poliphemus ab antro
 Turbidus eolio: uel qualis ab ethere tristis
 Huncius imperijs solet apparere cometa.
 Instruit ingentes acies: cunctosq̄ elephantes
 Ut grege monstrifico turbatum territet hostem
 Prima fronte locat. turrestq̄ in terga trementes
 Lernantur totidem colles iuga summa mouere
 Dixeris ac totidem mutantem rupibus arces
 Hunc clipeum totis pretendit viribus hostis
 Mor ligures gallosq̄ acie consistere prima
 Imperat. auxilijs illam balearibus implens
 Ac mauris. acie penos locat inde secunda.
 Atq̄ afros brutio completur tertia tantum
 Milite. qui mestus magnaq̄ ex parte coactus
 Castra sequebatur. lacis cum comibus agros
 Occupat: immenso circundans agmina giro
 Ad dextram penos italis concurrerere iussos
 Ordinat. at leuam numide tenuere rebelles
 Optantesq̄ armis inuiso occurrere regi.
 Hec ubi disposuit. quoniam sibi castra coacta
 Sentibus ex uarijs fuerant z dissona lignis
 Hunc interpretibus. proprio nunc ore cohortes
 Accendit. stimulatq̄ suo non segnior hoste.
 Omne simul ducis egregij seu militis idem
 Implet opus. primas acies ac signa ferentes
 Instruit. hinc alas: cursuq̄ nouissima lustrat.
 Itq̄ uagus blandis. permiscens aspera uerbis.
 Si fortuna mihi nota est mea. uicinius inquit
 Hec vicisse sat est. timidum deleuimus hostem
 Romaniq̄ genus. maneat modo pristina uobis
 Pectora: cannarū: aut trebie memorātia tempus.
 Nullus ab aduerso uenit obuius agmine: quē nō
 Mille locis italo pridem saturata cruore
 Fuderit hec acies. cui non fratrem ue patrem ue
 Aut naruz abstulerit. dux ipse ferocior annis
 Et pater ausonij tunc gloria nominis ingens
 Nos timuit gladios laudataq̄ signa cruore
 Infecit: nostros fugiens rediturus in enses
 Ai forsan: procul a patria melioribus iste
 Militant auspicijs. aut nos peioribus urbis
 Ante fores patrie. non sic carthaginis alme
 Immemores rear esse deos. ut fortia rome
 Menia non ausi ferro defendere nostris
 Menibus insultent. furo: huc attraxerit illos
 Hec fortuna potens populo spectacula peno
 Miserit. ut quondam digitis auulsa cruentis
 Tot spolia ut modios curuo compleuimus auro
 Contenti patrie rerum transmittere famam
 Tantarum. sic formoso nunc vincula collo
 Leta ducis latij uictrix carthago videbit
 Sic circumductos pecudum de more per urbem
 Romanos errare greges. leliumq̄ loquacem.
 Et uarium regem atq̄ inopem. qui nostrareliquit
 Arma fugax. huiusq̄ hodie per numina testor:
 Uos mauri: numideq̄ iugum uitate superbum
 Massinissa suos reperit per uerba seruos.
 Uos galli certate odijs. hostemq̄ uetustum
 Hunc gladijs urgete nouis. hic campus in orbe
 Collectas alio longe uas expiet iras.
 At uos o ligures. quos me z mea fata secutos
 Per mare per terras nulli cessisse labori
 Hic video. pugnate precor. si digna manebunt
 Premia victores. non uos mihi redite uallis
 Dispida. nec regio abruptis imperuia saxis
 Sed campi pingues. z ditia rura manebunt

Italia. ueteresq; pauor stimulusq; filebit
 Roma feror. uos chara mihi dilectaq; multum
 Agmina. uosq; mei ciues impulsibus ullis
 Non opus. aut monitis. patrias spectate tremētē
 Hostilesq; faces. atq; impia pila pauentem
 Et notos muros: ubi prima infantia uobis
 Exacta est: ubi tot meriti duristis honores.
 Tot letos festosq; dies: ubi busta ciuisq;
 Maiorū. et memori stāt scripte i marmore laudes
 Omnis in armatis patrie fiducia dextris
 Et nostra uirtute sita est. succurrite fesse.
 Uxores uobis: dulcesq; occurrere natos
 Deprecor. et trepidas matres sacramq; parentus
 Lanitiem. et patrij curam superesse sepulchri.
 nondum finierat. magnusq; in uerba ferebat
 Impetus ardentem. subito cum classica et omnes
 Romane cecinere tube. clamorq; tremendus
 Ortus ab aduerso: celum compleuit et auras.
 Ac strepitu horrisono uolucres hesere uolantes.
 Quo cuncte concusse acies. trepidiq; elephātes
 In sua precipiti redierunt agmina cursu.
 Turbaruntq; loco. compulsaq; cornua retro
 Cesserunt. o ceca hominum mens inscia rerum
 Consilijq; illusa tuis. quos agmine primo
 Presidium tanti ducis anxia cura locarat
 Nij stragem peperere suis. primamq; ruinam.
 Nic fragor hannibalem medio sermone loquētē.
 Auertit. ueluti subitum si forte canenti
 Obstrepit. et scisso descendat iuppiter arc.
 Ille filet. tremuloq; modos sub gutture frangit.
 Attollitq; oculos. et celum suspicit atrum.
 Uerum tam uarijs totiens dur casibus olim
 Jactatus: totiens dubijs exercitus armis
 Prestat. et aduersos speculatur turbidus hostes
 Increpitanq; metus. vires animosq; fluentes
 Colligit. excurritq; fremens seq; obuius offert.
 Sicut aper rapidis postq; latratibus actus
 Uulnificos instare canes: atq; arma sequentum
 Aduertit: iam terga rigent. iam subrigit aures.
 Hinc preceps in tela ruit. Sic feruidus ibat
 Hannibal. egregiq; animam patrie ore uocabat:
 Stabat ab aduerso iuuenis tunc impiger acri
 Massinissa animo: qui mox fluitantia cernens
 Cornua penorum: trepidos irrumpit in hostes.
 Et quacunq; uiam facit ingens belua: raptim
 Insequitur. similiq; fretus duce lelius: inter
 Irruit armorum cumulos: tempusq; locumq;
 Arripit: obstantes cedit. fugientibus instat.
 Scipio magnanimus uolenti more leonis
 Qui catulis festinet opem. siluasq; ferasq;
 Obruat. in medios stricto penetrauerat ense
 Illum tote acies. illum miratur ab alto
 Iuppiter. et nostro sibi num foret emulus orbe
 Sol stetit ambiguus: rutilo sic totus in auro
 Fulgebat. sic purpureo radiabat amictu
 Sic rigidis nitidus iuuenis splendebat in armis
 Postq; est ad ueros peruentum cominus hostes
 Romani peniq; manus miscere cruentas
 Leperunt: ingens et inexorabilis urget
 Ira duces: populosq; duos: nec marcius usq;
 Impetus asperior. nec acerbior ulla per orbem
 Pugna fuit. nec enim precio conducta gerebat
 Bella cohortes: aderant proprio qui sanguine uellēt
 Quas ipsi ediderant: odiorū extinguere flāmas:
 Unus amor: cunctisq; adeo legionibus una

Mens erat. ulcisci iustos uel morte dolores:
 Punica perfidia: et romana superbia passim
 Uocibus alternis uulnus iactantur ad omne.
 Jurgia. et infames questus. et tempore eodem
 Nic sonus hic iugulis extorta silentia cecis.
 Annua nunc penis et auara tributa subactis
 Hunc fraus: et capto strages indigna sagunto.
 Et quicquid rabies odio flammata uetusto
 Armatis dictare solet: coit omnis in unum
 Offense cumulo. longiq; iniuria belli.
 Pectora pectoribus tunduntur: et ensibus enses
 Uulnera uulnerib⁹. mortes quoq; mortibus atre
 Miscentur. iuuat insertis descendere ad umbras
 Uisceribus. manesq; nouo turbare tumultu
 Pugnantestq; animas herebo transferre silenti
 Neq; furo: et quanto satius uixisse quietus
 Finibus in patrijs populos potuisset uterq;
 Non fuit ambitio. ceciq; superbia cordis
 Et sitis: eterna que spe succendit habendi
 Mortales: uritq; animos et trudit in enses
 Confligunt infense acies nec publica tantum
 Nos odia exagitant. credit sua uulnera quisq;
 Et patrii fratrisq; necem dum percutit hostem
 Ulcisci. usq; adeo mentes offensa uetustas
 Asperat. atq; odio leuius certare recenti.
 Impellunt sua castra duces: et uocibus altis
 Accendunt animos. et honesta pericula mōstrant
 Ac subeūt. species uisa est pulcherrima mortis
 Pro patria pepigisse animam. uis ampla furorū
 Armorūq; dabat strepitus: gemitusq; cadentus
 Confusus horrore sonos. iam sanguinis altus
 It fluuius: camposq; rigat fumantibus undis
 Jamq; furens operit uoluitq; cadauera torrens
 Mons quoq; corporibus prostratis surgit equorū
 Atq; virum rapidosq; iugis iam seperat hostes.
 Non sic attonitos ego littore nautas
 Expauisse reat. quibus insula nata repente
 Est. ppe therasiam. quod mōstrū doctus aruspex
 Romano dedit imperio: macedumq; ruine.
 Nauita sed transtro rupis ac stupefactus adbesit
 Leperat interea pugna tremefactus iniqua
 Auxiliaris eques penorum excedere campo
 Insequitur victor profugos. iam sparsa sequendo
 Ipsa uiam cumulos: inter reperire laborat
 Lesorum romana acies. pars scandere in altum
 Et dubio titubare gradu. pars lubrica circum
 Arua tenens: sparsis aditum temptare manipulis
 Signiferi fluitare etiam armorūq; magistri.
 Et poterat vincendo uagus felicia miles
 Bella repentinis preuerrere cladibus atq;
 Illustrem sedare diem. ni prouidus alti
 Scipio consilij reuocantia signa dedisset
 Lognita nāq; postq; iusso tubicine campis
 Uox sonuit. tenuere gradū. signumq; secuti
 In primos rediere globos. hinc agmina rursus
 Turbine concurrunt alio: sed uiribus isdem
 Ethere dispersos ueluti cum turbidus auster
 Arctauit nimbos siluitq; repressa parumper
 Dum tonat. hinc pluujs et grādine mixta resurgit
 Tempestas inimica satio. excefferat ardens
 Scipio iam colles immensa strage coactos
 Collatisq; iterum signis et uiribus ambe
 Miscebant acies equato prelia campo.
 Sollicitum spectasse deum tot funera gentis
 Indomite. tantosq; truci sub morte labores

Crediderim. seu quis ualidis foret exitus armis
 Hoc equidem mundi campis commissa cruentis
 Mutabat fortuna die. quis iura supremi
 Imperij. summumq; gradum. quis scepta teneret
 Fauisset si forte etenim fors ultima peno
 Quis dubitet: quin immensū dominata per orbē
 Impia carthago rerum tenuisset habenas
 Romanumq; nihil foret hec in tempora nomen.
 Itala barbaricis tellus lacerata coloniis
 Mutasset genus egregium. maiorq; fuisset
 Africa. si potuit nomen sibi grecia inermis
 Imposuisse suum. quanto magis africa victrix
 Sed miserrata pioa diuina potentia nobis
 Succurrit. talemq; virum peioribus annis
 Italie dedit afflicte. qui fortia bella
 Fortior exciperet. qui non presentia tantum
 Sed uentura etiam discrimina pelleret vnus.
 Temporibus cui tuta suis innixa maneret
 Et cui libertas seruanda sequentibus annis
 Jam media sol almus equos regione trahebat
 Etherea. et tantas spectabat territus iras.
 Impiger. et nullo defessus membra labore
 Non estu: non vulneribus: non nube calentis
 Pulueris: extremas manibus temptare pcellas
 Scipio tendebat. cuneus quo densior illum
 Et ducis aduersi facies optata uocabat
 Flamma cauernosi connexa trementia montis
 Ac uelut ethneo descendens uertice uastat
 Et scopulos ruit obstantes. arbutaq; frangit
 Obuia. sulphuree reboant simul vndiq; ualles
 Sic ferus et simili prostrernit turbine cuncta
 Scipio: sepe monens. miles romane precor: te
 Aut vince aut morere: et mecum nūc ultima tēpta
 Nec uia uel romam: uel recto tramite ducit
 Ad superos. hec uociferans intrabat in agmen
 Hannibal. contra ille graui cum mole ruentem
 Excipit impavidus. configunt fulmina maris
 Hic scipio: hic hānibal: cernēsq; ex ethere mauoz
 Miratur tales terris superesse magistros
 Militie. tales operum ferriq; ministros.
 Hic precor ut mendax desistat grecia tandem:
 Rominibus certare ducum. pudeatq; referre
 Imbelles asie populos. gangemq; sub actum
 Parthorum sileant reges et perfidis aruis
 Exiguo spectata phalanx. nec conserat ipsa
 Troia manum. priamiq; domus cantata poetis
 Graiorum. et nostris. non regum quisquis adoro
 Crine fluens. atq; assirio crispatus amictu
 Hīs campis nō nude acies. non flura par armos
 Purpura. non leuibus tantum confisa sagittis
 Turba fugax. uerum hinc armis innata virenti
 Robore subsistens italo romana iuuentus
 Qualis erat tua turpis anus: dum rura teneres.
 Regia si spectes: non nostra videbitur uxor.
 Tum passim herbosis ludunt in uallibus bedi:
 Inq; uolutabris segnes innata uoluptas
 Conglomerat: uersatq; sues: non humida pastor
 Fortior antra subit: sedeo iaceoq; supinus:
 Multa canēs que dictat amor: nec crastina curās.
 Commisitq; gregis ludos et prelia cemo.
 Tu querulus tristisq; mane: tu dente canino
 Quis rabies tulerit semper mordere paratus.
 Ergo impure tuum nostris cum sentibus antrum
 Jugis: ut indignos habitus tibi preferat uro:
 Rebus onusta suis: ut tu meliore cubili
 Membra loces: somnumq; aio vigilante fugaces
 Excipias oculis: et turbida uisa fatigent?
 Concilient ut uasa sitim: causasq; timendi
 Inueniant: et forma domus et chara supeller?
 Ne labor insanus precio cumulare periculum.
 Ne uero furor extremus nupte parere furenti.
 Turpis adulteria: et thalami tot probra pudendi
 Dissimulare potes: nempe hi q̄s fingis amicos:
 Coniugis incestu facilem rapuere pudorem:
 Insidiasq; parant etiam tibi: lumina tolle
 Immodico depressa mero: lupus instat ouili
 Antraq; peruigiles circumstant ditia fures.
 Furibus est mecum contractum sanguine potci
 Fedus: et inferni descriptum regis in ara.
 Inuisum superis sacrum fortasse profundis
 Acceptum sed iure deis: quibus ere litatum est.
 Non ego ne iure confringant pingua tigres

Pā.

Mi.

Pā.

Mi.

Pā.

Mi.

Grex infectus et suffectus

Pam. Septa licet: totoque fremens ruat ethere grandos:
Armentisque satis necem ferat acrior annus
Pauper ero: tantum scrobibus commisimus atris.
Tolle ferum scelerate sacrum quod iuppiter et sol
Erubuit: potuitque iubar sed acerba relatu
Præterea qui pastor: eras: per littora gargas
Lonebis: et neutrum perages feliciter: aude
Linquere iam silvas: urbesque videre remotas:
Pandere uela notis: timidas temptare pecellas:
Uxor enim ignota iam pridem in collibus errat:
Et patrium limen thalamumque egressa pudicum
Illa sequetur ouans: meretrix famosa procosque
Secum agat ardentem: et olentes turpiter hircos:
Di. Verba peregrine quibus est iam grata paludis.
Quid pater obscuris animos ambagibus iples?
Longaque nunc seris: quid litibus otia frangis?
Desine iam mestis alacres incessere uerbis.
Pam. Dic age: dic breuiter quicquid fert impetus et mens.
Es meritis post vincula crucis: post uerbera ferrus
Supplicium breue: quin potius sine fine dolores
Larceris eterni: uel si quid tristius usquam est.
Di. Serue infide fugax dominoque ingratis benigno.
Surde sener gestare crucem: tolerare catenas
Si nescis fors ipsa tua est: uulgata per omnes
Fabula iam saltus: nerei terrore superbi
Destituisse gregem: medio nisi tristis apollo
Sistere calle gradum non uertere terga iuberet.
Pam. Letera nam sileo: domino quæ fidus in arctis
Lasis: ut possint deserte ignoscere caule.
Et fugi et redeam: timui pastoris iniqui
Uerbera nulla: metum facilem damnauerat etas.
Di. Flumine mor laui maculas: palloque recessit.
Que tibi causa fuge? cur claustra geta relinquis?
Lur longinqua sequens quercus contemnis uitas?
Quo claues uesane rapis? quin obice rerum
Lantarum si cura premit: per menia saltu
Errantes cogentur oues sub tecta reuerti.
Iam mihi magna placent: inopis non semper ouillis
Seruus ero: dulcem cantando nactus amicam
Formosus fieri studeo: solemque perosus
Antra umbrata colo: frontemque manusque recenti
Fonte lauans: speculum corydon byzantium istud
Quo mihi complaceo dono dedit: omnia nouit
Et patitur coniunx: quoniam sua multa vicissim
Dura fero: nos ignotas iactetis amicas
Ne mea perpetuus foueat complexibus epy.
Pam. Infamis mulier multisque infamata maritis
Te foueat demens: prior epycus ille prophanos
Lapsus in amplexus cecinit per rura per urbes:
Quam coniunx generosa sibi: prior ipse puellam
Nactus ad irriguos secum traduxerat ortus:
Ludibrioque habitus: uiuens moriensque iacentem
Excedere canes: et perminxere sepulchrum.
Letior aut alius post hunc: sed adultera forsitan
Fida tibi frueri: et speculum corydonis habeto.
Eternum gemat ille miser: pastoribus aule
Qui primus mala dona dedit: formosus haberi
Dum petis: et capiti circumdas ferta niuoso
Ignotum tot pondus auis: dum floribus antrum
Dumque pedes debite rosis siluestribus ornas:
Omnia depereant: quando impia sidera celo
Impia fors terris superant: intercidas una
Lura gregis rurisque labor studiumque peculi.
Di. Succedet mihi forte aliquis: nec longius hinc iam
(Augurio nisi fallo) abest: qui tristis inersque

Mitia preduris excusat facta repulsis:
Aluernaque serat romana in pascua sordes.
Quem talem nisi te genitum fortasse minaris? **Pam.**
En tua tota fides: en laudum summa tuarum
Peiorem si terra parit: tunc optimus ipse:
Inque nocens mitio: sic crimen crimine purgas:
Uive late: gaude uitij maioris ad umbram. **Di.**
Letus agam moriarque dolens: tu tristis utrunque
Nescio quid confusa tibi tua somnia seruent.
Par fuerat meminisse quibus bonus ille periculis **Pam.**
Ista parauit herus: laniatum nepibus aspis
Uidimus: heu quanti miserans armenta redemit
Perdita sublimi ueniens mercator: olimpo.
Quam tenuis victus: quæ nulla superbia uerum
Ruris habet dominum: tu luxuriaris in aruis
Illius: ipse sua sitiens ac sobrius aula est.
Immemor ille sui: et uerum fateamur auarus. **Di.**
Perdere pauca timet: cum possit perdere multa.
Impiger horrendis pastores uocibus implet.
Hinc didicisse potes semperque in fontibus egras
Mersat oues: tondere iubens ne uellera lappe
Intricent: prohibens ipsis a sepibus hircos:
Ostentatque rubos itidem sterileque miricas
Pascua dura feris: famulos macieque gelugis
Conficit ac tolerare famem somnumque sitimque
Edocet: adiungitque minas atque intonat ore.
Dulcia cuncta uetat: iubet aspera: culta cauebis
Buias lustrabis: montes superabis iniquos:
Et pedibus nudis tribulos calcabis acutos.
Moribus his hominum quisque de sanguine natam
Uixerit: aut raros illi miretur amicos?
Contra ego me meminisse domino seruire potentis:
Perdere magnificum multis placuisse decorum
Uis tibi nulla premit: quis tot consumet aristas
Quod pecus assiduo peraget tot gramina morsu.
Lasciuos errare greges hircosque proceres
Coniugio gaudere sinas: simul ipse iocabor
Dum mea me coniunx: dum me mea suscipit epy.
Uos uestros seruate: meos mihi linquite mores.
Infelix sic noscitur herum: dum tutus in umbra **Pam.**
Stare putas: aderit preuertens gaudia luctu.
En uerbis terrere paras: presentia fortes **Di.**
Despiciunt: timidos etiam distantia terrent?

Explicit. vi. egloga que pastorum pathos intulatur.

Incipit. vii. egloga cui titulus est Grex infectus et suffectus.

Collocutores Aditio et Epy.

Ulcior his siluis et gramine dulcior arui:
d Gratior his antris: et gratior amne sonoro:
Hinc modo dum sum solus ades mea nobilis epy.
Nulla dies mitio nostros abrumpat amores:
Nulla dies gremio caput hoc disjungat amato:
Ultero assum: semperque adero: nec sponte reuellar.
O mea (nam dulce est aiui exonerare loquendo) **Mitio**
Quid mihi nunc stomachi reris: precordia quantum
Felix habet sparsi: mordax modo paphilus acri
Perculit incautus penitus pupugit ue querela
Multa minar abentis heri: sub sine fauorem
Obtulit intrepido: fortem fortissima contra
Fros stetit hec: nunc chara comes tot dulcia mecum
Tot letos partita dies: partire quod instat:

Grex infectus ⁊ suffectus

Epy. Ne pigeat numeremus oves: numerem⁹ ⁊ hircos:
 Seu grauis iste redit: seu forsitan ille tremēdus:
 Vera licet fictis p̄texere crimina uerbis:
 Stet modo frons eades p̄teptaq; formula fandi.
My. Lanigerum quodcumq; pecus seruare solebas
Epy. Mors rapuit: nel morb⁹ habet: per gramina ripe
 Pascitur alterius quicquid superesse dedit fors.
 Febris iners: scabiesq; tenax: violentaq; tussis
 Jam uacuos populant agros: p̄mit horrida sudor
 Mucidos: ⁊ rigidi configunt tergora dumi.
 Tutius abfuerint ne furtim leta pererret
 Mesta lues capita: ⁊ serpens per ouilia pestis.
My. Cetera nosse datur: refer huc tua lumina tantum.
Epy. Perge meti culmen: mea spes: mea tota uoluptas.
 Ille procul fuluo quem cernis ludere tergo
 Uertice conspicuum: setis cui discolor albis
 Barba genas mentumq; tegit: per pascua late
 Noscitur immitis: frondisq; petulcus ⁊ herbe.
 Hunc etiam cupide metuunt perferre capelle.
 Sic duras tenerasq; tegit: sic pondere toto
 Irruit: incumbens miseris: ueneremq; nec ullam
 Respuit: haud proprie fit segnior inde marite.
 Que paribus signata notis: ⁊ concolor illi est.
 Ipse quidem luxu immodico lassatus: ⁊ annis
 Jam senuit: sed dura sero recalensq; senectus.
 Ille procar parili totus licet ardeat estu:
 Uiribus aut paribus fruitur: tamē omnia turbat
 Septa furens: nullasq; finit dormire quietas:
 Somnifera sub nocte capras: sed ouilia circū
 Huc animus nou sanguis agit: dūq; aspera p̄stat
 Colla: paruz stabiles fregisse per oscula dentes
 Lernitur: ⁊ uocis paulatim perdidit usum.
 Quem quotiens video: subitus quatit illa risus
 Ut fragilis dumeta petit: crebrosq; hymeneos:
 Et uenerem geminis ardentem naribus omni
 Tempore suspirans: in amenu spargit odorem.
 Tertius ille autes distortis cornibus atra
 Lururia effluens: teneris male temperat bedis.
 His multum debere memor: grex ipse fatetur.
 Horum nanq; licet circum p̄sepia natos
 Enumerare leues: atq; agmina multa nepotum.
 Ille piger senio torpet: tamen integer olim
 Ludere clam solitasq; uides nec spernere frōdes.
 Nunc iacet ⁊ celum spectat: fremit arduus ille
 Proceris gaudens per siluam insistere ramis.
 Permeat hic ualles: longinquaq; rura peragrat.
 Esurit ille rubos: fulgentibus imminet vndis:
 Nec tota satianda tago sitis arida feruet.
 Ille ferox animi est: ⁊ torua fronte minatur.
 Ecce duo obnoxii qui sese cornibus urgent:
 Sepe graues filuis olim exciure tumultus.
 Nunc multo grauiora parant: atq; omnia turbāt.
 Ecce duo: morbo impliciti: niger iste quiescit:
 Candidus ille silet: scabiem fricat ille uetustam.
 Ille quidem toto quem cernis ab agmine solum:
 Natura generosus erat: sed non sua tondens
 Gramina: sollicito tacitus terit auia gressu.
 Huic hostis generosus item: sed fractior euo
 Contigerat: mors alterius certamen utriq;
 Conclussit: non ille uadum torrentis aquos:
 Nec iuga saxosi timuisset carpere montis.
 Dur gregis ille fuit: dum nostra reliquimus ultro
 Pascua: primus iter rapidum per lubrica flexit:
 Mortatus socios: mor cetera turba secuta est:
 Unde diu letos uacui deduximus annos.

Quid non longa rapit seclis fugientibus etas? **Di.**
 Decreuit grex ecce situ: que culpa: quis error?
 Immortale homini nihil est: moriemur ⁊ ipsi:
 Ludere consilium: nec cunctis temporis horam
 Perdere segnitie: curasq; repellere inanes:
 Ni forsitan tibi nunc aliud dilecta uidetur. **Epy.**
 Proxus idem: quid eni restet: que metha maloz?
 Ambiguum licet ille grauis promissa minasq;
 Iudicis inculcet: res pendet: ludere p̄stat
 Interea ⁊ primā morti: subduere partem:
 Quam sapiens (sileo semper tibi fida profecto)
 Mortatrix: atq; vna fui: presentibus uti
 Et gaudere bonis: fato mandare futura:
 Blanditijs profugam assiduis reuocare iuuentas
 Et retinere manu: properante obstare senectē.
 Sed si tangit amor pecoris muliebribus aurem
 Consilijs aduerte tuam: nisi forte pudori est. **Di.**
 Dic mea: dic requies thalami: dic gloria nostri. **Epy.**
 Nos tibi secunde matres peperere: quid heres
 Sanguine in externo: ueteri noua cornua seruo
 Floribus ex nostris ornabimus: ipse latentem
 Pampylus haud noscat fraudē: nec degener istis
 Sanguis inest: humilisq; gregis uestigia seruat.
 Liquitur hic luxu: non pingua pabula desunt:
 Coniugiumq; frequens: implebit ouilia solus:
 Errantes studet ille senes transcendere cursu.
 Et facit ille gregem longe post terga reliquit.
 Aspicias hunc timidus: meditat̄ur p̄ndere trūcos
 Mordicus: ⁊ uacuas cornu iam uerberat aurās.
 Mitior hunc vultu sequitur: mihi crede sed ille ē
 Seuus ⁊ hirsuto multum truculentior apro.
 Ne spectante parem: spoliavit coniuge nuper.
 Et potitur camuris nunc naribus: ac pede torto:
 Illum inopē pavidumq; procul per fara fugauit.
 Hi turpes rerum indocti latitare videntur:
 Sed sine consuecant: discent tot mlta magistris.
 Hi duo: quid reris: fatales dulcibus uis:
 Jam pingues mustosq; graues: hos pelle reuulsa
 Persolues: leso uenient triaterica baccho.
 En tibi par aliud ratio famuletur amori:
 Dignum laude licet blandis prope lenius agnis.
 En quoq; par longe uarium: pratum ille modesto
 Dente metit: ramos patulo uorat alter hiatu:
 Legs tuumq; gregem rauca qui uoce fatiget:
 Neq; fugare locis informi murmure possit.
 Spumens ac frendens: tuncq; simillimus urso.
 Nos tibi romulei miserunt gramina saltus:
 Cetera de nostris ueniant tibi gaudia luctis.
 Hinc alij atq; accrescent: fors bona fauebit. **Di.**
 O pecudum decus eximium reginaq; silue
 Perge age iunge greges: ⁊ cornua flore rubentis
 His quoq; circunda: grex esse videbitur vnus. **Epy.**
 Nunc tamen oblita es: numeris ascribe merentes.
 Inuisa regione satum quem florea uallis
 Dauert: ⁊ nostri spretorem miserit arui.
 Pellicis imperio premimur: moribundus ⁊ vnus
 Introeat: spaciumq; breuis non explicat anni. **Di.**
 Tram frange p̄cor: nil vnq; tale iubebo.
 Jam tranquilla redi: quoniam res magna pacta est:
 Pampylus ut redeat: iustas licet arte querelas
 Abstulimus: tacitam mestus sibi sorbeat iram. **Epy.**
 Multa quidez curis dedimus: iamq; hora quiet
 Nos uocat: accelera: glacies p̄mat hispida colles.
 Brachia nos neri: molli iaceamus in ulua.
Explicit. vij. egloga que Grex infectus ⁊

Diuortium

suffectus intitulatur.

Incipit. viij. egloga cui titulus ē Diuortium.

Collocutores: Sanymedes et amyclas.

Sany. Quid fugis? expecta: liceat ediscere causas
 Discidij: tu nra puer (nisi fallo) amabas
 Pasqua: q̄ pastos abigis ei mrib' agnos:
 Ingrate atq; oblite mei rerumq; mearum?
 Amy. Parce parens damnare tuum: puer ipse: fateris
 Hac pau regione gregem: tibi letior annis
 Tunc animus fuerat: nunc intractabilis asper:
 De quoq; viuendo patientia prima reliquit.
 Sany. Consilium solet esse senis: iuuenumq; uoluptas:
 Tu mihi deliras senior: tum uallis amator
 Unius deserta uagus nunc auia tentas.
 Amy. Propositum mutat sapiens: at stultus inheret:
 Res: tempus: fortuna: locus: firmata sequentur:
 Consilia alternant: macie turpiq; ueterno
 Terga pecus confecta gerit: iqualentia sentes
 Uellera dilacerant: quid agam? nec pocula fōtis
 Luta: nec herbarum morsus: succiq; salubres:
 Ipse aer suspecta mihi suspiria reddit.
 Quin iustam per mitte fugam: et miserere coacti:
 Nā potes: ecce etenim ueni ad tua gramina paup:
 Pauperiorq; domum redeo: non lacte nec hedis
 Auctior: inuidia et solis iam ditior: annis.
 Adde supercilij pondus: quod non grauis equet
 Etna iugis: non ossa rigens: non altus olympus:
 Id prius equanimis tuleras: indignantior: etas
 Est senium: rugeq; animos in uerba ministrant
 Triste senex seruus: sit libera nostra senectus.
 Serua iuuenta retro est: seruillem libera vitam
 Moys claudit: memor usq; mei subsiste ualeq;
 De fatum tentare meum sine pasqua circum.
 Sany. En animi seruum memoria: sic omnia uentus
 Abstulit: has mereor grates: hec premia reddis?
 Amy. Ut nil prestiterim: multum licet impar: amaui.
 Uerba quidez uerbis: res rebus: purus amori
 Sed solus debetur amor: gratufq; memorq;
 Sum: quia te semper postq; mihi notus amaui:
 Et dum uita comes si quid mihi credis amabo.
 Sany. Quo properas igitur? que te magis allicit ora?
 Unanimes que causa repens disungit amicos?
 Perditi enim serui nomen cui libera mens est.
 Aspice fatigero tangentem uertice montem:
 Pubila tum grauida fontes tellure crepantes:
 Amy. Unde ruens pelagis confunditur vnda q̄ternis.
 Aspice preruptum scopulis extantibus alte
 Ire sub astra iugum: lapis ille imperuius olim:
 Punicus asperso donec sibi pastor: aceto
 Fecit et igne uiam nostris pastoribus ingens
 Diluuium stragemq; ferens: hoc forte per estum
 Solus ego ac sitiens nuper sub colle uagabar.
 Gallias erranti sese comitemq; ducemq;
 Obtulit: et uiuas digito direxit ad undas.
 Pregredior: uallesq; nouas et pingua late
 Cura noto: sed sepe oculos in terga reflectens:
 Jam latus hoc sordere mihi: iam turbidus ether
 Lepit ad occasum: iam sydera mesta uideri:
 Agnosco ualidum patrie reuocantis amorem:
 Illic et uiole melius per roscida pallent:

Per dumeta rose melius redolentq; rubentq;
 Purior ac patrius illic mihi prata pererrat
 Riuis: et ausonie sapor est iam dulcior herbe.
 Spreta fides igitur comicum tam certa piorum:
 Sany. Lum quibus et niues laqueis: viscoq; columbas
 Haudebas damasq; plagis temptare fugaces.
 Lum quibus et cap: ee soles: ymbra q; leonis:
 Et tauri flores: et adulte virginis uuas
 Larpere: uel fando cunctantem impellere noctes:
 Uel longum breuiare diem sermone iocisq;
 Et requie molli durum condire laborem.
 Amy. Nil sp: etum nisi silua feror pastorq; proteruus:
 Et gignacuo aconita solum: et mestissimus auster:
 Et plumbo infecto latices: et turbine tortas
 Puluis: et ymbra nocens: et grandinis ira sonore.
 Sany. An prius ista tibi tam logum ignora per eum?
 Amy. Hora prius fateor: tenuit me pestifer usus
 Luctantem: me ueiter amor: me forma puelle
 Blandior illecebris: sed iam cum tempore sensim
 Omnia mutantur: studium iuuenile senecte
 Displicet: et uariant cure uariante capillo.
 Sany. Sic vulgo iam notus eras: nec charior alter
 Amy. Uel mihi uel socijs: siluis errabis in illis
 Et mecum mansisse uoleo: cupiensq; reuerti.
 Nil penitus non esse potest: fortuna gubernat
 Res hominum: ualet illa p̄his obistere ceptis.
 Illa fauere malis: at si presagia quicq;
 Nostra serunt certi: leuis est ad prima recursus
 Principia: huc genitor profugus me ruris auiti
 Finibus infantem rapuit: ripaq; palustri
 Exposuit miserū: atq; abiit: per quatuor inde
 Sermo lustra tibi: nulla est iniuria: iustus
 Libertatis amor: patrij quoq; cura sepulchri est
 Tempestiua seni: iam tandem absiste precari
 Atq; uerum pater alme uale: dextramq; relaxa.
 Sany. Ah miser: et merita quis te cū laude canentem
 Amy. Audiet: aut leui describet carmina lauro?
 Expectando quidem fessus raucusq; canendo
 Attuleram: uereor: uocis fastidia nostre.
 Fors alijs placiturus eo: non vna per omnes
 Est hominis fortuna dies: nunc mane quietus:
 Turbida lux sequitur: nunc matutina serenus
 Pubila uesper agit: sic tempestatibus atris
 Tutus adest portus: sic littora puppe tenentes
 Tempestas inopina ferit: spes: terror ubiq;
 Juxta habitant: fortuna uaga est: et protinus iter
 Quauis preissa man: ceu lubricus effluit anguis.
 Nil habet ista magis tua nunc opulentia certi:
 Quam mea paupertas: ubi pluris signa fauoris
 Et minus est fidei: sed iam me gallias audi.
 Sollicitat damnatq; moras: et p̄hebus hyberum
 Uergit ad oceanum: montem uix occupat altum.
 Balatu moueo: pecoris: nec candida dulci
 Mugitu ingeminas cessat reuocare iuuenta.
 Ire liber: liceat: nusq; sunt carmina tanti.
 Men iuuenem pauisse domi: et finxisse docendo
 Sany. Ut doctū noua silua senē nouus hospes haberet?
 Sic labor agricolis logus: breuis inde uoluptas.
 Arua domant alijs: sic fessus nauta quietis
 Inuehit ancipiti delatas equore merces.
 Nosco meum sydus: alijs utenda parauit.
 Fatti agnosco tuū: primis nam pauper ab annis
 Pauper eris senior: pauper morieris amica.
 I: tamen: ipse meis (quando hoc immobile uotū est)
 Te sine (quod uellem) iam solus pascat accruis

Ipse per estatem mediam uel colle virentis:
 Valle uel vmbrosa: nitidique in margine fontis
 Solus apollinea modulans sub fronde sedebat:
 Lanigerumque gregem pascam: et loca florea circum
 Mellificas imitabor apes: te diues habebit
 Silua: sed urentes turbabunt ocia cure.

Explicit. viij. egloga que diuortium intulatur.

Incipi. ix. egloga cui titulus est querulus.

Collocutores: Philogeus et Theophilus

b Eu lacē fragmēta domus: heu sydus agello
 Triste meo: quod nociui nūc stirpibus imbres:
 Quid pecori studiū: segeti quod leior aura?
 Aut soles ualuere pij: fors aspera ruris
 Semper et immenso tenuis fortuna paratu.
 Agricola infelix: ubi primum cornua tollens
 Floriget annus adest. circum sua gaudia fertur
 Rastra manu uersans rigida: scabrosque ligones.
 Urget in arua boues: sulcosque annixus inheret.
 Inserit hic ramos: herbas hinc ungue nocentes
 Uellit et utilibus lolium secernit auenis.
 Sic fodit: et ripam bellis brumalibus armat:
 Inde leues prono diuertit tramite riuos.
 Nil uel inexpertum linquens: uel segniter idem
 Expertus: sed cuncta nimis: tum nubila ab austro
 Suspicit: et secum pluuias incusat inertes:
 Tranquillosque dies operi: uentosque fauentes
 Inuocat: ac celum precibus notisque fatigat
 Heu misero: postquam sudore exhaustus anelo
 Spes cernit florere suas: iamque horrea laxat:
 Ecce furens sata culta truci uertigine nimbus
 Obruit: et longos anni breuis hora labores
 Una necat: pereuntque seni sua somnia fesso.
 Adde repentinam rabiem torrentis iniqui.
 Adde peregrinas uolucres: populantia campum
 Agmina: tectorum lapsus: incendia: fures.
 Adde graues: morbos: nebulam: mortisque pluetes
 Innumeroseque gregis casus: hominumque ruinas.
 Qualis nunc flemus mestis: et vix flere relictum est.
 Hora metus mortis quoniam trepidantia claudit.
 Heu heu quo me cura tulit: quo cecus habendi
 Traxit amor: poteram vulgo quot tutius artes?
 Quot rerum temptare vias: cur ultima lecta est
 Paupertate labor mixtus: semperque malignas
 Scalpere tellurem querulasque audire cicadas?
 Quid gemis: aut quoniam nunc usque adeo fortia molesta est
 Qui gemis: heu mea rura vides: rōs ecce laborum
 Atque operum: spes ecce mee: quid viuere longum
 Fert homini: nec desinimus nocitura precari.
 Que modo dumiuagis fuerant angusta capellis
 Antra uacant: rareque procul languentis oberrant
 Reliquie armenti: quas mors violenta per orbem
 Spargit: et insequitur: non equoris obice uasti:
 Non celi terreque situ: non denique totis
 Caucasus arcenda iugis: sic omnia uictrix
 Proterit: et latos depascitur ordine saltus:
 Exemplis caritura quidem tenuere nepotum
 Uix habitura fidem: superant si forte nepotes:
 Nec fidem modo fata parant imponere rebus.
 Nosse mali causas ingens solet esse leuamen

The.
 Pbi.

The.

Discere: si nosti que tante pestis origo?
 Multa dei celant hominem: non omnia seruus
 Clausa videt domini: cum sit mortalis uterque:
 Que tamen in siluis crebrescat fabula dicam.
 Lerne super pelagi geminos: quos maxima frangunt
 Flumina et aduerso dirimentia gurgite terras.
 Nunc hirsuta premit glacies: et bruma perennis
 Asperat: horridoque infestant murmure tigres.
 Illum blanda rosas non arefcentibus estas
 Temperat: et virides fantur per plana uolucres
 Nos alio prius orta sinu afflauerat orbe:
 Nunc nostris translata lues: nunc regnat in aruis.
 Quo mare tam facili transiit et ethera saltu?
 Huc heu cupidi: stimulat sua queque libido:
 Peruenit pars una gregis: sucosque ueneni
 Et diras gustauit aquas: atque inde reuertens
 Mox peritura cohors late contagia fudit.
 Pastorem pastor: pecudem pecus inficit egra.
 Spirat enim saniem inclusam pulmonis adusti
 Ad latus infastis aspirant flatibus euri.
 Intereunt iumenta boues durique bubulci:
 Graminaque et segetes: uacuis moribundus arista
 Imminet: et culmum componit messor iuanem.
 Nec morbi modus ullus adest: uelocibus alis
 Mors uolat: externos frustra glomeramus odores.
 His etiam sua pestis inest: quid demoror? omnes
 Occidimus: nisi fata minas placata remittunt.
 Quamquam quod reliquum est miseris: iam falce recurua
 Ultima rura metunt: graia qua uectus ab ora
 Marmoreoque nouam designans limite siluam:
 Inclita magnificus posuit confinia pastor.
 Falleris ab demens: nam iusta et sera merentes
 Pastores ferit ira dei: populumque rebellem
 Effugite o ceci: securaque poscite regna.
 Nec mora tuta quidem: nec iam fuga tutior usque:
 Obuia mors peruertit enim: et quocumque mouere
 Mille parat medio laqueos: et retia calle.
 Accipe consilium prope: cunctatio namque
 Lenta fuit semper subitis inimica periculis:
 Huc huc uolue oculos: hec est uia recta: sine ullis
 Insidijs: predura quidem calcataque paucis
 Sed super aerios arctoque tramite colles
 Perferat: et sistat fessum in regione quieta.
 Illic uita habitat: leua sed olentis auerni
 Sulphureis stant stagna uadis: ibi lurida mortis.
 Signa uideo: atque polum nigrescere fumo.
 Hos euade lacus: dextrum mihi prende cacumē.
 Enitar: tu me sequere: et miserere iuuando:
 Quin prior: tardum attollens et porrige dextra:
 Ultimus ac primus adero: pellamque trabamque:
 Tu modo: nec labor officiat: tibi solus adesto.

Pbi.

Theo.
 Pbi.

Theo.

Pbi.

Theo.

Pbi.

Explicit. ix. egloga que querulus intulatur.

Incipit. x. egloga: cui titulus est Laurea occidens.

Collocutores: Socrates et Sylvanus.

q Uid siluane doles: tante que causa querelae?
 Heu socrates que uix reliqui fortia ruine
 Dura finit nostre: nescis dulcissime nescis
 Quid querar: et que ista mihi sit causa querelae.
 Anguro: expecto sed rem cumulatius ex te:
 Fare miser misero: non aspernabere luctus:
 Participem comitemque ioci que letus habebas.

Socra.
 Sylua.

Socra.

Syl.

Laurea occidens

Syl.

Nescis prenatalidi rumpunt ut uerba dolores:
 Quid me chare iubes fari: pastoris nunquid
 Materia est lugere deas: tamen accipe quantum
 Singultus lachrymeque sinunt: fuit alta remotis
 Silua locis: qua se diuersis montibus acti
 Sorga nitens rhodano: pallensque ruentia miscent.
 Hic mihi quo fueram tusco translatus ab arno:
 Sic hominum res fata rotant: fuit aridulum rus
 Dum colui indigni: atque operi successit egestas.
 Id reputans: auertor enim piguitque laborum
 Pertesumque inopis studij: tandemque relinquens
 Arua inarata: uagus siluis spaciabar apricis.
 Uerum inter scopulos nodosaque robora quercus
 Creuerat ad ripam fluuij pulcherrima laurus.
 Huc rapio: dulcisque semel postquam attigit umbra
 Omnis in hac uertor: cessit mea prima uoluptas.
 Rusticus ardor erat: sed erat gratissimus ardor.
 Ille mihi insueto: qui me mortalia prosum
 Oblitum immemoremque mei meminisse iubebat
 Hanc unam: curaque et totum huc uolueret tempus.
 Sic ruris desertus honos: et quicquid in enses
 Precipitat: pars parua animi: pulsusque tumultus:
 Has ego delicias et opes: hec regna putauit.
 Perge: quis interea neglecti uultus agelli?
 Nec noui: nec nosse uelim: mihi laurea cure
 Sola fuit: sed iam socrates ignosce: gemendum est.
 Immo age prope precor: pariter lachrymabimur ambo:
 Et pietas: communis enim et iactura dolorum.
 Laurea culta mihi: nec me situs asper et horrens
 Arcuit incepto: proprijs nec uiribus ausus
 Externos uolui consultor adire colonos.
 Nec longe tenuere uie: nec tempus iniquum
 Ac durum tardauit opus: uulgata tenebam
 Aserei consulta senis: tamen altius ire
 Mens erat: ac uarijs artem solidare magistris.
 Dux mihi nullus erat: nisi amor seruatorum uidei.
 Primum iter in latius qua pulcher mincius irda
 Formoso de patre oriens: interluit arua:
 Hic uenitum celsis extantem manibus unum
 Pastorem agricolam: bellatoremque uicissim
 Conspiciens: dextre modulantem in uertice ripe:
 Accedo: et breuibus percontor plurima uerbis.
 Iussus ab hoc astam: graiasque inuisere terras.
 Uir atthesim attigeram patrij qua limina montis
 Deserit et letos fugiens amplectitur agros.
 Ecce ueronei per prata uirentia martis
 Ire duos uideo: canit hic: legit ille salubre
 Herbarum genus: et pecori bonus applicat egros
 Progredior: calidusque aponus: gelidusque timauus
 Jam spatij equis aberant: dum peruigil alas
 Intempestiuum quatiens dominorum molestum:
 Perstrepuerit leuo uille de culmine gallus:
 Mor baculo excussus mestum cantoribus omen
 Prebuit: hinc nullo resonantia littora cantu
 Procuruosque sinus tacitus sequor: obuia tandem
 Rura sonora animum uocemque et uerba dedere
 Letior illa lego: smyrnam sub sine viarum
 Peruentum: cecumque senem: sed multa uidentem
 Conuenio: isque italo missum ut cognouit ab orbe
 Profiliuit: dextramque dedit: nemorumque profundo
 Accubitu et fusca festum statione recepit.
 Attonitumque manu penetralibus intulit umbris.
 Figo oculos: et cuncta libens et singula circum
 Uisa noto: cupidusque fruor sermone senili
 Insolitus: dii qualem hominem: quid diuite celo

Socr.

Syl.

Socr.

Syl.

Subtrahitis: terre rarum breue munus egentis?
 Hunc magni circum comites letissima turba
 Stabant: iuxta autem cunctis sublimior unus
 Cui grege de toto supremus cesserat hircus
 Fortunas casusque ducum regumque canebat.
 Nec casum tamen ille suum fortemque repostam:
 Nec tristes in terga canes instare uidebat
 Regibus: attonso flendus post fata capillo.
 Iuxta alter senio infractus: iuueniliter alta
 Uoce canens: furere hinc dictus: sed uoce furores
 Diluit: et falso questuit crimine laudem.
 Sacra sacerdotes canit hic: ille arma tubaque:
 Inde deum fauor: inde uirum: per lesbia captum
 Rura lupum saluumque gregem: iaculoque lyraque
 Fretus: et hinc clarus factis: hinc cantibus alter
 Altera solliciti laqueos cantabat amoris.
 Docta puella: choris doctorum immixta uirorum.
 Lyncameus roseo calamus cui semper ab ore
 Pendulus: et dulces mulcebant astra querele.
 Hanc choris late cantata bacchide notus:
 Hanc clarius charam suspirans carmine lyden:
 Et quem cirenis genitum dedit africa nilo.
 Hanc thenis famio pastor stupet igne liquefactus:
 Nec minus hanc nostrique procul mirant amantes:
 Uoce omnes humili et querula simul ipare catu.
 Pone senex pueri in gremio: uix mole soporis
 Lumina preffa mouens: lenibat cantibus auras.
 Mor siluit victus: cesserunt carmina somno.
 Argutum dircea palus amisit holorem.
 Uidi sidonio pastorem rure profectum:
 Annua quem morbi uis extinctura diebus
 Angeret alternum natalibus ultima donec
 Una animas: doctosque modos abrumperet hora.
 Unum ibi cecropij contemptum in gramine saltus
 Ingenio rectum: claudus pede: uoce calenti:
 Spartanos in bella canes accendere uidi.
 Unum uoce parem: summis per littora longe
 Solum: qui populo leges et iura dedisset:
 Jamque senex musis operam daret urbe relicta.
 Uidi aquilam calui circum uolitare sedentis
 Ore caput: pleno simul illum lumina campo
 Defixum: immota meditantem carmina fronte.
 Uidi expectatum ut caneret dulcedine multas:
 Obliguisse senem: uocemque in faucibus imis
 Arctatam: musas animam rapuisse putares.
 Sic cubito incumbens similisque erat ore canentis:
 Fistula pallenti pendebat muta labello.
 Hunc alius musis qui pastor amicioz almis
 Sed minus acceptus siluis: et victor ut arte
 Iudicio sic victus erat: de more solebat
 Victorem ridere suum: pro iudicio equi
 Carmen inops: pro fama uagis incertior auris.
 Uidi qui fixas raperet spes adderet iras:
 Rogeret ad certam flammanti carmine mortem.
 Uidi alium siluis pulsum: mor carmine dulci
 Extinxisse odium: quid ens uim carminis equet?
 Lemnere opes tanti causam preciumque laboris.
 Uidi aliquos artesque bonas celebrare: sed inter
 Hos fuit ampla sacri lege hac qui iura parentis
 Stringeret: hoc merito doctas laudaret athenas.
 Uidi qui multe assiduus numeroque superbus
 Lacte premens fragilem fiscellam rumperet acris
 Qui noua mactatis oneraret plaustra iuuentis:
 Qui sole terga bouum tereret laniata rigenti:
 Et qui sparsa sedens pastorum furta notaret



Laurea occidentis

Biblida qui uetito cantaret amore furentem:
 Qui caneret solem ac lunam: stellantiq; arua
 Scinderet et uolucris celum signaret aratro.
 Qui viuos plectro lapides aptaret ouili:
 Colle sub aonio funeste ad pabula ripe:
 Quicq; palestrita et pictor: primosq; sub eo
 Lantor: ad extremus cursorq; aucepq; fuisset:
 Quicq; illi fesso tandem et dormire paranti:
 Ex leuib; calamis puluinar strauit amenum:
 Quicq; truces cantu solitus mulcere leones:
 Iustitia et citbara insignis: uenerabilis annis.
 Incola siluarum primus quem thracia uidit:
 Aeream dulci rhodopen dum uoce moueret:
 Precipitem fidibus blandis dum sisteret hebras.
 Huic duo per montes auritaq; rura canenti
 Perpetui comites: dextre germanus inberet:
 Filius ac lenes: tegit illum linea uestis:
 Iste sacer musis plenum de fonte reposcit:
 Atq; pium cratera patri porgebat anelo.
 Deniq; graiorum latebras: asieq; vireta:
 Hebreosq; graues: et carmine trita minaci
 Gramina iordanis: peregrinaq; nomina iustras:
 Mollia rura arabum: salis indiga: ditia mellis:
 Affixusq; oculis animosq; intentus ubiq;
 Uidi alios: atq; inde alios: non omnia passim
 Uisa sequor: uidi sicula regione creatum:
 Ac socios quibus horridulum cantare uoluptas
 Prima gregem latebrisq; minas vitare leonum:
 Quicq; alios supra tenet ortum a carmine nomen:
 Quicq; grege; calida gelidus male pauit in etna:
 Qui docet ephesios: tyrios qui rupere campos:
 Docto ac altisono diuulsus ab agmine tandem
 Flector: ubi unum oes nemo; que turpis habebat
 Angulus: et tenui ridebant pascua nutu:
 Audus ut ille ingis macidum raucumq; canedo
 Indignum magni predonis retulit aurum.
 Sed qd ago? aut patrijs quorsu; pegrinos ab aruis?
 Doctior inde domum fesso dum remige portu
 Brundusij egresso iuuenis placidissimus alto
 Occurrens: trepidam porrexit ab aggere dextris:
 Maternusq; ostendit auum: per rura iacentis
 Apulie: calabrumq; nemus sub ualle galesi.
 Ingenio agricolam nulla tamen arte colentem.
 Pana uirum video: nec secum multa locutus
 Eminus arunceq; ducem populumq; saluto
 Moris aratores ueteris: quaq; ausidus: equos
 Fertur in hadriacum: patrio sub sole perustum
 Libertum: dominosq; lyra: gregibusq; placentem
 Alloquor: inde alius gelidi sulmonis alumnus
 Multa iocans: longamq; aciem per opaca latetu
 Ostendens digito: fuscis aperire recessus
 Tentauit frustra: vultus densissima nubes
 Texerat ambiguos: dubiu; uix murmur ad aures
 Aura: tulit: quantum in nobis obliuia possunt?
 Unus in hoc numero gaudens se condere uiuo
 Fonte: deus numerum fluuiorum arfisse puellas:
 Equorcosq; alius memorabat carmine nostro
 Insuetum cecinisse deos: aliusq; vicissim
 Montanum imparibus carmen uariabat auenis.
 Hinc procul et latio et musis charissimus afri:
 Fluctuagosq; alius numeras sub gurgite pisces:
 Aurea plectra apio cinctus viridante monebat.
 Hinc alius rutilusq; crocum et candentia carpens
 Lilia: tum uarios iungebat in ordine flores.
 Multa libens sileo: sed iam mihi nota tenenti

Longa breui stringens aderat suspiria cantu:
 Paupertas quem tuta iuuet: quem delius ardo:
 Lalus amans alius restinctam carmine flammis
 Flens quasi suppliciu; properataq; tempora fati:
 Accensamq; alius dubium romanus an ymber?
 Ymber erat: uariisq; minar et blandus amice.
 Notior inde alius fluuiali occurrit aquino
 Turbidus aspectu: et ruralibus horridus armis.
 Arpinati alius silua cui pauper amictus:
 Uictus inops ac difficilis: sed leta canenti
 Frons erat: et nullo uite turbata labore.
 Protinus hinc gemine tangebant sidera quercus:
 Unde salus pecori bis contigit: altera dextre:
 Altera laus lingue: magnos breuis herba iuuecos
 Fecerat: una duos contererat ymbra gigantes.
 Hinc quoq; uidi alium campano carmina fastu
 Implentem: et multum gracili sibi uoce placentem.
 Sic uenerabundus dominantis limina rome
 Ingredior: stupor hic tremulam suppsit auenam:
 Pila inter tristisq; tubas: strepitumq; rotarum:
 At studio rerum latia du; demoro; urbe:
 Forte procul tenuem dubia uix aure susurrum
 Brandeni senis excipio: doceorq; paternis
 Hunc primum cecinisse modis: audentior alter
 Posteriorq; humili quis de stirpe parentum
 Ortus: et adriacum iussus migrare pisarum
 Posthabuit: quem tunc horrebant undiq; colles
 Agrestem summo imperio preponere musas.
 Non ueritus faciliq; bedere summittere lauros.
 Hic alienigenam seruum quem carcer honestus
 Fecerat ingenuum: multaq; ornauerat arte:
 Audiui cantare hominum moresq; dolosq;
 Atq; metus curasq; senum et iuuenilia furta:
 Lenonumq; artes: iam tempore murmuris afri
 Oblitum: atq; italo terentem pectine carmen.
 Hic cui religio siluestris et inclita rerum
 Lopia: et ignoti nihil usq; ut prisca ferebat
 Fama: sed esonides carmen cum uellere fuluo:
 Qui canit alciden: qui thesea: quicq; cruentis
 Fratibus in campum adductis ad mollia castra
 Trassugit occultas: blandumq; cupidinis agmen:
 Reliquias qui troia tuas et frustra legebat
 Meonio neglecta seni: qui prole decori
 Coniugio memori studiosum ornauerat usum:
 Qui mensas uersusq; gregem laceraret edacem:
 Et qui laudate caneret conuitia gentis.
 Patior hunc nono pascebat caseus anno.
 Hunc uideas dextre rigidam gestare securim
 Ornantem officij generoso gutture pompam.
 Hunc grauitas: illum censura seuerior offert.
 Hinc tenui uinclo profugos qui nexuit annos
 Secula: pierio nisus cohibere furore:
 Pennatas musas qui martia traxit ad arma:
 Punica dum latio ferueret in orbe procella:
 Indirixit qui bella feris: siluasq; tumultu
 Misenu: apta uagis cudent uenatibus arma.
 Tramite qui largo troianum anthenora colles
 Duxit ad euganeos: necnon comitante marito
 Bis raptam fessis helenam qui reddidit argis:
 Phyllida qui querula: pheacum qui uoce latina
 Luxuriam moresq; canit: quicq; bectora supra
 Ilion euersumq; troiamq; a stirpe reuulsam:
 Quicq; nurus dotemq; ioui conuexit opimam.
 Linquo senem qui discipulum per prata sonorum
 Desperiamq; tubam docto confluauerat ore.

Laurea occidens

Linqno virum fortem postea qui casside mestus
 Sed iustus plenusq; ire saliebat honeste.
 Unde alium domini vidi meruisse fauorem.
 Vidi qui quotiens libuisset ferrea blando
 Pectora molliret cantu: lachrymasq; moueret
 Dic quoq; (nam memini) miserū solabar amatē:
 Amentemq; magis: cui vis erat ampla canore
 Vocis: et ingenij magnus sub pectore torrens.
 Est amor eritio pastorum publica pestis.
 Blandus ubi immitem peperit furor: ille furorē:
 Forte oculos avidumq; animū septena per antra
 Nobilibus famosa iugis: et opaca mouenti
 Collis: ubi arcadie celeberrima carmina nympha
 Arte patrum curas fugitiuaq; uerba ligarat:
 Monstratur: celsosq; virens in uertice laurus:
 Admonuit nostre: et dulcem renouauit amorem.
 Tum frondosa ingens ramis altissima fagus
 Opratamq; gregi gregis ac ductoribus vmbra:
 Fundebat: uolucrum sedes aptissima nidis:
 Assiduumq; sonans uariisq; exercita cantu:
 Atq; hic multa iubens esede uerendus acerua:
 Formosusq; gigas lucum omnem fronte serena
 Et pastoralis vis maiestate regebat.
 Ocia ni desint nulli usquam uoce secundus:
 Dulciter ille quidem q̄q; rauescere curis
 Musa solet: sed rara canens: frontesq; canentum
 Exornans niueis vittis: et fronde perenni.
 Ille ubi pastoris properatum funus amari
 Fleuit: in explicitum carmen mandasse duobus
 Fertur: et angusta limam sub lege dedisse
 Iusto alacres instare operi: rerumq; suarum
 Immemores: aliena manu tractare magistra
 Conspiceres: laudemq; alij sibi uelle laborem.
 Tres nemorum dominos: et eadem cespite musis
 Intentos: gregibusq; simul spectare decorum
 Dulce fuit: quorum vnus iter cantabat acuta
 Uoce suam: niger ille oculos gestuq; uenusto
 Pastorum pauor at stimulus: contra ille secundus
 Lotus amor: placida doctus nil fronte negare:
 Tertius imperis estus et frigora et imbres
 Assuetus perferre comis: qui multa videndo
 Omnes ambierat siluas: cygneasq; serum
 Carmina iam properans vicina morte canebat.
 Longe ibi transfluuiū regum inter buxta seorsum
 Unus erat rutilus diuini ruris arator:
 Qui pinguem scabro fulcabat uomere campum:
 Huic comes hinc prudēs hic sedulus alter aranti
 Certabant rigido glebas conuellerē rastro.
 Terra ferax: fessiq; boues: et laurea nusquam:
 Nusquam hedere aut myrtus: uiridis nā gl'ia ferti
 Non studium muse fragilis nor: area sacro
 Fonte recens: atq; alta domus: tum pinea late
 Silua virens dulcesq; oleo gremioq; decorum:
 Clara fouens roseo puerum stat limine uirgo.
 Dic matrona fuit hortis que lecta remotis
 Limineis calathis templo aurea poma sacrauit.
 Mira loquar supraq; fidem: sed carmina vidi:
 Dic hominis: pariterq; aquile: bouis atq; leonis
 Hispanum nostra modulantem uoce iuuenicum:
 Procedo iam ruris opes uisurus betrusci.
 His mihi tunc terris iuuenis fuit obuius altis
 Cultor agri rigidus: patrieq; in menibus alter
 Lenior ad sterilem uersando expertus arenam.
 Cuncta debinc inculta iacent: aduersa sed inter
 Imus ad hispanos cultus: est corduba testis

Cuius et alta canens ad solem uertice nudo
 Nil patrij sermonis habens: nil frontis hybere:
 Testis et emerita est et bilbilis: atq; uadosis
 Badibus ora tepens noctem que sera diemq;
 Ultima surgentem solem videt atq; cadentem.
 Nunc ego burdegalam repetens: in littore cerno
 Equor: ubi ambiguum refluxo ferit amne garūna
 Multiloquum magnumq; senem: quē tēpla uasati
 Nominis ausonij dederant: urbanior inde
 Unus aquis ubi fessus atax languentibus exit
 Occupat eloquio: notus procul ille larisse:
 Notus apud thebas: sed enim tyberina latine
 Docti omnes per rura loqui: tuq; incluta narbo
 Carmina pisceso referens accepta benacho.
 Sum nimius sed uisa trabunt: ignosce tenentq;
 Dulcia postremo tuguri uix limina parui:
 Orbe peragrato: et laurum mea regna reuisti.
 Undiq; conuectis ornans reor artibus illas.
 Longus ero si cuncta sequar: sic illa parentis
 Nature: et nostro fuerat sufflata fauore:
 Ut neq; dodonam: nec cretam iuppiter illi:
 Nec uenus idalia aut amathum: curatq; dianæ:
 Nec delon cirrbamq; suam preferret apollo.
 Ille quidem assiduo repeto uolucresq; sagittas
 Atq; arcum pbareramq; agilē citbarāq; solebat
 Illac ferre suas: ramosq; aptare uirenti.
 Nescio quid fateor: socrates tamen omnia nosti
 Diuinum ramis inerat per gramina circum
 Ludere amadryades passim: nymphasq; uideres:
 Hanc superū rapido dū fulmine rex quatit orbe:
 Liquerat intactam folio ueneratus ab alto.
 Romuleam vidi sobolem pubemq; superbam
 Imperio: et trabes sacras hinc carpere frondes.
 Vidi hominum genus argutū doctumq; canendi
 Esse sub hac cupide et rarissima texere sorta.
 Ipse ego (quid longus quid nō ualet iprob^o usq;)
 Edidici uariare modos: ac multa per herbam
 Sed nō magna canēs: demū me frōdibus hisdes
 Exorno: celsos poteram nec prendere ramos.
 Ai sublatum humeris tenuisset maximus argus.
 Nunc mihi primus honor dulcis labor: ocia leta
 Pastorumq; fauor multus: collesq; per omnes
 Illicet ignosci incipio: digitosq; notari.
 Laurea cognomen tribuit mihi: laurea famam:
 Laurea diuitias: fueram qui pauper in aruis
 Diues eram in siluis: nec me felicioz alter:
 Sed letam fortuna oculo conspexit iniquo.
 Forte aberam siluasq; ieram spectare uetustas:
 Pestifer hinc curus: hinc humidus struit auster:
 Ac stratis late arboribus: mea gaudia laurum
 Extirpant: franguntq; truces: terreq; cauernis
 Brachia ramorum frondesq; tulere comantes.
 Mei mihi quo nūc fessus eā: qbus anxius vmbis
 Recreer: aut ubi iam senior noua carmina cantes?
 Illic notus eram: quo nunc uagus orbe requirar?
 Que me terra capit: potes ad tua damna reuertī
 Infelix: sparsasq; solo conquirete frondes:
 Et laceros ramos et iam sine cortice truncum
 Amplecti: lachrymisq; arentia membra rigare.
 Ibis: an ignotas fugies moriturus in oras?
 Infaustum uiuarq; caput dulcissima rerum
 Spes abiit: quid uita manens inuisa fruenti?
 Quid fragilis lentusq; dolor precordia uersas?
 Pertinui longeq; aliud te flere putavi.
 Heu heu parua igitur flendi tibi causa uidetur?

Soc.
Syl.

Soc.
Syl.

Soc. Nulla quidē potius: lachrymosis parce querelis:
Est dolor usq; loquax: laurum non eurus z auster:
Sed superi rapuere sacram: z felicibus aruis
Inseruere dei: pars corticis illa caduci
Oppetit: pars radices viuacior: egit.
Elysiōsq; nouo fecundat germine campos:
Uidimus bis oculis superos sylvane uerendos
Leniter auulsam meliori in parte locātes.
Syl. Uidisti? an mesto solamen fingis amico?
Soc. Uidi egdem z comperta loquor: uestigia supplex
Consequere ac precare aditum: uerbisq; caueto
Inuidiam conflare deis: quod honestius: opta
Transire in terras ubi nunc tua gloria uiuit.
Syl. Dij faciant precor ecce humilis semperq; ꝑcabor.
**Explicit. x. egloga que Laureia occidens
intitulatur.**

Incipit. xj. egloga: cui titulus ē Galatea

Collocutores: niobe: Fusca: z Fulgida

Nio. d. Ue soror ad tumulū gelidūq; ad saxa sepulchri.
Ful. d. Quid lachrymis alimta pess germana? qd optas
Nio. Est gemitus magni solamen grāde doloris:
Afflictamq; animas releuant suspiria questus:
Enecat artatus mentem dolor: optima mesti
Pectoris est medicina: palam lugere fuisse
Idem animus semper: nunq; hec ꝑcordia torpor
Uerteret in silicem: nocuit tacuisse dolenti
Mitto autem: cupidā modo duc ubi copia flēdi.
Ful. Larpe iter hac qua nodosis impera capistris
Colla boum: crebrasq; canum sub limine paruo
Uideris excubias: giluosq; ad claustra molossos.
Ille locus tua damna tegit: iamq; aspice contra
Hic galatea sita est: qua nil natura creauit
Pulchrius in terris: nisi nos amor usq; fefellit.
Depone hic quodcunq; premit: cōplectere bustū:
Oscula fer fax ris: ymbre dic uerba silenti.
Nio. Heu nimis arcta domus: tanto dom^a arcta doloris
Nec sedes galatea tibi est: quam fulgere cernēs
Sol stupuit: fassusq; parem: fassusq; subinde
Maiorem: attonitus serum sese abdidit vndis.
Nec sedes galatea tibi: uos sydera celo
Statis in occiduo ladis themone boete:
Iuppiter ore poli lustras conuera sereno.
Is gelidus cum falce sener: armatus orion.
Luna vices peragis solitas: uolucersq; deorus
Interpres: nomenq; uenus positura vicissim.
Hic pallens galatea iaces iam terra cinisq;
Jam nihil etherea nisi forsā spiritus arce
Uiuat: z inde videt flentes tranquillū amicas.
Nil mihi respondes anime pars altera nostre?
Optima pars eadem: dextras adhibito precanti
Si qua fides mundo est: pietas seu ꝑisca supstes.
Heu lapidem infestū qua nunc soror arte reuoluā
Irruam in amplexus: figas oscula dulce cadauer.
Hoc referam moribunda sinu: forumq; sacellis
Inferam: z arcanis: durum penetralibus addam.
Addā perpetuos celebret quos mūdus honores:
Uirgineos addam cetus: ritusq; uerendos:
Et sua sacra dee: nec fax nec carmina deerunt:
Femineas longe lateq; sonantia laudes.
Heu mihi predurum lapidē graue pōdus iberasq;
Deficio sub falce soror: nitensq; fatibisco.

Ful. Surge soror: surge: sacrumq; cadauere corpus
Lommaculare caue: placeant presentia frustra:
Præteritū expectes: tuta est obliuio amari.
Nempe hesternā dies ulla nequit arte reuerti:
Mors adimit curas: mors omnia vincula resoluat.
Jam satis est fletum: nostros mors fregit amores.
Fregissetq; utinam nostros mors equa labores:
Nio. Sperauit prope nam steterat: miseramq; fefellit:
Ful. Uiuo sed infelix: z luctus seruo: in omnes.
Ful. Parcus en leuo tristis tibi fulgida calle
Ful. Aduenit: z tacita castigat fronte querelas.
Ful. Quid misere ceceq; animi mortalia fletis
Ful. Tam grauter? quid fles niobe? quin incipe vitam
Ful. Scire pati: quācunq; dedit fors dura: dabitq;
Ful. Et me torquet amor: desiderioq; meorum
Ful. Permoveor: sed quid facias? arma irrita calces
Ful. Aduersus stimulum: melior patientia pressis:
Ful. Multa sibi facit ipse animus leuora ferendo
Ful. Quid gemitus? mortura fuit galatea: demceps
Ful. Immortalis erit: proprio tabescere damno
Ful. Non amor: alterius fortem lugere secundas
Ful. Inuidia est: quantum nobis decesserit omnes
Ful. Scimus: z ingrato quantum decesserit orbi.
Ful. Sed ferimus: uos desuete: ac meliora tenentem.
Ful. Suspiciet: z celum teris optate relictis.
Ful. Fabula: quis alio celus terrestria prendent?
Ful. Etheris: sic terra summis astra reposcunt.
Ful. Credulitas vulgata quidem: nos certa probam?
Ful. Fusca locis imis habitas: non summa tenemus:
Ful. Et celi terreg situm speculamur ab alto.
Ful. Ambages ueteres z inenodabile uerum
Ful. Mittite: z integram uenturis tradite litem.
Ful. Fulgida quin potius (mulas nā noscis agrestes?)
Ful. Dic titulum busto: relegat quem serior etas.
Ful. Sic liquit galatea suam pulcherrima corpus
Ful. Libera iamq; polos: z regia tecta tonantis:
Ful. Ipsa quidē superūq; choros mensasq; frequētat.
Ful. Mors roseos artus: mors cādida colla: genasq;
Ful. Sydereosq; oculos tetigit: vultusq; serenos
Ful. Obscura dimersit humo: mortalia quisquam
Ful. Diligat: aut speret stabiles hic figere plantas?
Ful. Quid gen^a aut ꝑbitas? qd opes? qd foia? qd etas?
Ful. Quidne decens cultus? quid gloria nois ingens?
Ful. Omnia contigerant: manus abstulit oia mortis:
Ful. Audā domum repetens e carcere fugit amato.
Ful. Audā quidem minime quam gloria uestit amict?
Ful. Clario: assidue longisq; recentior annis.
Ful. Hanc quecunq; sibi vultus animosq; per eunū:
Ful. Aut cantu aut sermone placens: cupiensq; placere
Ful. Deferet ante oculos: hanc uos dum spiritus iste
Ful. Artubus berebit miseris: z viuere coget:
Ful. Hāc uel apud manes nebulosaq; flumina letbes:
Ful. Exemplarq; pudicitie formamq; decoris
Ful. Lorde sub hoc semper memori pietate feremus
Ful. Tum nostro galatea tuum de pectore nomen
Ful. Exibit: fugient propiis dum sedibus astra:
Ful. Mellis apes studium linquent: nidosq; columbes
Ful. Coniugium turtur: ꝑdam lupus: arbura capre:
Ful. Custodita dolos mulier: mendacia seruus.

Explicit. xj. egloga q Galatea intitulat.

**Incipit. xij. egloga: cui titulus est Consi
cratio.**

Collocutores: Aduliuolus z Volucer.

Conflictatio

Multi
polus
Uola-
ca

Que noua fers uolucet? q's nã stupor? vñ uebis
 Ardu^o i tenero pigues p g'mie tauros Lte?
 Et molles pascebat oues pan maxim^o olim
 Pastorum ⁊ silua late celeberrimus omni:
 Faustula quem complexa simul mulecte fouebat.
 Uiderat hunc crassa gelidag sub ilicis vmbra
 Atticus armipotens: secumq; hec turbidus ira.
 Hunc cuncte perpetua gaudentem pace videbo?
 Securoq; linam resupinum stertere somno?
 Si satis hanc noui: dextramq; erexit in altum:
 Excusiam madida cerebri de sede soporem.
 Dixit: ⁊ omne fretum refugasq; exterruit vnda:
 Horridaq; extremis uox est audita britanniis.
 At sonitu ingenti penitus to: pore fugato:
 Pan caput abstulerat: gremioq; innixus amice
 Multa prius secum frendens: ac multa uolutas.
 Unde ait ista tibi ram insulsa superbia demens?
 Unde furo: nescis vires stolidissime nostras:
 Spernis opti cumulos: spectatos spnis amicos?
 Experiere quidem: ferum tentasse dolebis
 Fidus auaritie nunq; contmget amicus
 Ille refert: at diuitie sunt premia belli:
 His ne putes tardare minis: incendio ⁊ urges:
 Desine: nec uentos nec turgida uerba timeamus.
 Est animus: sunt arma mihi: dubijsq; probatum
 Pectus amicorum: sunt qui tibi terga iubente
 Me feriant: dextruq; premat latus atq; sinistrus.
 Ipse genas frontemq; manu baculoq; retundas.
 Non tibi par animus: non est manus apta duello.
 Pan timuit: flentesq; oculos: hinc aspicias atq; hic
 Intonsis instare ferox pastoribus agmen.
 Sustulit horrificam uocem: qua flumina ⁊ agri
 Et mare vicinum infremuit: collesq; remoti.
Quas tenebras heu iussa pati: uicinia planctu
Sola parit misero domini solamen adempti
Nunc affusus enim et uario sermone iacentem
Compellens ex more quorundam nihil ille uicissim
At mihi libertas superest spatiosa gemendi
Iam fletu saxum omne madet. si longa manendi
Fit mora consumet: lachrymis ut byblida turpis
Sic me iustus amor sed tu miserere fugesque
Auctor ades: meque his tandem erue penis.

Ad barbaram fulmonensem ut uisendis locis prope neapolim comes sit.

I Am mihi parthenope: sic ret iubet altior olim
Inuisa mors sua facit: mea gloria quondam
Nunc domus exilij est: miser hic repire uidebar
Possit mihi requiemque mali gemitusque leuamen
Addidit heu lachrymis stimulos alimeta dolori
Ipse letus crucior: mecum quoque fessa laborum
Flet regio: quoniam cupidis euauit ingens
Sol oculis fuscaque diem sub nube reliquit
Nunc mihi sidere uolo: est nouisse robertum
Aut vultum spectasse polo terrisq; uerendum
Quo subito cariturus eram: nam dulcis amanti
Frons memori sub corde nitet: nec regia desunt
Munera que luctum renouant facientque pennem
Linquere dilectas terras et litus amatum
Consilij mihi summa fuit. regina benigno
Alligat imperio: sibi me parere sepultus
Ille iubet: fuerat nostri cui summa potestas
Sed dum iussa sequor noctes cunctando diesque
Pretereit mihi tempus iners: non carminis ulla
Lura sacri: nullo sparsas modulamine musas
In girum reuocare iuuat: libet usque uagari
Mena dum fugiam: dominiq; palatia rapti
Te comitem mens egra cupit: non dulcior alter
Lolloquiisque graues mulcere potentior aures
Et mihi pyridum studium: tibi celitus oris
Spiritus altissimi: titulus ne despice uatis
Te manet: extremo uertis nisi terga labori

Quo uerco: minime: calamum procor: ergo pariter
Pone fatigatum: et propera: neu forsitan amicus
Pes iter ignotum trepidet: dilecta lieo
Littora: queque biceps aperit iuga celsa uescuus
Sit satis asperisse procul: cui flammiger olim
Fumabat uertex: sicule uelut emulus et huc
Obruit infancta plij dum membra fauilla
Insula nec capree placeat: nam preripit auster
Equora permiscens aditum: nec longius ire
Hinc habitus promissa dies: tempusque propinquus
Hinc domine mandata fiunt: uicina maronis
Busta tui: ac tanti cinerem mens certa poete
Siquis adhuc superest longis inuictus ab annis
Uisere: et horridico pertusum tramite montem
Barbato monstrante meo: baiasque tepentes
Lucriniq; situm: faciemque informis auerni
Unde iter ad stigas sedes in amenaque torui
Sceptra ducis: si uera canunt: mihi sena uidere
Hostia sufficiat: neu tristia limina tangam
Eminus ostendens digito: quo calle profundas
Eneas transiuit aquas: comitante sibilla
Cui socium commisit humo nomenque sepulti
Quis modo collis habet ueteri mihi cognita fama
Pars etenim: iussu quondam pars altera regis
Uisa quidem propere: quoniam dum dulcia semper
Flumina uerborum sitiens sequor ipse suorum
Defuit incepto spatium: periisse putabam
Tempus ab illius facie quodcumque fluebat
Longius: inuidit nostre fortuna quieti
Preceditque moras: nec dum satiat ab illo
Distraho: hinc felix paruoque tempore queque
Haud alio permixta fuit mea sacra uoluptas
Preterea partem in pelago cupidissimus hausi
Multa mihi rauco puppis memorate magistro
Nil nisi misenum toto cum littore nosset
Pars scriptis credenda fuit. tu cernere coram
Luncta dabis: rarique die mihi numeris instar
Solis ad occasum tribues peregrinus ad ortum.

Ad Nicolaum alifinensem cuius petito epytaphio regis sepulchri.

I Memoro haud uiri quis me longa uiarum
Ledia per dubios casus nimiosque labores
Mente fatigatum potius que corpore tandem
Reddiderint patrie: pes ut sua presserat arua
Dextra labans calamum rapuit: sed magna parate
Uiribus exiguis: oneri succumbere par est
Qui solem lippis oculis tentare putabam
Lumine confusus stupuit: tua iussa precesque
Langebant: urgebat honos meritumque perempti
Regis et assurgens signare carmine bustum
Ingenium tardabat iners. res maxima regem
Est sicutum laudare satis: stupor ora ligarat
Luctantem: ponebat amor: quid multa coactus
Grade opus aggredior: paucis perstringere uerbis
Sed dum celestem mortali carmine famam
Prosequor: eloquium medio me liquit in actu
Si breue: da ueniam que si te iudice forsitan
Augustus uerbofa prement epygrammata marmor
Deme superuacuum me permittente: tuoque
Temperet arbitrio titulum mansura sepulchri
Denique uersiculos quos mens lachrymosa peregit
Qualescunque putas placido procor aspice vultu
Si tibi carus erat queque mors modo tristis abegit
Nunc sacra magnanimitate requiescunt ossa roberti
Mens celum generosa petit: nunc gloria regis

Interijt: nostriq; ruit decoz vnicus eui
 Militie flos sumus erat:specimensq; uetuste
 Indolis:egregius bello:sed pacis amicus
 Hoc duce barbaricum poteras hierosolyma collo
 Excussisse ingum: poteras hoc arma mouente
 Pellere pestiferos trinacria serua tyrannos
 Rex erat ambabus:mors impia clausit utriq;
 Libertatis iter:merito gemis utraq; tellus
 Seruitio damnata fero.hec gratia lingue
 Nec minor ingenij laus hunc q; gloria dextre
 Extulerat:siluit sacre tuba maxima legis
 Quis supest altus nature conscius usq;
 Herbarumq; potens:nitidi spectator olimpi
 Morte sua vidue septem concorditer arces
 Et muse fleuere nouem:dulcedine moruz
 Angelicus factisq; fuit:patientia templum
 Pectoris huius habens illo pereunte peribat
 Omnis in hoc virtus secum iacet orba sepulchro
 Acceptus fuit ille deo:venerabilis orbi
 Transcenditq; hoiem:gemitu prohibete maligno
 Digna nequit calamus tanto preconia regi
 Reddere:sed terras canit hunc sua fama per ocs
 Eternumq; canet nullum tacitura per eum.

CAd Sabzielem samoreu parmeseu causidicum.

Plus era:dulcisq; aberat mea cura sorores
 Castalie q; morbus ihera a limine longe
 Expulerat nostro:patriusq; elicon tenebat
 Cura animum:scabies dextram iportuna uagante
 Huc illuc uersabat agens.lux alma quietem
 Nulla diu dederat:tacite nec tempora noctis
 Absq; dolore truci:nec somnus amittioz ymbriis
 Transierat:calamusq; piger:squalensq; papyrus
 Puluereoz obducta situ z manus egra iacebat
 At rari stratis aderant ueteresq; libelli
 Inuisti medicina mali:titulumq; secutus
 Illustrem:ciceronis opus:sinesq; bonorum
 Attigeram:tanta implicitos caligine rerum
 Ut nisi diuini qua lux intermicat oris
 Hanc patriam errorum uarijs ambagibus illo
 Tempore possessam fatear:sed latius ista
 Sunt alio tractanda loco:nunc uertitur vnde
 Sermo abiit:sic ergo inhians auidusq; notandi
 Quid filua in tanta pugnantia multa loquentum
 Verius herebam cartis tacitusq; manebam
 Meoz ipsuz:curasq; alias oblitus inanes
 Cu mibi visus enim uolucres audire camenas
 Et redij spectare choruz:dulcedine mira
 Impleoz:ecce autē tua diues epistola blande
 In gremium delapsa meum nisi fallimur inq;
 Nec fert grande aliquid:reditus sic ille sororum
 Improuisus enim sic nominis ampla meretur
 Fama tui:nunq; q; alias:uox consona vulgi
 Nam facies mibi nota parum:nec aperta sefellit
 Nec decies perlecta quidem:tamen ora legentis
 Inuasit pudibunda rubor:testesq; uocant
 Pierides:mibi tam magne preconia fame
 Non optata quidem:nec debita sufficit vnuz
 Parnasi tetigisse latus.collisq; supremo
 Uertice preclaros procul asperisse poetas
 Si tamen asperioz serias fortuna dedisset
 Nec mundus strepuisset inhera fortasse paruper
 Ascensurus eram:nunc me super astra locantem
 Irridere putem:nisi te tua cognita virtus
 Suspitione leuet:sed in his non immoro: ultra
 Nam laudes damnare suas peruersa uoluptas

Esse solet multis:dum qd fugiuntq; negantq;
 Calle petunt alio:quoniamq; hic pondere paruo
 Pregrauat inualidū calamus:crescensq; fatigat
 Jāq; tremulā scriptura manū stat claudē carmen
 Prora fretum:facilem pupis iam spectat harenaz
 Fedus amicitie:uotis mibi nempe petendam
 Exposcis.ue reoz nequid modo fama uetusto
 More loquax mentita tibi:presentia uero
 Ne faueat noceatq; mibi:tamen ecce precanti
 Occurro:cumuloq; preces:tu videris ante
 Que cuperes q; parua forent:cōtra ipse secunda
 Sorte fruar:cui mille dolos:cui mille rapinas
 Uulnera mille nolens tanto pro munere dono
 Utq; animi tibi signa mei manifesta patefcant
 Mittitur errorē que purget epistola certi
 Nuncia:q; fragili conscēdimus alta uolatu
 Remq; supergrediens quantū spes pectus amici
 Luserit hec autem intrepidus iā factus amoris
 Iudicij iam tutus ago:nam sera profecto
 Quos semel elegit damnat sententia mores
 Parcius haud solito:sed dilige certioz ergo
 Ut sumus absimili q; q; secernimur astro
 Nec factis nec uoce pares diuersa sub vnum
 Mittit enim duo colla inguz qui maxima parulo
 Equat amor:regem seruis:inopemq; potentis
 Hic catulum magno commendat sepe leoni
 Hic olim augusto flaccum dedit:atq; maronem
 Euripidē archelao:nec barbarus obstitit horroz
 Iussit z ut nostro rudis ennius ille placeret
 Sapiade:in partem lauri uenturus opime
 Et vite mortisq; comes.custosq; sepulchri
 Hoc duce si tantis sim connumerandus:amauit
 Me quoq; rex regum fuerat dum vita robertus
 Et modo magnanimus humilem non despicit iste
 Deniq; federibus ligat hic elemēta polosq;
 Herbis conciliat pluuias atq; astra lapillis
 Uallibus hic montes sociat terrasq; profundo
 Hic hominemq; deo z celum connectit auerno.

CAd conuitiatorem quendam innominatum z sub
 clipeo nominis alieni multiformiter insultantem.

Istrabis atq; ainz curis meliorib; aufers
 Et calami peruertis iter:fueratq; tacere
 Lauti;at stimulis re fidē pugētib; urges.

Da ueniam:si uera loquor:licet aspera dictu
 Logoz enim studijs emitur:sequiturq; laborem
 Laurea per rarum decus:atq; hoc tempore soli
 Speratum optatumq; mibi.quis nescit agrestus
 Premia post merituz:pudet hoc dubitata diserto
 Si dubitas uere:q; si temptare libebit
 Certe alio tentandus eram:tibi fortius ictu
 Ut quateret.quid enim lux ergo nouissima forte
 Expectanda fuit iungendaq; pompa sepulchri
 Ac precium studij.si debita sine laborum
 Laurea non aliter:non hanc eneide sacra
 Uirgilius meruit non qui pharsalia tempe
 Sanguine compleuit latio:licet ille negato
 Calle petens:alia tulerit ratione repulsam
 Cognita commemoro quid q; ceu sponsa,decorā
 Arguoz hemonia lauro gestasse coronam
 Florea virginibus sunt laurea certa poetis
 Lesaribusq; simul pares est ea gloria utrisq;
 Arguoz improprie:sed quid vir pronidus addit
 Uidimus ornatum lauro:quem protinus inquit
 Non prius audieram uelut omnia pulchra relata
 Audieris:q; multa mibi licet ampla tibiq;

Liber Secundus.

Non audita putas: nam quantula portio rerum
 Unius ingenij laus est: decet alta modeste
 Lerneris: sed prius: sed enim mea carmina nunq̄
 Sunt audita tibi uerum: legit illa robertus
 Concius meus egregius: quem iulia nostro
 Tempore pariseos studiorum tertia nutrit
 Suspicit: et toto uenerantur ab orbe magistri
 Luscus et eneus legit et rainaldus in antris
 Altus apollineis: ingens legit illa iohannes
 Barbatus legit illa meus: socijque fideles
 Auribus excipiunt cupidis et pectore seruant
 Ut cunctas liuor: seu fors obstruxerit aures
 Ipse mihi musisque canam plausor:que pudendus
 Ingenij nec frena mei: nec calcar habebit
 Cur redit in dubium totiens mea laurea? nūquid
 Nō satis est meminisse semel? decuit ne per urbes
 Circūferre noua uiridantia tempora fronde?
 Testarique greges hominum: populique fauorem
 Infami captare uia: laudariet olim
 A paucis mihi propositum: quid inertia vulgi
 Nilia contulerint: quid murmura uana theatri
 Ergo ne trinacrio minor est mihi carmine regi
 Gloria que turbe passim placuisse furenti?
 Regineque minus capitolia profuit urbis
 Scandere quas uacuas studio lustrasse paludes
 Quia que nemorum rudibus que rura colonis
 Atque inopes sparsasque casas: incognita nostro
 Carmina nostra foro. quid rustica menia uobis
 Obiciunt: quo iure fremunt: satis esse putauit
 Terrarum petiisse caput: qui victor in arcem
 Signa tulit summa securus sede quiescat
 Extremas nisi forte iubes ambire cloacas
 Figentem obscenis uictritia postibus arma
 Noscor ubi placitum. laudat mea carmina tibiis
 Parthenope studiosa probat: nec terra nasonis
 Respuit aut flacci: nec qui cicerone superbit
 Liue simul marique locus: nec gallia nostri
 Inscia: nec rhodanus: quid inepta colonia tantis
 Una nocet titulis: fului cui gratia nummi
 Uentris amor studiumque gula somnusque quiesque
 Esse solet potior sacre que cura poetis
 Mantua virgilium genuit: uerona catullum
 Et plinius nostrosque aliquot seruauit in annos
 Urbs antenoridum quantos celebravit alumnos
 Nunc: quōdā numerare labor: quot cimbricia nup
 Secula pergameum uiderunt nostra poetam
 Lui rigidos strinxit laurus paduana capillos
 Nomine regis bonum latijque in sinibus orbis
 Pierios animos alpis tulit ora niuose
 Parma euo collapsa sui monumenta macrobi
 Ostentat: uetus usque nouo me carmine saxum
 Nobilitare iubēs. nec eadem degener urbe est
 Lassiis has inter docta urbs tua sola carebat
 Uate diu proprio nisi te sibi fata tulissent
 Purgantem patrias calami splendore tenebras
 Longaque paruisque ab olentem oliuia terris
 Caucasei romana iugum transcendere fama
 Distulit: europa iam tunc astetque tremenda
 At mea que uestre nondum sit cognita plebi
 Leu tenebris damnata iacet si reddita pridem
 Est ratio reddenda iterum: noua gloria regum
 Rex siculus celo pro me respondet ab alto
 Qui modo duz terris habitat mihi numeris auctor
 Maximus insoliti famam inuidiamque reliquit
 Adiciens causam que opuscula iudice tanto

Nostra forent tanti: melius sibi cognita forte.
 Quae tibi: nocturnas studiis grauioribus horas
 Surripiebat eum: uigiliisque ingesta lucerne
 Immemor interdum: cene somniisque legebat
 Neque tibi ignotum tanto dignatus honore est
 Ut procerum primis sub regia tecta uocatis
 Plurima nostrarum caneret preconia laudum
 Uera utinam: que uera tamen rex uiderit ipse
 Quin etiam magno pro munere parua petita est
 Africa nostra sibi: memini suprema benignus
 Oscula et heu nunquam fatis iteranda parabat
 Quum duo dona pio placidissimus ore poposcit
 Obstupui. quid enim immenso donare pusillus
 Posse uidebatur: sed quid nisi carmina uellet
 Largus opum: diuesque animi et uirtutis amator?
 Carmina mensure sedem tribuentia fame
 Hoc petijt primum: pectus calamumque pudenter
 Excuso: fragilemque humeros sub pondere tanto
 Instat ab aduerso: dubio lis sine refedit.
 Concessisse sibi ut uidear mihi prima negasse
 Proxima dona libens tribuo: cui dignius aule
 Scipiade mittendus eras: at perfida et altis
 Inuida principibus illum fortuna repente
 Sustulit interea: nunc tanquam lumine raptō
 Nescius in tenebris liber est: quo flectere cursum
 Logitet et toto nullum uidet equore portum
 Heu cineres bustumque petet: qui turbine queque
 Dilatus uario: multos absumpsit annos:
 Si foret hic uestram tantum mittendus ad urbes
 Jam satis exornatus erat mihi crede superque
 Sed dum multa timet uenturaque secula terrent
 Iheret adhuc tacitus: cuius si laurea serum
 Expectasset iter quod mens presaga timebat.
 Mortis ab insidijs iam circumuenta fuisset
 Hinc prior: ille abiit. cuius post funera nullum
 Examen subiturus eram: nam maxime nondum
 Tu mihi notus eras: fateor: mea crimina tempus
 Anticipasse iuuat: que uis nec pauca uiderem
 Scripta mihi iam tum laudati carmina uari
 Nulla meos feriunt oculos: tamen inclita pectus
 Fama ferit: scriptis ego sum tollendus in altum
 His sine nullus ero: nunquid tamen illa probari
 Est opus et vulgo: titulo caruisse poete
 Abieciisse graues spoliato uertice remos
 Maluerim et longis latuisse inglorius annis
 Hactenus hec noua lis oritur quo tramite uertar
 Conquerar an taceam: risumque refellere risu
 Sufficiat: risum moueo. sic uita meretur
 Nostra quidem fateor: sed nunquid carmina risu
 Promeruere etiam lachrymas que sepe seueris
 Extorsere oculis: sic tristitia forte uoluant
 Nunc mea fata uices: ut qui rorantia uidi
 Inclita romulei dum proloquo: ora senatus
 Regis et indomiti frontem pietate remissam
 Ridear ignauo: prob fors malefida popello
 Altera legitime superest mihi causa querere
 Quis modus audendi: que ue ista licentia fandi
 Tela fremens elicone rapis: quibus agmina uastū
 Impetis et nostros in nos accingeris enses
 Ante alios flacci: cuius te scripta mouere
 Decipit ut scapitur: tenero nec par citur ungui
 Uate sacrum decies clam castigante poema
 Debuerant: rigidamque notis adiungere limam
 Mendaces uocitare quidem insanosque poetas
 In primis furor est: mendatque infania. uere

Vera canunt: aures quae fallentia surdas
Hae etenim spreuisse licet puerilia natum
Hinc studia appellas puerilis ineptia quorsum
Impulit errantem calamus: puerilia cesar
Julius et toto regnans augustinus in orbe
Tractarunt igitur: quedam diuina poetis
Vis animi est: uelociter tegunt pulcherrima rerum
Ambiguo: quod non acies nisi licea rumpat
Molceat exterius tantum: alluciatque tuentes
Atque ideo puerisque placet: senibusque uerendis
Insanire licet: fateor meos concita clarum
Sed super prouecta canet: uulgaria oportet
Linguere sub pedibus: magnam hinc subsistere nullam
Lensus ingenium: nisi sit demetria mixta
Iudice qui populo: dicti cognomen habere
Lepit et altisonum liquit post terga platonem
Dixit idem cunctis: que tanta infamia uatum
Quo ruis ulterius: media nos pellis ab urbe
Sed paulum expecta: iam sponte recedimus oes
Et nemorum secreta placent: turbamque nocentem
Odimus: ac leti campis spatiamur amenis
Hinc quia prosperit cui primum publica cure
Res fuit: aduersos populi uos moribus illum
Moribus infestum uestris studioque futurum
Discreuit populo strepitum: rus uatibus alnum
Solitudo: natusque bonus redit oia silue
Liberiusque solum: nam que mixtura perennis
Nos stupor attonitos alti caligine ueri
Nos autem mestos semperque quietis egentes
Turbida solliciti tenuissent tedia vulgi
Consultum hinc illinc: igitur non urbibus acri
Pellimur exilio sequimur meliora uolentes.
Nonne deum primos olim quesisse poetas
Inquit aristoteles: num sanctos celitus aura
Diuina afflatus et munera rara deorum
Marcus ait cicero: fautorque domesticus omnis
Exulet: externi causam tueantur honestam
At nostros nisi forte uetas ad rostra uenire
Uicinus haud dubie: quis preclarissima bella
Herorum: moresque graues et nomina nosset?
Quis stimulis animos ageret per mille labores
Perque altum uirtutis iter: quis tristitia uite
Demeret implicite dulci fastidia cantu
Ora forent quasi muta hominum si spiritus orbi
Deforet aonius: uirtus ignota lateret
In se clara licet: studioque impetus omnis
Lorperet lingue nam fundamenta latine
Nulla forent: quibus egregie stant sedibus artes
In quibus omne procul uobis ostenditur eum
Nostraque uenturis longum seruabitur etas
Hic tamen occurret cherilus: uel aquinius ait qui
Tempus in infami multum posuere libello
Scriptorum piebeia cohors: sed dic mihi queso
Que nam turba hominum multos non pascit libertes?
Rara quidem ingenij bona sunt semperque fuerunt
Semper erunt: paucos altum tenuisse uidemus
Aspice uirgilium: nunquid pueriliter illum.
Terrarum celique plagas et sidera lustrat
Ista palam: que multa latent: quid fratribus atris
Eolus imperitas aut quid superaddita moles
Montis et ipse sedens sublimi uertice rector
Quid pius enneas: socius quid signet achates
Quid uenus ambobus medie uelit obuia silue
Quo peregrina uirum circundet corpora nimbo
Qua nubem sub nube tegat: quid cantat iopas

Quid bibias magno patere bibat ipiger haustu
Quid uebat asper equus: misereque incedia noctis
Insultasque sinon: genitrixque affixa furenti
Inter tela duci: mox ut digressa per umbras
Apparere deos infestaque numina troie
Quo feror: hic nullum inuenies sine tegmine usus
Pretereo reliquos: quid flaccus horatius ardens
An leuam dextram uenias monstrare uidetur?
Et magnum formare uirum: sed nostra relinquo
Orpheus: amphion: uel natus apolline linus
Atque parens museus et quos mirata deorum
Breuia subscribit: statius pueriliter eum
Tam longum peperere sibi: quid proterius alto est
Alius euripides: magno quid maius homer o
Que loca: quos portus: gemino que littora ponti
Que freta: quas classes que plia quos ue ferarum
Quos hominum motus: oculis quibus ipse carebat
Non subiecit enim: mores populique ducumque
Pinxit et numero plebis secreuit ulixem
Quem mihi non uana circutit arte caribdim
Sirenumque modos et amantis pocula circes
Quid moror in uerbis sacri nec dogma platonis
Nec socrates aliud: titulum nec nacta sophie
Letera turba docet: que quod cantare solemus
Dicet ad hec aliquis: cur per iuga celsa fatiger
Huc uia fert humilis: mens delectata laborem
Spernit ad hec breuitas memorum succicta reliquit
Et dulces iterare sonos iuuat usque legendo
Lertus abhinc uenit: pueros uocitare memento
O famose senex atque inclinare cauto
Celeste ingenium: et uatum uestigia uita
Insanum hoc genus hominum: piget illa deiceps
Uana sequi: uilis nobis ut pascitur hircus
Nescio cui merces ea sufficit: est mihi fame
Immortalis honos: et gloria meta laborum
Lorniger at quantum tegat hic sub pellibus hircus
Quod nescire putas: soccos boni atque coturnos
Premia musarum: tandem statuisse uideris
Falleris: est habitus quem secula nostra licet
Postposuisse uides: postque deferbuit ardo
Pierius cessitque retro: quo nomine signet
Respondere iubes: an ne ad priora uentum est
Iure agitur mecum: consignatisque tabellis
Qui sum: quem ue sequar callem stilus ipse tacete
Me loquitur: num plura iubes: sed epistola finem
Longa petit: dabitur quam si sonuisse putabis
Altius excuset parcant aures oculique
Gloria nulla etenim uerbis oprata superbia
Nulla petita mihi: tua me uolentia adegit
Nec loquor ut lesi uindex eliconis: an ille
Hoc eget auxilio tantis armatus alumnis?
Precipue quia quo secus pugnare parasti
Plumbeus est gladius facilique retunditur icto
Nec uelut assertor: proprii cognominis arma
Musarum pro parte tuli: sed turpiter illas
Maiestate sua sacro spoliariet ausu
Quis tacitus perferre queat: que per legis autem
Non tibi uicta putet: sed qui te bella mouere
Compulit: agnosco ingenium musisque sacratus
Inscriptis dilecte tuis: illumque profecto
Quisquis erat mordax nunquam tibi cognita pestis
Inuidia urebat sic nobilis africa surgat
Sic mihi uirginis clausa penetratia cirre
Rite chorus referet faueatque supnus apollo
Tu tamen hoc illi nostris charissime uerbis

Liber Secundus.

Dic precor: ut quotiens alieno inuidit honori
 Inuideat studijs pulchro inuideatq; labori
CAd luchinum vicecomitem mediolani dominū cū
 pira trāsmitteret incidēter egit de laudibus italie
 Regolicas si fama uolās vulgata per urbes
 Arboris ausonie quōdā dū splenduit etas
 Aurea saturno terris regnante fuisset
 Ut reor: euristeus nunq; tot ferre laborem
 Logeret alcidem: sua ditia poma draconi
 Hortulus hesperidū male custoditus haberet
 Hoc potius mandaret opus: nec vinceret aurum
 Natiui dulcoris opes: felicius omni
 Es latium tellure quidem prefertilis ora
 Italie: quam fulua ceres viridisq; minerua
 Purpureus quam bachus amat: tu frōdea capris
 Florea mellificis apibus: pecoriq; vicissim
 Pascua: et irriguis late pulcherrima pratis
 Tu redolens hortis. varijs scatebris: ofa metallis
 Arboribusq; virens: siluis vmbrosa uetustis
 Alitibusq; ferisq; frequens: uenatibus apta
 Aucupioq; placens: lacubus piscosa profundis
 Fluminibus distincta uagis et portubus omne
 Luta latus dupliciq; sedens circūflua ponto
 Mirificis insignis aquis et aprica recuruis
 Vallibus: assurgens iugis estate niuosis
 Perq; hiemes medias ad littora uere benigno
 Temperieq; fruens: celo tranquilla sereno
 Semper: odoriferis nebulas purgantibus curis
 Urbibus ampla tuis. atq; arcibus alta tremēdis
 Consilioq; virens: populisq; inuicta superbis
 Et terra pelagoq; potens ac rite supremum
 Imperium testata situ: ceu calcibus orbem
 Locutias: stimulisq; loco pretendis idruntem
 Brondusumq; biceps arthois obicis vndis
 At matutini qua prospicis hostia phebē
 Fleta crotona tegit: gratūq; a stirpe tarentum
 Planta pedis: regium cepheios a pollice fragit
 Neapolis sure mediam: femur occupat altum
 Janua: et extantes tyreno in flumine pise:
 Urbs uenetum diuersa tenet: ueterisq; rauene
 Menia: et ariminū terrarum terminus olim
 Ac salis adriaci rabies quas despicit archon
 Quid mediolanus medias quid grāde medullas
 Robur alit: pataunusq; potēs: fortēq; ueronas
 Quid modo te memores studiosa bononia: ul' qd
 Te genitrix mea chara loquar florentia quondam
 Squalida nunc: populisq; manu lacerata furentis
 Ac nunq; iam stare ualens: quid carmine longo
 Littus utrunq; maris: mediū quid prosequar intū
 Montis utrunq; latus. series immensa: reate
 Centron habet ualidoq; ingens stat poplite roma
 Lucta. mouēs: rerūq; caput domus alma tonantis
 Ac sedes terrena dei: terrorq; subacti
 Orbis: et innumeris celo exequata triumphis
 Salue belli potens regio. pacisq; magistra
 Ingenijs ornata sacris conditaq; dulci
 Eloquio excellēs cunctas quas maximus ambit
 Oceanus: nulliq; satis laudata virorum
 Et legam generosa parens: mihi latinus ipse
 Forte alio cantanda loco: nunc obtulit arbor
 Materiam secunda breuem: qd dulcia tellus
 Itala de ramis legeret non aurea poma
 Iudice certa loquor gustu: pars ultima laudis
 En glatiale pirum sese commendat abunde.
CAd paulum hannibalem unum ex primatibus

populi romani.

Um memini moresq; tuos faciēs benignā
 Verbaq; magnanimus ligdo testatūa pect'
 Tedia longarum et discrimina mille viarū
 Commeminiisse iuuat: terris optatus et vndis
 Tantis amicus erat nimio constare labore
 Nec poterat penetramus enī peregrina furentes
 Littora: nec scopulos: pelagi nec monstra timem'
 Urget auaritie stimulus: pro quantum mortis
 Præmia barbaricis aurum rapuisse cauernis
 Maternosq; sinu nitidos pepulisse lapillos
 Uel piper eriguum ramo legisse migranti
 Sordet amicitie studium: contraria longe
 Mens mihi: nam fido nullus par census amico
 Nullo auro pensanda fides: tua cognita late
 Fama quidem tibi me: mihi te: nec fama profecto
 Nec virtus: sed fata dabant: traxisset ad indos
 Spes tanti longinqua boni: natura pepercit
 Illos mihi circuitus: terrasq; habitare ppinquas
 Nos uoluit: tempusq; dedit concurrere in vnum
 Obfuit at rerū cumulus: nec longa videndi
 Libertas et sera fuit: raptimq; reuello:
 Ex oculis optate tuis: hoc prestitit autem
 Presentem vidisse semel: quantumlibet absens
 Ut presens videre mihi: et que plurima mecum
 Dulcia mellifluis: gradieus simul ore serebas
 Menia dum lacere specimen miserabile rome
 Monstrares digito: meq; inter singula uerba
 Aspiceres oculis rorantibus: ultima dicens
 Nec mihi labentis patrie fragmenta referuat
 Soror mea: suscipioq; libens: nec sospite paulo
 Funditus ita ruent manibus conuulsa nephādīs
 Letabar: memoriq; nihil sub pectore sedit
 Alius: agnosco romani principis ingens
 Propositum mentemq; piam: nūc pacta reposcēs
 Roma senex iuuenem rogat: miserere cadentis
 Pollicitisq; mane: celsum decet ardua rerum
 Lura animum: decet euentus ex corde secundos
 Urbis amare sue. casus prohibere malignos
 Sustentare manu fessam releuare iacentem
 Non tibi sed patrie satus es: cui iustius armos
 Subicies oneri: que sarcina pulchrior usq;?
 Nec te parua manet seruatis fama ruinis
 Quanta qd integre fuit olim gloria rome
 Reliquie testantur adhuc: quas longior etas
 Frangere non ualuit: non vis: aut ira cruenti
 Hostis: ab egregijs franguntur cinibus heu heu
 Que rabies: occurre malis: hoc scilicet vnum
 Est ubi te proflus maiorum a stirpe tuorum
 Degenerare uelim: vigeat mauortia virtus
 Militieq; decus: nitidi sit larga metalli
 Sit ferri secura manus: per duret equorum
 Jugis amor: studiumq; canum culturaq; silue
 Artes nobilium liceant: profernere tures
 Immeritas patrieq; in viscera mergere dextras
 Si nescis hostile opus est. sed forsitan error
 Huc patres tulit ille tuos: ut menia sacre
 Eruerent urbis: qd se de sanguine natos
 Hannibalis iactare solent: mirabile non est
 Heredum si iura tenent: quodq; ille nequiuit
 Perficit hic artes: tua fortia pectora mēdar
 Gloria non moueat: qd qd clarissimus ille est
 Artibus armorum: magnam tamen impia nomen
 Equant acta ducis parq; est infamia laudi
 Nota loquo: fuerit potius tibi sanguinis auctrix

Scipiadam diuina domus: noua nomina sumens
Hostibus a domitis: afroque ex more subactus
Hannibal hec domui dederit cognomina uestre
Ergo age tantorum uestigia fortis anorum
Ingredere et patriam, supremo in tempore serua
Ac pius annose baculus precor: esto parenti.
Ad Lancelottum placentinum excusantem quod se in scio
nomine eius esset abusus inuidus ille quem quarta
retro notat epistola.

m Irabar quo te subitus preceps ne tulisset
Impetus: ut cultos diuini tibi more poetarum
Semper: ob unius odium fortasse procaci

Vulnere tentares: potuissem parcere si me
Non eliconam simul totum furor ille notasset:
Leperat indignans calamum manus: ira iuuabat
Aspera mordaci componere carmina uersu
Sed trabe nodosa grauior: passusque per omnes
Subsistens hec uerba dabat: uolenter amicum
Armor: in immeritum: scelus at patiemur inuisum
Duc age duc quo iure licet dum talia mecum
Ille ageret sonuit querulo sub cardine limen
Nuncius ante foras aderet tuus: omine sensu
Quid ueberet: tete purgas: et crimina certum,
Uertis in auctorem: frons est nitidissima uero
Illicet agnoscoque dolui: calamumque morantem
Absoluo: moroque hunc alacrem cupideque sequentes
Quo se cumque traham: detectum lesus in hostem
Dirigo nec paucis purgata calumnia uatum est
Ille tamen frustra tacitus mihi semper abibit
Speratumque meo nec habebit carmine nomen
Nunc ad te redeo: quod nondum transfuga colles
Aonios: fontemque colis turbamque prophanas
Effugis ingenuas calcantem ac despicias artes
Stratulo: hac uia te superas attollet ad arces
Seruabitque diu populo pereunte caduco
Concepti ueniamque precor sermonis: at ille
Obstrepito: si liuor eum tam feruidus urit
Supplicium ut tacuisse putet: si tanta uoluptas
Otia nostra suis studiumque laceessere uerbis
Quid struit insidias campo se credat aperto
Subscribat nomenque suum: nec se tegat umbra
Nominis externi: propriisque occurrat in armis
Namque menecides galea meritis achillem
Luspidis hectoris cecidit male genitus ictu.

Ad Joannem de columna cardinales super fratrum
morte consolatoria.

i Opia mors quicquid oculos calamumque fatigas
Larme et lachrymis: lachrymas in carmine mi
O genitricum uerbum et longe foris pessima uitel sces
Lernere charorum pallentia corpora saxo
Obruta fundendos totiens auellere canos
Et uiduam longa traducere morte senectam
Lumina quis morietis erit qui condat humetque
Si pergis seuire ferox: hoc seua parabant
Astra nephas: cogar ne igitur sine fine superstes
Omnibus esse meis: nec me dolor ipse necabit
Meu domus illustris solitum stilus impleat actus
Nunc domus infelix exusta funere crebro
Meu germana fides predulcia pectora fratrum
Meu miserande parens: desertaque turba: sororum
Unde tot accipies gemitus quis sufficit humos
Ladibus assiduus: que par querimonia damnis
Bellica marmoree domus imperiosa columne
Nec celi concussa nimis nec fulmine torui
Uicta iouis quondam: nec turbine fessa dilustri

Urbis honos: summumque decus: bellique domique
Perfugiumque bonis fueras: terrorque superbia
Nunc in frustra ruis: tacitis iuuenilia tristes
Mortibus: et rapido natorum stamina fuso
Precipitant parce: uirtus hec nota per orbem
Nunc ue tot egregij finem meruere labores?
Talia funereis iterans suspiria uerbis
Fundebam: lachrymisque genpectusque madebant
Ecce autem celi uox e regione serena
Incertum quibus acta uis: sic impulit aures
Ecce quid aduersus superos et sidera frustra
Insanire iunat. iuuenes mors equa senesque
Demetit: et nullus mortalia temperet ordo
Eternis uesane paras vim legibus: an tu
Nactens indomite nescis ut ferrea parce
Arbitrio nent pensa suo: scinduntque trabuntque
Nec modus aut requies? uiles cui gloria cordi est
Fida sub extremo non deserit arma periclo
Nauta gubernaculum stringit rapiente procella
Intrepidusque uidet sparfos super equora remos
Et prius hunc pelagi que terreat: opprimat unda
Sunt qui conspecto tergum dent turpiter hosti
Sunt quos surgentis murmur leue subruat austrum
Et noua tempestas et sibila prima rudentum
Nunc proprius discrimen habent ignara pauentem
Mors fortem generosa manet: tu pauca tremis
Spicula fortune: uiteque in fluctibus alnum
Deseris: exiguo pauefactus turbine ponti?
Et gemitis facis arma miser? quid profuit ergo
Lectio: quid studium: nunquam tranquilla magistrum
Unda probat: nec militie par lenta peritum
In dubijs ars certa patet: turpissimus error
Ille hominum peritura uelut mansura tenetis
Nunc dolor amissis inconsolabilis imo
Lorde oritur: laceratque animum: stat gratia nulla
Preteriti: subeunt cunctarum obliuia rerum
Illicet: et magna est iniuria finis habendi
Quod satis est habuisse semel: condiscite eodem
Reddere depositum cupidi: quo sumere uultum
Et quoniam non certa dies estote parati
Semper ad imperium domine sua iura petentis
Intranti monstrata uia est. hoc tristia calle
Multa quidem inuenies: hoc dulcia pauca uidebis
Incertus placida laturus fronte uiator
Quidquid erit quod fata parent. hec uerba parentem
Nascenti dixisse puta. natura profecto
Omnibus hec loquit: quicquid dulcescit amaro
Fine perit: fugit omne bonum quo uestra furit mens
Proque breui longus sequitur dulcedine meror
Paupertas concludit opes: natosque senectus
Orba gemit: hidos mors diuidit iuuida fratres
Nec minus unanimes subito disjungit amicos
Dum latus illa placens acies cingebat utrumque
Fortunate diu: dum mutua uerba benignis
Frontibus hinc illinc et pura mente sonabant
Nonne tibi interdum proprie fuit obuia fortis
Londitio: et tecum comitatus ut iste supremo
Mox gemitu soluendus erit: cur proxima queso
Lui breuis hec promissa dies: que uespera pallens
Spirantem: presens quem tandem protinus hora
Integra. et insidias mortis caritura uidebit?
Sumite letitiam semper fugientis amici
Et fratres nati que alio spectentur ituri
Dumque licet celerate frui: neu perditis tempus
Quod uolat: et rapitur uobis presentia sordent.

Liber Tertius.

Amissas lugetis opes: et soros sua nulli
 Ante placet quæ subtrahitur: mors uestra repente
 Iudicia alternat. quem fastiditis ab urna
 Suspicitis: quia nulla regit constantia mentes
 Haud vnquam presente satis gaudetis amico
 Perstrepit assidue mestis ululatus aer
 Ante oculos uestros tremulo tot pallida cantu
 Funera præterit: nec dissimulare potestis
 Namque hoc prima dies: qua lucis limina nudi
 Cum gemitu intrastis: si mens tunc firma fuisset
 Venturique capax monuit. primamque sequentes
 Haud dubiam fecere fidem: sed uasta uoluptas
 Alligat: et vite nunquam satiata cupido
 Atque ideo in finem heretis: lachrymasque pudendas
 Spargitis amplexi medicorum colla manusque
 Quodque diu fecistis iter completere timetis
 Ut nestros sic alterius muliebriter autem
 Fletis ad euentus: quæ nulla exempla profundis
 Infedere locis: animum spes blanda fefellit
 Nescio quid segnes agitis dum tempora currunt
 Nec ueteram meministis enim et presentia lenti
 Spernitis: et nunquam uenientia cernitis ante
 Usque sub extremis pueri. sed publica mitto:
 Quid quereris: calcata via est: aut vitare retro
 Si licet atque hominis: sed non licet exire formam:
 Aut bonus equanimi feret quelibet obuia fronte:
 Quisquis iter longum ingreditur feret aspera multa
 Nunc cenam nunc puluis erit: nunc uentus et unda
 Nunc calor immodicus: glacies nunc horrida: nixque
 Nunc limosa palus: montis nunc saxa præalti
 Omnia sunt patienda viro: quia vita laborum
 Nec patria est: fessos uel quies mænet ultima busto
 Quocumque in toto tua lumina flexeris orbe
 Aspicias parium uestigia crebra malorum
 Tu gemis in propriis: potius communia desse
 Et totum mortale genus neu multa graueris
 Uilia neu spernas: paucis generosa sequamur
 Nunc redit in mentes: quas gens cornelia sumis
 Clara uiris: quas emilij sensere ruinas
 Ut geminos fratres post tot modo prospera bella
 Hunc ferro: hunc facibus mors circumuenit: et alium
 Scipiadem exilio rapuit: sed fraude nepotem
 Coniugis in fide: finxitque crimina remo
 Menia cognato iam tum sparsura cruore
 Abdidit ut rapidi corpusque animamque quirini
 Utque ferum subito percussit fulmine tullum
 Ut brutum fontemque simul collisit aruntes
 Obrulit ut decios gladiis hostilibus ultro
 Sabinum chereamque suo: rigidumque catonem
 Marcellumque dolis regulum vigilando peremit
 Eripuitque animam mixtam cum sanguine fille
 Discerpit marium ferro bebiumque cruentis
 Unguibus: antoni mensas ceruice nebandas
 Fedauit trunci ciceronis sanguine rostra
 Extinguens italie duo maxima lumina lingue
 Transfixit crassum medicatis mille sagittis
 Et serum optato impleuit rutilante metallo
 Calce sub ardenti catulum: tellure profunda
 Lurcion: albinum lapidoso immerfit aceruo
 Sparfit pompeios: fabios contraxit in unum
 Insidiosa locum. quo fulmine contigit aras
 Lesareas: strauitque domum que strauerat omnes
 Et ne sola putes exempla domestica mortis
 Nec eadem reges solio furiosa superbo
 Depulit hec populos momento temporis hausit

Non hec ingens hec ipsa fidele saguntum
 Funditus atque tuas numantia diruit arces
 Et te uirga potens: et te speciosa corinthus
 Nec et inhumano demersit sanguine circum
 In flammis alcibiadem: rantippum in vadis
 Pirrum feminei contriuit pondere saxi
 Carcere milcidem et longo squalore peredit
 Hannibalem: potiusque ducem: macedumque: ueneno
 Uicit alexandrum: socrati nec cruda pepercit
 Euripidem canibus lacerandum præbuit illa
 Escylon ex alto misse testudinis ictu
 Illa animi merore sacrum confecit homerum
 Contra letitia sophoclem consumpsit inani
 Si modo suspicio est de tantis digna poetis
 Pindaricam somno: risu philomenis inepto
 Expulit hinc animam: fragili statione sedentem
 Nomina deficient: laqueis inuexuit atris
 Hunc cruce suffixit hunc liquit in are rotarum
 Obruit hunc niuis immodica sub mole rigentem
 Hunc rupis tectique graui sub strage uetusti
 Illum precipitem scopulo deiecit ab alto
 Hunc herbe tactu: fungique hunc abstulit esu
 Hunc capite alliso et sparso uolenta cerebro
 Hunc anime solitos præcludens ore meatus
 Hunc quoque uimiculi facili sine sanguine morsu
 Hunc auium rostris: cupidus hunc piscibus escam
 Misit et hunc seuo lanauit dente ferarum
 Hunc estu tristisque fame duroque labore
 Hunc requie nimisque cibo distendit anelo
 Hunc uenere exhaustum sedo liquefecit in actu:
 Hunc senio carieque diu lassauit inerti
 Febribus hunc rapidis morboque subegit acuto
 Sed quid ego mortes hominum: uel regna: uel urbes
 Persequer et lato prostratas turbine gentes
 Lum mundi peritura suo sit tempore moles
 Terra simul pelagusque ruent: celumque chaosque
 Singula flere uacat: solatia magna perire
 Lum toto: pariterque rapi: properare uidentes
 Omnia ad occasum corpuscula uestra putatis
 Hic stabiles habitura domos: si iura reuoluas
 Mortis et imperium quod dura exercet in oes
 Equus hanc patiari tuam tetigisse columnam:
 Que si perpetua firmam se mole teneret
 Inuidiosa nimis poterat fortasse uideri
 Creuerat usque adeo: deus hanc moderatur ab alto
 In latera extenuat: sed enim solidissima perstant
 Fundamenta solo: et rutilans micat ethere uertex
 Quid mirus si celsa petunt ex more procelle
 Ventus agit nimbos: ferit alta cacumina fulmen
 Ima silent: habitatque quies in ualle reposita
 Mitius haud paruis tamen est mors: motius alta
 Uerberat et longe spectantia lumina turbat
 Tu sibi da ueniam si post celestia terras
 Postque deum stat dura homini flectique recusat
 Quamque o si tandem incipiat sine nubibus alma
 Lux caligantes oculos: uel sera ferire
 Morte nihil melius uita nil peius iniqua.
 Optima mors hominum requies eterna bonorum
 Tu ferule lugum domino nolente relaxas
 Uictorumque graues adimis ceruice catenas
 Exiliumque leuas et carceris ostia frangis
 Eripis indignis: iustis bona partibus equas
 Nil agis imperio: prece nil: precio uel: minis uel
 Atque immota manes: nulla exorabilis arte
 A primo præfixa die: tu cuncta quieto

Ferre iubes animo:promisso sine laborum
Le sine suppliciam vita est carcerq; perennis
Sic meritam ingrata lacerant sine fine querele
Uel miseris inuisa uenis:factura beatos
Auribus hec audita meis lenire dolorem
Uox aliquantisper uisa est. tamen lumina tollens
Uirgineos audire choros z cernere cepi
Nomina nota nouem uultusq; z uerba notauit
Uisa loquens eratho reuerenter in ora puella
Uersus ut hos monitus illa dictante liceret
Membranis mandare precor:nil egimus inquit
Calliope nisi nostra sonet.cantuq; decorat
Inuentum de more meum:tum blanda sororem
Arripuit dextra:post hec concorditer ambe
Exactum carmenq; sequens cecinerunt: morasq;
Inter uerba breues calamo cunctante dedere
Dumq; canunt scripsit: sed que cōmunia nobis
Hactenus audisti:nunc quod te respicit audi
In primis uitanda tibi est spectantis ab astris
Ira deime forte suum damnasse puteris
Iudicium cui uita hoium: morsq; optima cure est
Le quoq; qcquid ages romani proxima cernent
Lumina pontificis:cuius mihi crede caueo
Uultus nube tui frontem turbare serenam
Nulli maior inest clementia :nomen ab ipsis
Dignum rebus habet:qualem tibi uiderit oris
Induet ipse habitum:teq; illachrymate tenere
Non poterit lachrymas:igitur moderare dolorē
Humentes absterge oculos:mitissimus ille
Ne qua tui sentire queat uestigia luctus
Consilio illius:quis enim consultior alter
Affectus committe tuos z uerba tenaci
Lorde loca:monitusq; sacros:namq; ille docebit
Ut miser hic:quem iure regit: cui presidet orbis
Est gemitus mortisq; domus:ne mortis ad ictum
Flere uirum deceat:nemorem quo pgit: z unde
Quin z grandeuum forti pietate parentem
Surgentemq; noua carum probitate nepotem
Concussamq; domum: z mestos solabere fratres
Unus es exemplum multis:quo uulnere tristi
Ter pupugit fortuna nocēs. tria damna tuorum
Ter sparsi cineres:atq; ossa tepētibus urnis
Alter z alterius uestigia nuncius ugens
Pestifer ex nutu pendebunt omnia uultus
Ista tui:si flere uetas non flebitur usq;
Si fles cunctorum laxabis frena dolori
Extorquenda etiam mala gaudia fortiter hosti
Inuidie calcanda lues:te sospite nondum
Sentiat indomitam mundus cecidisse columnas
Adde q; in toto late iam nosceris orbe
Nec genus egregium:nec te tua clara latere
Uita sinit:mundusq; tuo qui cardine pendet.
Et que non alio iam roma superbit alumno
Nunc mores animumq; notant:status altior: oēs
In te nempe oculos atq; ora loquatia uertit
Multorum dominis:multorum seruus:iniquo
Subditus imperio lingue popularis in altum
Dum tonat assurge z nomen seruare labora
Magnus enim labor est magne custodia fame
Ergo tue fratrumq; simul succurre saluti
Ingressosq; uiam uite celumq; petentes
Ne gemitu impediās:nā si mala plurima circum
Et dubios casus inter quos degimus omnes
Mortales:quocunq; gradu fortuna locarit
Si tumidos fluctus:uariatq; agitata tumultu

Equora peruideas:fortasse fatebere portum
In sola iam morte situm.uel fratribus ergo
Inuidus es:tuta tandem statione receptis
Uel tua damna gemis:primum pietate:secundus
Ingentis uirtute animi z ratione uctaris
Restat ut arescant lachryme neu flebilis ordo
Fatorum occurrat: quoniam prius ultima dona
Mors rapuit:tulit illa suum:nascentibus vna est
Conditio:non vna dies adiecta tributi.
Computat hec annos celeres nec preterit horas
Non differt:non anticipat.stat terminus cui
Quem fixit natura parens:hic ultimus ille
Primus obit:sed uterq; suum tenet ordine temp⁹
Nec tamen a puero multum distare senectus
Sera potest:spatioq; breui distinguitur etas
Quantalibet.iuuenes abierunt:silicet illis
Expediebat enim forsā tibi nescia rerum
Mens hominis:semperq; metu suspensa futuri
Quid iuuet aut noceat caligine cernit opaca
Quid modo sollicito multum sermone fatiger
Ut similes casus referam tibi:uel quid acerbo
Commemorem fratres diuulsos funere:pauci
Ad senium uenere simul.memor ergo decori
Parce precor lachrymis oculosq; animūq; serena
Stultum flere diu breue z irreparabile damnum
Irreditura cupis:nil prosunt uerba precorq;
Nil surdis ingesta iuuant conuitia fatis
Interea trepidi dum circunoluimur:ecce
Finis erit flendi.desiderium ue quiescat
Quo modo torquemur:uolueri nāq; ocio:umbra
Fausa dies properat quo commigrare coacti
Premissos fratres: z pignora cara sequemur.
Ad Rainaldū de pago libero ueronensem poetā.
Uper ab etherei qui tempat astra tonātis
Misus habēte uices:dulcē clarāq; reuissi
Parthenopē:celerāte gradu:res ide ēhebat
Ardua nec dubij fortuna incerta laboris
Hinc reditus urgebat amor.vix limine noto
Constiteram tepuere animi:fractusq; videndi
Impetus: erepto celum spectare videbar
Sole gemens:sicule modo pulcherrimus aule
Exciderat folio quo cum lux clausa sepulchro
Et sine quo uiduo nox est quasi publica regno
Nobilium lachryme:populi miseranda dolentis
Murmura: z effigies lacere mestissima terre
Singula torquebant:q; adhuc stant menia:uerus
Non ea neapolis:quam quartus uoluitur annus
Ausonias inter florentem uidimus urbes
Trunca caput:spoliata latus:belloq; uolentes
Erarmata manus:quot subruit hora paratus
Quid ualet vnus hō:quid mors uebit vna malorū
His ego concussus:singultibus omnia crebris
Ut mihi conspicue patuerunt coniugis aures
Interrupta loquens breuiter cōmissa peregi
Quæsta parum magni mecum de morte mariti
Letera consilio procerum dum credita differt
Expectare iubet:sed ne mihi tempus inane
Diffueret:segnisq; sopor: consumeret horas
Dum libros mens lassā fugit:calamūq; recusat
Per loca nobilibus multum celebrata poetis
Ire uagus statuo:comitum choris oia circum
Horat z ardebat studio mihi quisq; placendi
Proxima fatiloque domus est habitata sibile
Sulfureoq; grauis moles impendet auerno
Fessa cuo:metuenda situ:centum hostia nocum

Uatis appollineae partim sub strage ruine
 Sparfa iacent partim solido se limine seruant
 Muta tamen: siluere dei: siluitq; sacerdos
 Unus enim celo ⁊ terre deus omnia fatur
 Lecta colunt uolucres uarie: lacus ipse nigranti
 Fernet aqua: cernas piceo sub gurgite fuscas
 Ludere pisciculos: vicinaq; tartara signat
 Tristis odor: faciesq; loci: mōs peruius imos
 Inde petit manes: ⁊ nomine barbarus ⁊ re
 Si comperta ferunt: ego procul atria ditia
 Contentus uidisse fui irremeabile lumen
 Præter enim q; fama uetus: q; carmina terrent
 Huc rudis agricola: timet huc accedere pastor.
 Aauta nec equorea sitiens telaris ab vnda
 Hoc audet calcare solum: vicinia narrat
 Nescio quos auri stimulante cupidine nuper
 Quod curuis sine fine putat latitare cavernis
 Irreducem tentasse aditum: uotoq; positos
 Forsitan atq; arre tentos dulcedine uallis
 Errasse seu forte uis: seu compede mortis
 Infernum coluisse larem. ciuesq; manere
 Tartareos: sed visa sequor: stant ordine colles
 Undiq; contiguo: fontesq; tepentibus undis
 Antra rigant: rorantq; salubri aspergine campi
 Circūfusa quatit tyrenus littora pontus
 Qui quotiens tumuit salso tenet omnia fluctu
 Rura lacumq; simul reuomit quas sorbuit ultro
 Hermo neptunus aquas: pars altera montis
 Despiciens acharonta uidet: pedibusq; sub ipso
 Ipse ego supremo de uertice tristia uidi
 Stagna: nec horribili deerat nisi cimba carontis
 Ut uerum legisse rear: nam cetera profuso
 Conueniunt: stix alta latet: rexq; impius orci
 Porrito: annofo fessus temone quiescit
 Interiore loco: siquidem iam nonimus omnes
 Illud iter transire uado: nec flectere cūm
 Est opus: aut tenni suspendere garbasa malo
 It sibi quisq; pedes: sed ne sermone fatigem:
 Lumina cara mihi quicquid spectare licebat
 Asperi: virq; ulla dies transuerat euo
 Letior: aut tam leta meo: uir ulla redibit
 Tam nitēo signanda mihi ⁊ memoranda lapillo
 Nam præter que multa libens audisq; notauī
 Paucaq; iam uacue mediocria nomina circe
 Hoc primum mihi blanda die contraxerat vna
 Illustres fortuna duos. par nobile uatum
 Quo dextrum leuumq; latus ualente maronis
 Egregios hac aure sonos. hac nempe uidebar
 Meonios captare sonos. iam nomina queris
 Et genus ⁊ patriam. barilidos ille iohannes
 Quem primum capuana uirū tulit indita gestis
 Pieridum armatus latio iam solus amicus
 Solus honoz patrie: postq; mors inuida regem
 Abstulit hinc ficulum: celoq; inuexit egenti
 Nic aut barbatus erat: cui pectus ⁊ ora
 Plectare castalio redolent lauramq; meretur
 Sed decus emeritum uoto trahit ille modesto
 Musarum interea mihi q; gratissimus hospes
 Atq; meus quotiens capuam: terrasq; laboris
 Imperiosa iubet mea me fortuna uidere
 Sulmo sibi pūa est: atq; his mihi crede pelignis
 Naso secundus adest. igitur sic multa serentes
 Tres uario sermone diem transegimus vnum
 At minime mirum: si dum phebea loquendo
 Tempora subim⁹ ades quartūq; loquētib⁹ offero

Blanditijs precibusq; meum conuellerē pectus
 Lentarant multisq; uis: ut sistere tandem
 Erres uellem ipse meos: secūq; manerem
 Sed quoniam instabilis proprio circūferor astro
 Et requiem mihi fata negant: tu posceris vnus
 Forte tuum memini meritis sup ethera nomen
 Laudibus extuleram: stupuit percussus uterq;
 Uate nouo: nomeng; iubent iterare: quid ultra?
 Ut sibi te socium tribuam per dulce uetuste
 Nomen amicitie perq; omnia cara requirāt
 Pollicitiq; summus honos ⁊ premia larga
 Te maneant: tenuisq; labor: nec cura perennis
 Paupertas nec dura senem: nec uox puerorum
 Barrula: sollicitate frangent nec tedia uite
 Ociosa leta trabes illis comitantibus: ac te,
 Restituisse tibi saltem sub fine licebit
 Sunt quorum promissa fidem mereantur opimas
 Magna uolunt maiora ualent ⁊ nomine tecum
 Conueniunt: studioq; pari: qui pectora nexu
 Alligat. ignotosq; procul connectit amicos
 Aude age: nam si fama iuuat tibi clarioꝝ illa
 Est nusq;: si grata quies tranquilioꝝ orbe
 Nulla patet nostro. si libertatis amore
 Tangeris aut census: illic tua sera reseruant
 Fata tibi quodcūq; cupis: non ardua busti
 Cura animum si forte mouet cui gratius ore
 Mēbra dabis q; que uatis tegit ossa supremi
 Conciuisq; tui: solamen dulceq; ingens
 Nec iuga virgilius: plinius tenet illa secundus
 Tu medius iacuisse times: hoc mantua colle:
 Hoc uerona sedet: patria est non hostoꝝ hiberum
 Non indum uisurus eas peregrinus ydaspem
 Italico ne tēne solo: celoq; fruēris
 Italicas potabis aquas: non astrifer athlas
 Ethereo ue calle tumens superandus olimpus
 Non crimanthec nemeeq; pericula silue
 Lerneæ nec monstra tibi tentanda paludis
 Nec mare carpatium: nec littora sirtis inique
 Sed padus estiuis solito nunc mitioꝝ undis
 Frondifer inde iugis sacer appenninus apicis
 Transuehet ⁊ campo incolumē te reddet etrusco
 Serta dies: postq; patrio discesseris aruo
 Hinc humiles colles ⁊ amenas collib⁹ urbes
 Transiliens. romam spatio uix quinq; dierum
 Intrabis: tibizimq; inbians ⁊ sancta uidebis
 Limina que tali ingenio uidisse decebat
 Jam pridem: mundi q; caput spectasse propinquū
 Inde breuis tractus campana per arua diebus
